M.E.C.D. 2016

119
R. 8491

Simphoniani
opera

E 119 Tab 1ª n 18

M.E.C.D. 2016

M.E.C.D. 2016

M.E.C.D. 2016

Domini Simphoriani
champerij lugdunen̄.
Liber ᵭ quadruplici vita
Theologia Asclepij her
metis triſmegiſti diſcipu-
li cum cōmētarijs eiuſdē
domini Simphoriani.
Sixti philoſophi pythagorici Enchiridion
Iſocratis ad Demonicum oratio preceptiua
Silue medicinales de ſimplicib⁹: cū nōnul
lis in medice facultatis praximītroductorijs
Quedam ex Plinij iunioris practica.

Tropheum gallorum quadruplicem eorun-
dem complectens hiſtoriam.
De ingreſſu Ludouici .xij. francoꝝ regis in
vrbem Genuam.
De eiuſdem victoria in Genuen̄.
Regum francorum genealogia.
De claris Lugdunenſibus.
De gallorum ſcriptoribus.
De gallis ſummis pontificibus.
Ep̄le varie ad eundem dn̄m Simphorianū.

✠

88

la

Simphoriani opera varia

R. 8491

M.E.C.D. 2016

## ¶ Ordo librorum in hoc volumine contentorum.

¶ Opus de quadruplici vita videlicet de vita ſana: lõga: celitus comparanda et ſupraceleſti.
Theologia Aſclepij hermetis diſcipuli ad Ammonem regem: cum commentarijs eiuſdem domini Simphoriani in eundem.
Silue medicinales eiuſdem dñi Simphoriani ad cõplementuz librorum de vita ſana et longa ſpectantes.
Introductiones eiuſdem in practicam medicine.
Quedam in praxim medicine ex plinio iuniore excerpta.

Tropheum gallorum eiuſdem dñi Simphoriani in quattuor ſectum libellos partiales.
Primus eſt de gallie diuiſione: eorũdez origine atq aduerſus alias nationes victorijs. De Karoli. viij. atq Ludouici. xij. francorum regum preclaris geſtis. De ipſi' Ludouici. xij. francorum regis in vrbẽ Genuam ingreſſu. De gallorum commendatione ex aliarum nationum auctorũ teſtimonijs. De ſecunda expeditione in Genuenſes.
De francorum regum genealogia.
Liber ſecundus de antiquitate ꝛcõmẽdatione ciuitatis Lugduneñ.
De eiuſdem ciuitatis viris illuſtribus.
Liber tertius de famatis ſcriptoribus gallis qui in gallia claruerũt.
Liber quartus de ſummis pontificibus qui galli fuerunt.
Apologia in gallie calumniatorem.
Apologia fratris angeli de duccis itali brixeñ. ordinis carmelitaruz.
Epiſtole varie ad ipſum dominum Simphorianum.

M.E.C.D. 2016

¶ Sebaſtianus coppinus monſlucienſis Simphorianum champerium Lugdunenſem peonie artis interpretem ſagaciſſimum plurima ſalute impartit:

QUas proprio marte lucubrationes receptui canēs nuper abſoluiſti: gratiſſime fuerunt. Longeqꝫ ſatius autumans viridiorē litterario ludo conterere etatem ꝙ ocio ⁊ ſitu ingenium marceſſere: diuinam Catonis vticenſis ſniam examuſſim emulari viſus es: qui humanam vitā ferro ſimillimā aiebat. quippe qđ ſi exerceatur cōteritur quidē cum ſplendore. ſi nō: feda conſumitur rubigine. Deſidia me hercule tum effeminatū corpus: tum languidū animū efficit: et veluti vapor letheo e flumine manans obliuionē parit: qđ nō ignobilis ex recentioribus poeta hiſce elegantiſſimis expreſſit carminibus. Sed pater vtilib⁹ qui temperat oīa curis: Robur ⁊ aſſidua vires firmare paleſtra Cogitat: ⁊ nobis quibus etheris annuit arcem: Deſidiam ſomnūqꝫ negat: ne ſcilicet annis Dulcibus ⁊ ſegni mens eneruata quiete Langueat: ⁊ torpor lentos effeminet artus. Torpor enī ceco vapor eſt e gurgite ſurgens Somnifere lethes: nubēqꝫ intexit opacam Senſibus humanis. Andinus quoqꝫ maro. Pater ipſe colendi Haud facilem eſſe viam voluit: poſtqꝫ per artē Mouit agros curis acuens mortalia corda: Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno. Itaqꝫ Platonicus vel tibi ſoli minime natus: verum communi oīum vtilitati conſulens: vt viuus admirationi es: ſic defunctus (quod mortales aſſequi ſummopere nitunꝛ) tui nominis immortalitatē mereri deſideras: ſaluſtiano precepto duct⁹. Omnis homines qui ſeſe ſtudent preſtare ceteris animātibus ſumma ope niti decet ne vitā ſilentio tranſigant. Quocirca te litterario ocio deditum quo enigmata gordianis loris perſimilia diſſoluas: nedum curandarum valitudinum munere fungentē maximis ꝓſequor laudibus: cū catoniana ſententia. clarorum virorum ſit nō minus ocij ꝙ negocij rationem extare: oportere magni non abre eſtimatur. Ideo Publius Scipio aphricanus agnomine vocitatus nunquam minus ocioſus eſſet ꝙ cum ocioſus erat. Nec minus ſolus ꝙ cum ſolus eſſet. Neqꝫ ſilentio preterire dignum duxi Julium ceſarem: ⁊ Octauium auguſtum: quorum alter cum exercitu proficiſcens plurimum lectitare. ⁊ ſi quo temporis momento in caſtris morabatur: libros accuratiſſime ſcribere ſolebat. Alter in mutinenſi bello rem tantam adortus ſemper aut legere aut ſcribere: quotidie etiam declamare conſueuerat. Magnificiunt litterarum monumenta Herculem Jouis ex Alcmena filium: qui in tantam fortitudinem gloriamqꝫ euaſit: vt ⁊ inter deos collocatus: ⁊ id nomen merito conſecutus videatur. Hectorem priameum troianorū fortiſſimum: qui Patroclum Achilli maxima neceſſitudine iunctum viribus ſuperauit. Achillem quoqꝫ meonijs carminibus cantatiſſimū qui ſuo equo Hectoris cadauer alligatum circum Ilion raptaſſe fertur. Quid carthaginenſem Hannibalem memorem: qui tanto ceteris ducibus prudentia preſtare viſus eſt quanto rhomanus populus cunctas gentes fortitudine anteibat. Et niſi ſuorum ciuium inuidia debilitat⁹ eſſet: rhomanos videreꝛ ſupare potuiſſe. Hic quinqꝫ ⁊ viginti annos natus imperator factus alpinos montes aceto igniqꝫ patefecit: vt elephant⁹ onerat⁹ ire poſſet: vbi prius vnus homo inermis vix poterat repere. Rhomani cum rerum late potirentur: ſuos triumphalibus honoribus duces donare conſueuerunt: quorum Eneus Pōpeius magnus p̄ſtantiſſim⁹ fuiſſe cōperitur. Erat ꝟo triūphus honor maxim⁹ rhomanis ducibus exhibitus. Nam albis equis vehebanꝛ: quibus primus oīm Camillus inuectus eſt curru inaurato capite lauro coronato: ante triumphantē victus hoſtis oneratuſ colla catenis: ⁊ preeūte ſenatu capitoliū aſcēdebat ad Jouis optimi templum: vbi albo tauro mactato ad ꝓprias deinde domū redibat. Or ſi corporeo robore fultos qui bello ⁊ armis claruerūt maximis laudib⁹ efferamus: nōne maiores multo mereꝛ qui ingenij virib⁹ p̄ſtant: inter quos nouiſſimas neutiꝙ ꝑtes obtines. Id cōprobantia extant complura opa ex tua officina deprōpta. Memorabo imp̄mis aquitanas illas vigilias: ꝗbus principū ⁊ dominarū nauis titulus eſt. In illis ꝙplurima omniū ferme diſciplinarū penetralia patent. Extat cōpēdioſuz opus abs te editū dialectices ianua vulgo vocitatū: in quo Cri

Cato vticēſ vitam humanaz ferro comparauit.

Baptiſta mātuan⁹. Virgilius.

Saluſtius.

Tam ocij ꝙ negocij rō habēda

Julij ⁊ Octauiū ceſarū diligētia

Hannibal alpes infregit.

Triumphus romanorum

ſippeam dialecticen reuocare videris. Taceo reliqua vtpote ſannã phyſices: de celo et
mundo de generatione ⁊ corruptiõe. de aĩa eiuſqꝫ immortalitate. Omitto libellũ contra
Iuue- magos ⁊ faſcinatores. Additiones in Guidonẽ chirurguꝫ. Introductiones in tegni Ga
nalis. leni. Hec em̃ adeo ſunt diuulgata: vt Nota magis nulli domus ſit ſua. Jam priſcos et
apollinee artis: ⁊ diuinarũ legũ inuẽtores nouũ opus amplectitur. Eſt in manibus memo
rabile opus de quadruplici vita inſcriptum. Tropheũ gallorũ quadruplicẽ eorũdem cõ
prehendẽs hyſtoriã cũ alijs nõnullis: vt reſipſa indicat: opuſculis. Ex quibus q̃tuꝫ ⁊ in
genio ⁊ doctrina polleas facile dignoſci poteſt. Unde nec ſine magna animi voluptate ea
legere ac perlegere poteſt nemo. Tanto ornatu: tanta venuſtate: tanta deniqꝫ felicitate
condita ſunt: vt ⁊ mihi ⁊ omnibus vſui ſint. Animaduerti preterea te morũ grauitatem
viteqꝫ honeſtatẽ cũ optimis litterarũ ſtudijs ſic cõiunxiſſe: vt facile cõijcere poſſem te in
optimũ ⁊ preclarum virũ breui euaſurũ: quod rei cõprobabit euentus. Nam ad preſens
nec meliorẽ nec doctiorem te habet feraciſſima preſtantiũ ingeniorum lugdunẽſis vrbs
quã eos adituros facile putauerim: qui ex libris te norint vt corã quoqꝫ te videãt: perinde
atqꝫ Hieronymus ad Paulinũ de Tito liuio ait. Ad Titũ liuium lacteo eloquentie fonte
manantem de vltimis hiſpanie galliarumqꝫ finibus quoſdã veniſſe nobiles legimus: et
quos ad ſui cõtemplationem Rhoma non traxerat: vnius hominis fama perduxit. Scio
etenĩ ſcio virorũ preſtantiſſime quo te virtus iampridez deſtinet: gratia comitetur: et me
rita ducant. Scio inq̃ quibus gradibus. nempe ſapienti eloquio: humanaqꝫ comitate:
manifeſta virtute ac incomparabili vite candore recta iamdudũ via in celos conſcẽdas
Virgi. Macte noua virtute pugil ſic itur in aſtra. Sic venit ex merito gl'ia priſca patrũ. Vale

M.E.C.D. 2016

¶ Index capitum libri de vita ſana: Simphoriani Champerij lugdunēſis

Magnum miraculum eſt homo ſm Triſmegiſtum in prohemio.
Decem ſtudioſorum duces. Cap.j.
Octo ſunt precipui ſtudioſoꝝ hoſtes. cap.ij
Monſtrum primum aer malus. cap.iij.
Nimia quies monſtrū ſecundum. cap.iiij.
Pituita et quomodo vitanda ſit monſtrum tertium. cap.v.
Cur melācholici ingenioſi ſint: et quales melācholici ſint eiuſmodi mōſtrū quartū. ca.vj
Coitus monſtrum quintum. cap.vij.
Sacietas monſtrum ſextum cap.viij.
Accidētia aīe monſtrū ſeptimum. cap.ix
Ad multaz noctem preſertim poſt cenam frequentius vigilare monſtrū octauū. ca.x.
Duo precipui memorie hoſtes frigiditas et humiditas. cap.xj.
Frigiditatis ſigna et nocumenta. cap.xij
Caliditatis ſigna. cap.xiij.
Humiditatis ſigna. cap.xiiij.
Siccitatis ſigna et nocumenta. cap.xv.
Quēadmodū ſanos agere cōueniat. cap.xvj
Cura ſtomachi ⁊ que agēda ſint ſtomacho laborantibus. cap.xvij.
De diſtillatione ac grauedine et medicinis contra pituitam. cap.xviij.
De exacta arte bilis cura. cap.xix.
De ſyrupis. cap.xx.
De pilulis. cap.xxj.
De medicina liquida. cap.xxij.
De electuarijs. cap.xxiij
De ſanguinis miſſione. cap.xxiiij
De hebetudine atq; obliuione. cap.xxv.
De prenoſticis in obliuione. cap.xxvj
De cura obliuionis. cap.xxvij
Curandi intentiones in cauſa frigida et humida. cap.xxviij.
De vnguentis in obliuione. cap.xxix.
Que obliuioſis abintra cōueniant. cap.xxx.

¶ Index capituz libri de vita longa.

Cauſa breuis vite et mortis: ⁊ ꝙ vita hūana non ſit breuiata. De annis antiquoruz patrū et ꝙ ad perfectionem ſcientie neceſſaria eſt longa vita quā etiā diligētia preſtat. cap.j.
Tria vite genera que experiri vnumquemq; oportet. cap.ij.
Queſtio de reſurrectione. cap.iij.
Opiniones varie de vita: et qui ſint anni climaterici decretorij ac malefici. cap.iiij.
Tempus vite hominū ſm poetas et aliquos philoſophos. cap.v.
Queſtio an vita hominis poſſit prolongari: et de periodo vite humane. cap.vj.
Remedia ad vitam prolongandam et ad humidum radicale conſeruandum. cap.vij

¶ Index capitum libri de vita celitus comparanda.

Mundus hic inferior ſuperioribꝰ lationibꝰ et celeſtibꝰ corporibus attinguus eſt. capi.j.
Qualem influentiam celeſtium corporum in inferiora philoſophi et aſtrologi cum noſtris theologis concedunt cap.ij
Oſtendit auctor Marſilij opinione corpora celeſtia de neceſſitate non īfluere in humana corpora cap.iij
An celorū effectus impediri poſſint ſm chriſtianos aſtrologos cap.iiij
Neq; homines a celo cogi: neq; cetera a celo tantum: et neceſſario ſm Plotinū cap.v.
Quomodo anima ſm platonicos ſit ſuper fatum: in fato: ſub fato cap.vi.
Plotini propoſitiones de fato de mundo anima mundi ſtellis et virtute celorum circa inferiora corpora cap.vij.
Quomodo de fertilitate ⁊ ſterilitate terre de peſtilentia et bellis: et mutatione regnorum aliquid prenoſticare in vniuerſali poſſunt aſtrologi. Et cur frequenter errēt in iudicijs ſuis cap.viij
Queſtio aurea An excellentia morū et ſciencie et complexiones diſtribuantur a deo: an celorum influxibus vel nature poteſtate aut hoīs artificio efficiātur viri litterati. cap.ix.
De fabrica imaginuz aſtronomicarum et ad q̄d valeāt ſm chriſtianos ⁊ catholicos. ca.x.
De aſtronomicis iudicijs ⁊ quibus fides habenda ſit. cap.xi.

¶ Index capitū libri de vita ſupceleſti.

De campis elyſijs ⁊ celeſtis paradiſi beatitudine: et quid de illis ſcripſerunt philoſophi ⁊ precipue diuus noſter plato. cap.i.
De bonorum felicitate et malorum infelicitate et miſerijs ſm Platonem ex.x. eiuſdem de repu.lib. et nō.iiij. vt illic ponitur cap.ij
De celeſti terra ſm ariſtotelez cap.iij
De paradiſi ſuperceleſtis gloria ſm chriſtianos. cap.iiij
Ad quam gloriam peruenire poſſit anima intellectiua cap.v
De beatitudine celeſtis patrie quātum attinet ad partem ſenſitiuam ſm recentiores et noſtros qui de felicitate ſcripſerunt ca.vi



M.E.C.D. 2016

Qr beatorū gloria deriuatur ab aīa. cap̄.vij
Quid deus apud platonicos:zoroaſtem. Orpheum ꝛ Sibyllas. ca.viij.
De verbo dei ſm platonez ca.ix.
Numenius philoſophus de verbo dei.ca.x.
Philo Judeus de verbo dei ca.xi.
De ſpiritu ſancto ca.xij.
De trinitate ſm phos ꝛ poetas: ca.xiij.
De trinitate apud chriſtianos ca.xiiij.
De angelis ſm platonicos Ariſtotelem. Auicennam ꝛ hebreos ca.xv
Quid angeli apud dionyſium areopagitam. Jamblicum et Proculum. ca.xvi.
De ordine ī ſpiritibꝰ:ꝛ ꝙ angeli et anime rationales ſemper fuiſſe falſum ſit ſm platonicos Auicennam ꝛ Plotinum ca.xvij
Quid aīa rōnalis apud platonicos.ca. xviij.
Quid celum:aīa:angelus:deus. atqꝫ de differētia viſibilis lucis et inuiſibilis. Et ꝙ lux ſit in elementis:celo:aīa:angelo:deo ſm platonicos. ca.xix.
De demonibus ca.xx.
Quattuor vite genera apud hebreos chriſtianos ꝛ philoſophos. ca.xxi.
Auree propoſitiones theologales de deo:de mundo : angelis :demonibus : ideis:mente anima: materia : forma:ſm Platonicos:et precipue Plotinum. xxij.

Tabularū in opus de quadruplici vita:finis.

M.E.C.D. 2016

¶ In ſaluberrima medicine facultate doctori meritiſſimo dño Simpho
riano Châperio lugduneñ. Frater Guichardus de leſſard cõuentus
lugduneñ. fratrum heremitarum ſancti Auguſtini in alma theologie
facultate Pariſieñ: humilis profeſſor. Eps hieropolitanus ⁊ dñi lug
dunenſis. S. P. D.

MAiores noſtri medicorum expertiſſime (quod te non latet) vt
bonas litteras ſibi cõpararent: atq̧ eaſdẽ poſteros edocerẽt: haud
mediocres proculdubio aſſumpſere labores: quos Jeſus ſirach ſuo
in eccleſiaſtico capite. xliiij. cõmendatiõe digniſſimos aſſeuerat
inquiens. Laudemus viros glorioſos parentes noſtros in gene-
ratione ſua. Sequitur paulopoſt. Sapientiam eorum laudent po
puli: ⁊ laudes eorum nunciet eccleſia. Nec apud hebreos dũtaxat
a quibus notus erat deus: inuenti ſunt qui ſapiẽtiã ſtudioſiſſimo
exquirere nt affectu: verum etiam gentes que ignorant deum ſpretis mundi oblectamen
tis: diuitijs atq̧ honoribus peſſumdatis: totis (vt aiunt) neruis tum humanis: tum diui
nis inſudauerunt ſcientijs: prout luce clarius in libris abs te q̃ elegantiſſime nuper cõ-
poſitis: ⁊ in lucem calchographorum opera editis patet. Inter quos gentilis ille Ptolo
meus philadelphus egyptiorum rex: qui vt ſibi innoteſceret lex quam diuinã vocant: et
ſui regni ſapientibus eã communicaret: poſt aliarũ ſcientiarũ aſſecutionem ſeptuaginta
aduocauit interpretes. teſte Aurelio Auguſtino patre noſtro de ciui. dei lib. xviij. capi.
xij. ⁊ de doctrina chriſtiana lib. ij. c. iiij. Sed prohdolor hiſce tẽporibus abundãt hi quos
electionis vas gentiũ doctor Paulus diuino afflatus ſpiritu longe ante preſciuit: hoĩes
ſeipſos amantes cupidi elati ſemp̱ addiſcentes ⁊ nunq̄ ad ſciẽtiã veritatis peruenientes
Quorũ conſuetudinẽ virorũ doctiſſime tuis ex actibus te imitari luculẽtiſſime denegas
Nã alijs dormientibus tu vigilas: atq̧ non paruam noctis partẽ ducis inſomnẽ. Capuz
adeo optime champeri excolis ⁊ tam fructifero cõſeris ſemine: vt ex illo flores cuz fructu
redolẽtes pullulẽt. quos ſi oẽs recenſere vellẽ vt verbis vtar virgilianis. Ante diẽ clau
ſo cõponeret veſp̱ olimpo. nec ſufficerem ſingulis: q̃to minus oĩbus. Nec ſatis laudare
ſufficio hec egregia que pro tui ingenij eruditione nõ multos ante hos dies ad ſtudẽtium
vtilitatẽ laborioſa lucubratione confinxiſti. Que q̃to cum gaudio: qua animi voluptate
legerim: non facile dixerim. nec quicq̃ reprehenſione dignũ niſi fallor repperi. Sed ſane
de vita ſana: acutiſſime ⁊ prudenter de vita longa: celeſtialiter de vita celitus cõparanda
fideliter de vita ſup̱celeſti diſſeruiſti. Oratũ proinde altiſſimũ velim vt p̱ neſtoreos ãnos
ſanam tibi in corpore ſano conferat mentem: ⁊ vitã celitus cõtemplari: vt tuis exigenti-
bus meritis ad vitam ſempiternam peruenire merearis. Vale mi Simphoriane iucun-
diſſime ⁊ tuũ in me iugiter cõtinua amorẽ. Iter Vale. Ex lugduñ. ãno dñi. M. ccccc. vij

Johannes Arzelerius iuris pontificij profeſſor officialis
lugduneñ. domino Simphoriano Châperio medico inſigni
et philoſopho eximio. Salutem.

SVb gotthorum vandalorũ et hunorum tempora. nõ modo illuſtres
nationes: vt pote gallia: italia: ⁊ grecia: incendia cedes rapinas ⁊ alias id
genus ſtrages perpeſſe ſunt: immo (quod multo deterius) optime littere
que ante illa calamitoſa ſecula maximo erant in flore: execrandam et fer-
me irreparabilẽ ſuſtinuere cladem. Bonarum enim artium ignari ſtudio-
ſos capitali ꝓſequuntur odio: ⁊ eos ac hoſtes indeſinẽter laceſſunt. Nimirũ gotthos ⁊ re
liquos ſchytarũ populos muſarũ nunq̃ dulcorẽ expertos palladias diſciplinas inuiſas in-
feſtiſſimaſq̧ hũiſſe. Nec eius tabifice peſtis expers extitit inclita lugduneñ. metropolis
doctiſſimorũ ſiquidẽ virorũ antiqua parens ⁊ educatrix: vt Plaucij preceptoris Cicero
nis: a quo omnia humanitatis ſtudia ceu ingentia ab vberrimis fontibus flumĩa ſcatẽt:
Adueniſti tandem vrbis deplorate liberator ⁊ pater patrie Simphoriane châperi: qui eo
maioribus dignus es preconijs: q̧ mores vrbis deperditos formaris: quo excellentius
eſt animos ciuiũ: q̃ menia cõdere. Profecto Licurgus ſpartanorum et Solon atheniẽſiũ
qui eis leges dederũt: cenſent cõditores. Et auctius ꝓfuit vrbi rhome Pompilij religio



M.E.C.D. 2016

et eruditio ad fundamenta imperij iaciēda: ꝙ romuli edificia. Gratulari itaqꝫ merito ti-
bi debemus medicorum ⁊ philoſophorum aquila: qui ad noſtrā ⁊ poſterorū doctrinā tot
immortalia edideris monumēta. libros ſcilicet de vita quadruplici. ſana: longa: celitus
cōparanda: et ſuperceleſti. quibus pro omni dogmate poſſumus eſſe cōtēti. Crebras gal
lorum aduerſus exteras gentes palmas: ſempiterna ad virtutem incitamēta. Et cōplura
tui excelſi ingenij malleo cudiſti ī eternos duratura dies. Pie igitur credēduz eſt manes
maiorū noſtrorum; plaucij: fauſti oratoris: Fotini et hirenei preſulum ſummopere exulta-
reꝙ audiant ex nepotibus vnū ex ſua ciuitate gothicā illam barbariem pepuliſſe: et pri-
ſtinam vrbi reſtituiſſe faciem. Nec ſat tibi fuit etſi noſtratibus cunctis ſatiſfeceris: ani-
mas ciuiū impinguare tuis ſuauiſſimis opiparis obſonijs: ni corporis etiaz bonis que ſe-
cunda apud egregijſſimos philoſophos habentur obiter cōſuleres. Quippe medicinam
ingenuarū artiū principem: et vt ſapiens perhibet apprime neceſſariā: eo haud mediocri
ter colendam faberrime calles: vt paſſim ab omnibus litterature totius promptuariū et
ferme ſacrarium cenſearis. Nec ipſius hippocratice doctrine thoreumata ad queſtum vt
pleriqꝫ factitant exequeris: verū inopibus et fortunatis eque indiſcrimīatimqꝫ ſuccurris
opitulari ſve. Non abre igitur veterum illorum medicorū prerogatiuis ⁊ gratijs q̄bus
ob ſingularem virtutem ſalutaremqꝫ induſtriam a munificentiſſimis ceſaribus extitere cō
donati frui debes: cum eorū vicem feras: et tuis auſpicijs illam ſanctiſſimam etatem diu
tiſſime ſepultam rediuiuam noſtra aurea ⁊ prope ſaturniā tēpeſtate effeceris. Atqui eaꝝ
prerogatiuarum pragmatice ferunt medicuz celebrem cū cōiuge liberis ⁊ familia: ad mu-
nera queuis ciuilia: ſeu quaſpiam functiones cogi poſſe minime. Et pro crimīe nequaq̄
queſtioni ſubdendum: nec ad iudiciū euocandum fore inuitū. Neqꝫ mecatorum ⁊ epidi-
meticorum vllam ſuſtinere debent iacturam. Profecto auguſtali cauetur ſanctione militē
ſeu aulicum quēuis edes famigerati medici vt hoſpitio ſuſcipiatur etiaz tranſeunte prin
cipe aut exercitu a limine explodito: totqꝫ alijs indultis ⁊ immunitatibus decoratam cō-
perimus eruditam medicam achademiam: vt ea ſigillatim enumerare nec integra poſſe
mus diecula. Quo fit vt his te defraudari proborum autumabit nemo: quaſi conſumma
tiſſimus non modo corporum que caduca et fluxa ſunt: ſed ⁊ animorū immortaliū exiſtis
medicus. Perge itaqꝫ quo cepiſti litterarie gaze queſtor: vt te facturum certo ſcimus de
noſtra republica indies magis ⁊ magis mereri. Vale. Lugduni anno. dn̄i. M. ccccc. vij.

¶ Gondiſaluus toledo domino Simphoriano
Champerio artium et medine doctori ſuo colen
diſſimo. S. P. D.

Etſi complures excellēti ingenio viri mi Simphoriane ama-
tiſſime: triplicem vitam videlicet ſanam: longam: et celitus cōpa
rādam miro ſtudio ac diligentia perſcripſere. Qualis marſilius fi-
cinus auctor preclariſſimus. Arnaldus de villa noua: multiqꝫ alij
medicorum: nullus tamen eorum hunc ordinem ſecutus eſt: qualē
tu in hoc libro de quadruplici vita: plurima a te cura ſingulariqꝫ
eloquentia breue in epitoma coacto: Qua in re horatianum precep
tum tanꝙ̄ oraculum obſeruaſti Quod eſt. Quicquid precipias eſto
breuis: vt cito dicta percipiant animi dociles: teneantqꝫ fideles. Munus tam nobile
non modo mihi viro quidem perexiguo: ſed vel his regibus ſane atqꝫ principibus accō-
modatiſſimū cenſuerim: quos corpora ſua bona valitudine tueri oportet: vt pace trāquilla
mundi gubernacula tueantur. Sāctum ego tamen et amicū tuum erga me animū letus
inſpicio. Et in hoc mihi ⁊ medicis ceteris noſtri tēporis: laboris induſtrieqꝫ tue fructum
et quidem vberrimum ſuſcepturis vehemēter adgratulor. Liber enim ſuccoſus fertilis
condimentiſqꝫ doctrine multifarie eſculentioribus ita conditus continuatuſqꝫ: vt ⁊ ad pa
latū faciat ⁊ ad ſtomachū. Quare ꝓ munere iſto ipſo pulcherrimo tuo: ꝙ ego viciſſim cuz
maius aliud ꝑuus ipe nō poſſuz tibi repēdere: ſtatui ſtudioſe curare vt ab vno eo codice
quē docta tua manu exaraſti meqꝫ dōaſti: impſſoꝝ officio plrima ad poſteros ſe turba ſpar
gat atqꝫ diffūdat. Qd factur⁹ equidē ſum cū grati animi vīculo tū potiore iſto ꝯſilio: vt te

M.E.C.D. 2016

vendicem prorſus ab omni cogitatione vel cura tuorum egrorũ crebra viſitatione: rei
qꝫ tue familiaris curis eximam: Tu vero interim perge quo cepiſti mi chãperij inter me
dicos lugdunenſes probatiſſime: ⁊ litterarũ ſtudijs ꝓut facis vigilãter incumbe: Et bo
nas artes ſcribẽdo et legendo indies locupletiores reddere ſtudioſos coneris: et dentes
mordaces inuidorũ (tua optima fama) conteres. Nam neminem humanarũ rerũ tam ne
gligentem tamqꝫ inexpertẽ fore iudico: q̃ ſi vera fateatur: hoc opus hilari vultu non ac
ceptet. Vale. Ex lugduno anno domini. M. quingenteſimo ſeptimo.

¶ Philippus Laurentij sereniſſime francorum regine phyſicus:
dño Simphoriano champerio lugdunenſi apollinee artis profeſ
ſori benemerito. S. P. D.

Laudi datur: nec quidẽ immerito: ſagaciſſimo grecorum duci Vli
xi: q̃ decennio troiano bello finito: ceteris grecis: quos vicit amor patrie
laudumqꝫ immenſa cupido: ad proprias ocius redeuntibus: terre ma
riſqꝫ aĩam ſuam exponẽs diſcrimini: diuerſos populos ⁊ natiões adierit:
quaſi illic aliquid quod optime vite inſtituende haud parum conferret:
inuenturus eſſet. Unde de eo ſic cecinit Homerus. Dic mihi muſa virum
capte poſt tempora Troie: Qui mores hoĩm multorũ vidit ⁊ vrbes. Verũ maiori (mea
quidẽ ſentẽtia) tibi laudi mi Simphoriane lepidiſſime aſcribendũ cenſuerim: qui non
diuerſorum populorũ nationes: ſed diuerſorũ auctorũ artes ⁊ diſciplinas: eorũdẽ cõplura
volumina reuoluens q̃ diligentiſſime perluſtraſti: vnde preter eos quos ſuperioribus
annis edidiſti ad bone vite inſtitutionem libros: ⁊ his dieb⁹ de quadruplici vita: de gal
lorum tropheis: de ciuitatis lugduneñ. antiquitate: deqꝫ eiuſdem viris illuſtribus: atqꝫ
de totius gallie (ciſalpine dico) preclaris ſcriptoribus libellos calchographorũ induſtria
in publicũ emiſiſti. Quãobrem qui diſciplinis acquirendis inſudant ſcientiarũ amatores
tibi plurimũ obnoxios ſeſe fateantur operepreciũ eſt. ab ipſorum nanqꝫ intellectibus dẽ
ſiſſimam ignorantie caliginem pepuliſti. Quis obſecro in canoro dicendi genere: quis in
lepore affectato: quis inquã in rerũ phyſicarum cognitione inueſtiganda te vno diligen
tior: Nemo hercle nemo. Adeo eñi es ingenioſus: doctus: eruditus: vt ingenij tui vber
tate: ac ſcientiarum oĩm abundantia vniuerſos enutrias ⁊ paſcas. Admirari igitur te
poſſunt omnes: imitari vero perpauci: reprehendere item: niſi mẽtis impos: nullus. Et
vnũ in pĥo rariſſimũ: aut nũq̃ repertũ: diuinũ q̃ddã admiratiõeqꝫ dignũ de te cõcipio: ſũ
mam ſcꝫ philoſophie ſtudio coniunctam eloquentiã. per quod ſuperare nedum equipara
re mihi videris italos: qui eidem adipiſcende: caſtiſſime pĥie ſtudio poſthabito: tẽporis
bonã partem impendunt. Sꝫ vide queſo mi Simphoriane iucundiſſime quenã quorũdã
hominũ occupet mentes: vt cum cuiuſcunqꝫ ſcientie duas aut tres in mediũ afferre ſciue
rint propoſitiones: perinde ſeſe iactant oſtẽtantqꝫ acſi fonte labra proluerint caballino: Perſi
aut in precipiti ſomniauerint peranſo: inſtar helenorũ atqꝫ empericorum: qui vbi vnum
ordinare nouerint cliſteriũ: vel deſcribere vnã: vt ita dixerim: receptã: adeo ſupercilioſi
pompaticiqꝫ incedunt quaſi medicine ſecretiſſima queqꝫ ſibi Eſculapius reſerauerit. Un
de veluti quidam gymnoſophiſte omnium diſciplinarum eruditione imbuti: dilatãt fim
brias: primoſqꝫ in cõuiuijs amant recubitus. quapropter ſummos nõ verent̃ ſibi poſtha
bere philoſophos: Nolumus inquientes veſtrã pĥiam capillis hirtã: globoſã barbarã
inexpeditãqꝫ. Hi ſunt ex eorũ numero qui ꝓ volũtatis ſue arbitrio nigrũ in cãdida: et edi
uerſo vertere ſe poſſe profitẽtur: ⁊ quecũqꝫ volũt amplificare ⁊ tollere: extenuare ⁊ depri
mere: et in quãcũqꝫ voluerint faciẽ ſiue habitũ transformare: vt non qualia ſuapte natura
ſint: ſed qualia videri illa voluerint: talia appareant. Sed quis cyncinnos: quis fucũ in
proba non damnet ac deteſtetur virgine: Eſt ne hoc ſophiſte aut ſycophante officiũ mẽ
tiri decipere circumuenire preſtigiari: ⁊ non pĥi: cuius omne ſtudiũ circa veri inquiſitio
nẽ: q̃d homini eſſe ꝓpriũ Cicero aſſerit vſq̃. Nec eñi pĥus huiuſcemodi vtit̃ picturis aut in .ſ. of
palleationibus niſi neceſſitate id requirente. quia ſi Pythagoras ſine cibo viuere potuiſſet fi.
etiã holeribus pepercisſet. Pariformiter ſi mẽtis conceptum animi affectu aut demũ mi
nore q̃ ſermonis opera explicare potuiſſet perpetuo ſilentio vſus fuiſſet. Nõ igitur mirũ
ſi bonarum litterarum profeſſores cuiuſmodi inter theologos fuere diuus Thomas de a
quino: Albertus magnus: Johãnes ſcotus: et cõplures alij. Inter medicos vero Hippo

crates chous: Auicenna: Raſis ⁊ pene innumeri alij ſine pompa ⁊ vllo orationis flore ſcripſerint: cū non orationis flores: verū ipſos fructus nobis vtiles intellexerint. Quā-obrem ab his qui orationis exornationibus dūtaxat: quaſi florem fructui anteponenti-bus: ſtudent: tam docti viri culpandi veniunt minime: quaſi aliquid ad ſuam facultatem ſpectans ſilentio preterierint. Sed longe iſti (mea quidem ſentētia) delirant. quēadmo-dum eñ marmorea domus picturam ſiue fucatum non admittit colorem: ita nec philoſo phia iſtiuſmodi eget verborum exornationibus. Ingenue tñ fateor cōplures apud diuer ſas fuiſſe nationes: qui tum in theologia: tum in medicina alijſq; facultatibus diſerte or-nate ⁊ ſplendide ſcriptitarūt. Non loquor de nōnullo poetarū genere quos diuus Plato vrbe bene inſtituta pellendos cenſet. ⁊ vtinā eorum eloquentia nunq̄ ad nos perueniſſet Sed de his hactenus. Perge queſo mi Simphoriane vt occepiſti: nec maledice latratus

Jaco-bi.iij. extimeſcas lingue. Omnis eñ natura (quod te nō latet) beſtiarum ⁊ volucrum ⁊ ſerpen tum ⁊ ceterorum domantur ⁊ domita ſunt a natura humana: linguam autē nullus hoīm domare poteſt. Inquietum malū: plena veneno mortifero. Ubi enim maledicus turture (vt eſt in adagio) loquatior: virus ſuum euomuerit quieſcet: Nam inuidus iracundus iners vinoſus amator: Nemo adeo ferus eſt vt non miteſcere poſſit. Tibi ipſi velim per ſuadeas eū me eſſe: qui tibi oīm maxime noſtri ordinis ſim affectus. nam

Hora-tius Idē in eplis. Ut nox longa quibus mentitur amica: dieſq; Longa videtur opus debentibus: vt piger annus Pupil-lis: quos dura premit cuſtodia matrum. Sic mihi tarda fluunt ingrataq; tempora: que ſpem: Cōſiliumq; morantur agendi gnauiter id quod tibi de nobis benemerenti iucūdū gratumq; fuerit: quia in lucem produxiſti opus: quod Eque pauperibus prodeſt: locu-pletibus eque: Eque neglectum pueris ſenibuſq; noceret. Uale meq; vt facis ama. Lu-gduni Anno ſalutis noſtre. M.ccccc.vij.iiij.kal'.Julij.

M.E.C.D. 2016





Deus qui beatum Sim
phorianum martyrem
tanta virtute donaſti:
vt intrepidus exoran-
te matre capite plecti:
q̄ vanū Veneris ſimu
lacruz Heradio ꝑfecto
impellēte venerari ma
luerit: preſta queſumꝰ:
vt eius exemplar imi-
tantes ab omni idola-
trie ſeruitute: aliiſqꝫ diris facinoribus expiatos efficias
Per dominum noſtrum Jeſum chriſtum filium tuum ꝛc.

M.E.C.D. 2016

M.E.C.D. 2016

## Epiſtola prohemialis in ſequens opus.

¶ Nobiliſſimum atq̃ vndecunq̃ doctiſſimum et imprimis ob
ſeruādiſſimū dñm: dñm Franciſcū de Rouhan cū Andegaueñ.
eccleſie preſulem: tum Lugduneñ. archiantiſtitem galliarumq̃
primatem: Simphorianus champerius Lugduneñ. atq̃ phiſi-
cus: plurima ſalute optat impartiri.

Maximo in honore habitos: ⁊ admirāde ſemper exiſtimatiōis
apud quaſcunq̃ nationes: cum ob doctrinarū eminentiam Sa-
tum ob vite ſanctimoniā ſacerdotes fuiſſe rerū ſcriptores pre cerdo-
ſulū generoſiſſime memorie prodiderunt. Unde ceteris ſilen tij cō-
tio inuolutis nationibus: vt geneſeos tradit hiſtoria: cum totā egyptū in- mēda-
tolerabilis fames opprimeret: atq̃ oēs cōſumptis pecunijs: poſſeſſiones tio.
ſuas famis magnitudine preſſi: vendere cōpellerentur: ſoli ſacerdotes ter- Geñ.
ras poſſeſſioneſq̃ ſuas ſibi retinuerūt: quibus ⁊ ſtatuta cibaria ex horreis xlvij.
publicis prebebantur. Item vt teſtis eſt Diodorus ſiculus: egyptij eos
tanto cenſent dignos honore: vt ex eorū dūtaxat collegio ſibi eligant re- Dio-
ges. Nec ad ſacerdotij apicem niſi ex philoſophorū promouētur cetu: qui dorus
filios erudiunt litteris que appellantur ſacre: et alijs que ad communem ſicul'
ſpectāt doctrinā. Ducebaꝛ em̄ ignobile vulgus neſcio qua opinione: q̇ddā lib. ij
diuinitatis illis a dijs celitus cōmunicatū: alijs incōceſſū: ⁊ obinde quādā
neceſſitudinē interuenire: vnde eorūdem ſacrificijs dijs litatis cuncta ſibi
proſpere ſuccedere opinabatur. nec deorū iram ad vltionē tam proptā: aut
preſentaneā opinati ſunt. Unde vt ait q̇dā. Si quotiens peccant homīes
ſua fulmina mittat Juppiter: exiguo tēpore nullus erit. Uerū falſorū deo Oui-
rum ſacerdotes veri dei ſacerdotibus conferendi veniūt minime: cū tam dius.
lata ſit inter eos differentia: quanta inter corpus ⁊ ſpiritū: ſiue inter aīale
et ſpiritale. Nam in compluribus ſacre pagine locis ſummi dei ſacerdo-
tes ob dignitatis excellentiam: angeli vocitātur. quod Malachias pro-
pheta teſtaꝛ ſic inquiēs. Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſciētiam ⁊ legē requi Ma-
rūt ex ore eius: qm̄ angelus dñi exercituū eſt. Quos (ſi paruis cōponere lachi-
magna liceret) tu preſulū ſacratiſſime tātū antecedis quātū metropolis ca. ij.
tua reliquas vrbes: q̄ vt virgilianis vtar verbis: tm̄ alias inter caput extu
lit vrbes: quātum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. Tu nanq̃ in eccleſia Virg.
gallicana primatū adeptus: cōſtitutus es. vt inquit apoſtolus: pontifex in bu-
pro hominibus in his que ſunt ad deum: vt offeras dona ⁊ ſacrificia p pctis Heb.
Sed quibus tue dignitatis celſitudinē pro huiuſcemodi beneficijs pſe- quito.
quemur honoribꝰ: aut quibus animi tui erga nos facilitatē demerebimur
haud quidem facile quis vel nō mediocri preditus facundia verbis cōſe-
cutus fuerit. Tanta em̄ eſt tuoꝝ erga nos beneficiorum magnitudo: vt ad
agendas gratias nedū ad rependēdā vicē noſtre facultatis vires ſufficiāt
minime. Ex te nāq̃ vt veritatē ingenue fateamur noſtra dependet ſalus:
cuius nutui ⁊ noſipſos imprimis: ⁊ noſtra oīa deuouemus. Cui itē amoris
erga humanitatē tuā mei monumentū hoc offero: quod de quadruplici vi
ta excudi opuſculū: lucubrationū noſtrarum non minimā partem. Sed
ne quis importunus cauillator nobis obijciat Marſilium ficinum virū
tum omni diſciplinarū genere inſignitum: tum et greci et latini ſermonis
gnarū fere idem factitaſſe: atq̃ de triplici vita edidiſſe admirande doctrine



M.E.C.D. 2016

opuſculum: et nos aut illius doctrinā floccifacere: aut eius lucubrationis
non exiguā partem in opus noſtrū cōuertiſſe: atq; ex alieno labore nobis
gloriam aucupari velle. Non eo inficias: immo ingenue fateor Marſiliū
ficinū virum admirande fuiſſe eruditionis: quem ſemper tanti feci: quāti ex
ſtudioſorum collegio neminē. etem̄ in eius lectione me profeciſſe plurimū
libera voce fateor. Eū nanq; hoc in negotio mihi prepoſui ducē: atq; inſe-
Virg i buc; cutuſſum. Sed qm̄ vt inquit poeta. Non omīa poſſumus oēs. Et horatio
teſte: quādoq; bonus dormitat Homerus. nō nulla ſuperaddidi: atq; de
Hora tius i d arte. vita celeſti ex theologorū tū catholicoꝝ: tum antiquiſſimorū philoſophoꝝ
voluminibus collegimus libellum. Accipias rogo preſulum digniſſime eo
quo offertur animo: hoc de quadruplici vita in quattuor partitū libellos:
opuſculū. Quorū primus de vita ſana inſcribitᷣ. Non enī ſat eſt viuere: niſi
Eccle ſiaſtici xxx. ⁊ ſane viuamus: qm̄ eccleſiaſtico teſte. Nō eſt cēſus ſup cenſum ſalutis cor-
poris. Et q: deſiderāt preterea hoīes non tantū bene quādoq; valere: ſed
etiam bene valentes diu viuere: addidi libellū de vita longa. Et qm̄ diffi-
dunt nōnunq; medicinis atq; remedijs terrenis: ⁊ celeſtia corpora influūt
in hec inferiora: adieci libellū de vita tum ſana: tum longa celitus compa-
randa. Et q: hec ad digniorem adhuc vtpote celeſtē atq; ſpiritualē aſpi-
rat vitā: quartū adiunxi libellum: in quo de aīe felicitate: tum chriſtianoꝝ
theologorū: tū veterū philoſophorū enarrantur ſentētie. Hec eſt preſuluz
preſtantiſſime farrago noſtri libri: q̄ tuo fretus auſpicio ſecurus in publicū
progredietur: atq; intrepidus reliquoꝝ ſubibit cenſuram: nec maledicoꝝ
aut inuidoꝝ expaueſcet vaniloquiū. Vale litteratoꝝ amator. Ex Lugdu-
no. anno dñi. M. CCCC. vij. vi. Idus Junij.



M.E.C.D. 2016

¶ Domini Simphoriani champerij phyſci Lugdunẽ. de vita ſana Liber incipit

*Quid homo ſcd̃m mercurium.*

Hermes egypti⁹ quẽ triſmegiſtum vocant: hoĩez dicit poſt primũ deum pene maximum eſſe deorum. Nam ille alibi ita aït. Magnũ miraculum eſt homo. Maximum miraculũ eſt homo ſapiens: qui ad bene viuendum ſe ipſo contentus eſt: qui ſupra fortunam collocatus inſtar liquidi celi imperturbatus defecatuſqz degit: cuius ſerenitatẽ nulla tempeſtas obducit: cui cum deo virtute conciliante cognatio eſt.

*Hoĩs gratia oĩa facta ſũt*

Eius quoqz gratia omnia que ſub orbe lune mouentur fieri atqz moueri peripatetici: atqz ſtoici affirmant. Arabes aũt ⁊ hebrei atqz chriſtiani theologi ipſuz quoqz munduz fuiſſe hominis gratia conſtitutum. Qui vt celeberrimi cõditores dixere: eſt mortale quidã deus. Et quũ raritas ipſa conciliet rebus admiratiõnẽ: tam raro hoĩem ſapiẽtẽ videre contingit: vt ſepius mulam peperiſſe arbitretur arpinas orator: ꝙ fuiſſe ſapientẽ. Antiquitas multos quidẽ ob vite longitudinem multijugis virtutibus precellẽtes predicat. Aiunt namqz theologi noſtri primum parentẽ filios ⁊ nepotes talibus imbuiſſe diſciplinis: vt quid vtile: ꝗd noxium vite eſſet per ſe vnuſquiſqz cognoſceret. Non igitur bene viuere poſſumus niſi viuamus. Neqz facile multũ apud homines deũve mereri: niſi diu ſobrijqz viuamus ⁊ bene valeamus. Omnem vero huiuſmodi facultatem noſter hic libellus in ſe continet.

## ¶ Decem ſtudioſorũ duces. Cap. i.

*De do ſcõz antiquos*

Quiſquis viam illam arctã difficilemqz atqz diuturnam ingredi attentauerit: que quidem vix tandem ad ſublime ſapientie templum continuo perducit labore: decem huius vie ducibus omnino indigere videtur. Quorum primus quidẽ extra celũ: in celo ⁊ vbiqz eſt. Tres ſequentes in celo. Tres in animo Poſtremi tres in terra nos ducũt. Principio vbiqz deus qui eternus eſt: hoc eſt qui exordium non hꝫ eſſentie vere nomen tenet. De quo Virgilius: qui etſi longe fuit a veritate: natura tamen duce ita lib. vi. eneid. ceciniſſe viſus eſt. Principio celum ac terras cãpoſqz liquentes: Lucentẽqz globuz lune titaniaqz aſtra Spiritus intus alit: totãqz infuſa per artus Mens agitat molem: ⁊ magno ſe corpore miſcet.

*Virgĺ. in. vj. eneid.*

Et Anaxagoras deũ eſſe, cẽſuit infinitã mentem: que per ſeipſam mouetur.

*Anaxagoras.*

Hunc ſtoici verbum mentem ſiue iouem nominant. Pythagoras monadem. Anaxagoras diuinũ animũ. Dyogenes diuinã rationẽ Archilaus mentẽ. Alij primam cauſam. Alii qui primam intelligentiam. Ariſtoteles aũt principẽ: primum motorem ⁊ gubernatorem omnium appellat. Preter hos autez fuerunt alij complures quorum poſitiones tanꝙ obſcuriores ſilentio tranſimus. Deus igitur ſtudioſorũ dux ⁊ gubernator primus exiſtit. A deo eſt eñ omnis ſapiẽtia ⁊ complexio. Jpe eñ eſt qui bilem horatio: phlegma heraclito: ſanguinẽ ſocrati: melancholiam oreſti tribuit Et ſicut anima in toto corpore ſic deus ſemꝑ operans in toto mũdo vires naturis pro mu crone addidit: et operari eas inſtituit. Poteſt ſi vult: et aliquando vult: raro tamen id vſu euenit: preter nature ordinẽ quedã et facere ⁊ ſuo arbitratu impedire. Sequitur Mercurius vt inueſtigando muſarum iter aggrediamur: vel impellit: vel adhortatꝰ. Siquidẽ (ficino noſtro teſte) Mercurio tributum eſt inueſtigationis omnis officiũ. Et vt dicit Alchabitius ſignificat mercurius predicationẽ rhetoricam: negociationes: eſtimatiões: geometriã: diſpoſitionem rei: phĩam: auguria: et opus numeri: oẽmqz doctrinam. Deinde phebus ipſe ⁊ querentes animos: et res queſitas ſplendore vberrimo ſic illuſtrat: vt perſpicue quod querebatur a nobis inueniatur. Eſt eñ ſol ſpiritus celi magnus: ⁊ cũ eo viuificantur omnia ſigna. Accedit graciosiſſima venus que rem omnem radijs ſuis adeo condit et exornatꝫ, vt quicquid (Ficino auctore) inſtigante Mercurio queſitum fuit: ⁊ monſtrãte phebo iam erat inuentum: mirifica quadã ⁊ ſalutari venuſtate veneris circumfuſum delectet ſemꝑ ⁊ proſit. Sequũtur tres vie hui⁹ duces in animo: videlicet voluntas ardens ⁊ ſtabilis. Acumen ingenij. Memoria tenax Tres in terra poſtremi ſunt. Prudẽtiſſimus paterfamilias. Probatiſſimus. ꝑceptor. Medicus peritiſſimus. Abſqz his decez ducibus nemo ad ipãm phĩam: que ſtudium ſapientie eſt: peruenire potuit vel poterit vnꝙ. Ceteros quidem duces: vt ficini verbis vtar: ab

initio nobis precipue deus omnibus potens naturaqꝫ tribuit Tres vero poſtremos noſtra adhibet diligentia. Sed precepta officiaqꝫ que ad patrē familias: ⁊ que ad preceptorem circa litterarū ſtudia pertinēt antiqui plures ſapienteſqꝫ tractauerūt: ⁊ precipue Plato in libro de rep. ac de legibus. Deinde Ariſtoteles. Iſocrates quoqꝫ Quintilianus ⁊ Plutarchus egregie. Solus autē litterarū ſtudioſis hactenus deeſt medicus aliquis: qui manum euntibus porrigat: ſalutaribuſqꝫ cōſilijs atqꝫ medicinis adiuuet eos: quos neqꝫ celuz: neqꝫ animus: neqꝫ paterfamilias: preceptor ve deſtituit. Nam vt Cornelius celſus. lib. i. cap. ij ait. Imbecillis ſtomacho: quo in numero magna pars vrbanorum omneſqꝫ pene cupidi litterarum ſunt: obſeruatio maior neceſſaria eſt: vt quod vel corporis vel loci vel ſtudij ratio detrahit cura reſtituat. Surgite iam iuuenes atqꝫ viri deo duce alacres. Accedite libenter ad medicum: qui conſilia remediaqꝫ ſalutaria monſtrante deo atqꝫ fauente largietur.

Cornelius celſus.

¶ Octo ſunt precipui ſtudioſoruz hoſtes Malus aer: Nimia qes: Pituita: Atra bilis: Coitꝰ: Sacietas: Accidētia anime Matutinus ſomnus. Cap. ij.

QUoniam ſumus ad naturaliuz defectuuz noſtri corporis mentionē adducti: proſequamur inceptum. Studioſorum hoſtes non inutili curioſitate narremus. His eñ enumeratis intelliges pene impoſſibile eſſe ſapiētem viuere ſine medico. Nam corporis ⁊ animi valitudines id cōmune habēt: ꝙ ſanitas in vtroqꝫ vno modo attingitur. Uirtus eñ animi: et ſanitas corporis in quadā tēperie: hec humorum: illa paſſionū eſt ſita. Temperies aūt mediū quoddā eſt: ac mediū vno modo attingitur: ſicut linea recta vno modo fit: flexa pluribus: ⁊ ſignum a ſagittario vno modo tangitur: pluribus aūt non tangitur. Una ergo temperie corpus bene valet male autez prope infinitis. Adeoqꝫ quotidie morborum numerus inualeſcit: vt medici et quidē doctiſſimi atqꝫ peritiſſimi in eis diſcernēdis ambigui falſa plerumqꝫ pro veris accipiant. Ego igitur ſortem ſtudioſorum laborioſiſſimam miſeratus: qui difficile minerue minuētis neruos iter agunt: tanq̄ medicus ſtudentibus adſum: ſed vtinaz facultate tam integra: q̄ voluntate prompta. Quicunqꝫ igitur (vt ficini verbis vtar) hoc iter aggrediuntur: vt poeta quiſpiā diceret: ſepe terra mariqꝫ periclitātur. Siue eñ mare nauigent cōtinue inter fluctus inter ſcyllā carybdimqꝫ iactātur ſiue terra (vt ita dixerim) iter agāt octo monſtra protinus ſeſe illis obijciunt. Primū aer malus nutrit. Secundum quies nimia. Tertium pituita. Quartum atra bilis Quintum terrena venus: priapuſqꝫ. Sextū bacchus ⁊ ceres. Septimū anime accidētia: Octauū nocturna Echate frequēter opponit

¶ De aere monſtro primo. Cap. iij.

AEr vt ſtoici diſputant et fingūt interiectus inter mare ⁊ celuz Iunonis nomine conſecratur que eſt ſoror et cōiunx Iouis: ꝙ et ſimilitudo etheris eſt: et cū eo ſumma cōiunctio. effeminarūt autem eum Iunoniqꝫ tribuerunt: ꝙ nihil eſt eo mollius. Aer in regimine ſanitatis canones quinqꝫ habet Primus vt clarus ſit ⁊ luminoſus. Secūdus vt ſit ſiccus. Tertius vt non ſit vētoſus: ſed precipue fugiat auſtrum et boreā. Quartus vt aer camere depuretur ne vllo modo ſit fetidus: aperianturqꝫ feneſtre: et redolentium rerum faſciculi cōburantur: vt lauri: iuniperi origani: ſaluie. ⁊c. Quintus vt ſuffumigetur cuz thure aut myrrha: aut alijs redolentibus aromatibus. Debet igitur medicus aeris diſpoſitiones cōſiderare: dicente. Galeno lib. iij. de ingenio ſanitatis cap. viij. In morborum curatione inquirendum eſt aeris complexio: eo ꝙ afficit corpus ſicut medicina: immo etiaz plus cum nobis continue adhereat: nec eius alterationem fugere poſſumus: vt idem inquit. iij. terapeutice cap. v. cum ait. Alias quidem materias ⁊ eligere ⁊ fugere poſſumus: eam aūt materiam que ex continente nos non eſt poſſibile fugere: ſed neceſſarium eſt vti ea que eſt preſens: qui frigidꝰ eſt in complexione cōparatiōe ſpiritus innati Aer non ſolū in regimine ſanitatis: ſed etiaz in hominibus et naturis facit varietates: vt ſpecie nonnulli differre videantur: quod de aīabus hominū platonici concedunt. Ut eñ reperies qui natura timidi ſint: tardi: ſomnolenti: inertes: pigri: ſegnes: ignaui: ita videas qui naſcantur animoſi: ſtrenui: vigiles: induſtrij: vegeti: cordati: excitati. Inueies etiā quoſdam natura pios: religioſos: iuſtos cōtinentes: modeſtos: benignos. Itez quoſdam impios: irreligioſos: iniquos: auaros: proca-

Aeris ſalubris cōditio.

Natura alijs fauet alijs inuidet.

M.E.C.D. 2016

res: inuerecūdos: immanes. Bene diſpoſiti
a natura (hoc aūt licȝ oculo ad oculū intueri)
minori diligētia proficiunt. At quibus nouer
cali odio natura difficilis fuerit: ſolent omīa
faciendo nihil proficere: ⁊ operam ac impen
ſas vt plurimū perdere. Nec empedocles ⁊
epicureus mali philoſophi: nec Anaxagoras
et Permenides minus ꝙ Plato ⁊ Ariſtote
les perdiſtende p̄hie ſtudiū impendiſſe putā
di ſunt: ſed minus habuiſſe fauoris a natura
⁊ aere: propterea illi ſunt ignobiles: iſti inter
ſapientes heroicos honorantur. Inſequi vi
dētur ⁊ nationes ſua vicia ob aeris diuerſita
tem. Unde ⁊ ligures vani: latini ſupercilioſi
ac elati dicūtur. Fortes ⁊ natura feroces gal
li: Jactabūdi hyſpani. Itali graues ⁊ glorioſi
Peni fedifragi. Citatur a paulo ap̄lo Epi
menidis poete greci vulgatus ille de creten
ſibus ſermo. Cretenſes ſemper mendaces:
male beſtie: vētres pigri. Dicam ergo tranſ
eunter ⁊ ſummatim affirmaboq; referre mul
tum quo in aere quo ſemine quis ꝓgenitus
ſit: quo vētre ſit fotus embrio: quibus horis
natus infans: q̄bus cibis ⁊ exercitijs educt⁹:
q̄bus diſciplinis imbutus: ſub qua celi parte
nutritus. Non em̄ omniū eque nationum cor
pora ſunt ad ſapientie ac intelligentie perce
ptionē idonea. Uñ Thaletem vel vt alij vo
lunt Socratem dicere ſolitū accepimus: pro
pter tria ſe maxime deo gratias habere: ꝙ
ſcȝ mas non femina: homo nō beſtia: grecus
non barbarus natus eſſet. Seres em̄ et qui
extrema mundi climata inhabitant tantum
ab eorum cōplexione qui quintū clima inco
lunt: elongantur: vt cōplexio que vni genti
ſalubris ē: plerūq; alteri mortē confiſcat. Et
vt corporum diſpoſitionibus: ſic moribus le
gibus ſentētijs ⁊ ingenijs differunt. His de
cauſis thebani: galli: germani robuſtiores.
Athenięſes egyptij ingenioſiores habiti ſūt
Tantus eſt corporis influxus in animaȝ: vt
platonici qui demones angelos voluit eſſe
corporeos: putent eos pro corporum varieta
te rebus varijs oblectari. Eos qui de cele
ſti ſubſtantia corpus habent: figuris ⁊ canti
bus allici. Qui ex igne: fumo ⁊ odoribus ſa
crificiorum. Qui vero ex aere: dicunt ſeſe
corporibus inſinuare ſolitos: ⁊ humani cor
poris humorē exugere. Herodotus lib̄. iij. af
firmat: ſe ex ſcytharum genere ſapientem au
diuiſſe neminem: preter vnum Anacharſim
qui vt Cicero in tuſculanis queſtionibus in
quit: ſapiētie fuit admirādę. Satis ergo (vt
arbitror) fuerit nos de aere prout capit epi
toma dixiſſe. Sed iam ad quietē deſcēdam⁹

Epiteta diuerſarum nationū.

¶ De nimia quiete monſto ſecundo.
Capitulū. iiij.

QUies nihil aliud eſt niſi
priuatio motus: ⁊ q̄tum pre
ſens concernit negociū: pri
uatio exercitationis ⁊ labo
ris: que ocioſitas appellari
poteſt: ex qua cum ſuperflua
fuerit: in corpus tot ⁊ tanta redundant nocu
menta: quot ⁊ quātas exercitium afferre po
teſt vtilitates. De ipſa Iſaac in vniuerſali
bus dietis cap̄. xx. ait. Nihil inimicabilius
regende ſanitati exiſtit ꝙ ocioſitas ⁊ quies:
quod accepiſſe videtur Auerroys in. vj. col
liget cum inquit. Omnimoda quies corpo
ris non ingreditur viam ſanitatis. Ex quo
ſatis liquet ꝙ viam ingreditur egritudinis:
cum ad plures perducat infirmitates: et ad
ethicam precipue ſenectutis. Et Galenus li
bro de euchimia ⁊ cacochimia capit̄lo. iij. ait.
Maximū em̄ eſt malum ad ſanitatis cuſto
diam quies corporis: ſicut maximum bonum
moderata motio. Cuius dicti rationem ipſe
aſſignat in libro de typo iectigatiōe ⁊ tremo
re dicens. Quies eſt corruptio corporibus q̄
bus conuenit moueri. Scito igitur plus quo
tidianas exercitationes ad ſanitatem prodeſ
ſe ꝙ medicos ⁊ medicinam. Exercitatione
enim ait Fabius Quintilianus: cuncta con
ualeſcunt. Sine qua vt inquit Galenus im
poſſibile eſt hominem ſanitate proſperrima
diu frui. Galenus noſter exercitationem par
ue pile reliquis anteponit. Commode etiam
exercent: vt docet Celſus: curſus ambulatio
⁊ clara lectio: qua nos prope peculiariter vti
mur: quotidie publicis lectionibus contentiſ
ſime boantes. Plato ⁊ Ariſtoteles gymnaſti
cam cum primis probāt: qua vires augeſcūt
⁊ ſanitas inoffenſa cuſtoditur. Precipit Ari
ſtoteles. viij. politicoruȝ adoleſcentes gym
naſtice ⁊ pedotriuice eſſe tradendos. Ubi pe
dotriuica (vt hoc quoq; in tranſcurſu decla
remus) ſignificatur exercitatio pertinēs ad
doctorem pedotriuitem. Eſt autem pedotri
ues vt docet Plato libro de philoſophia ex
ercitationis magiſter: cuius officium eſt: vt
idem tradit in Gorgia: corpora hominū for
moſa robuſtaq; efficere. Idem Plato adeo
gymnaſticam probauit: vt lib̄. de rep. v. fe
minas gymnaſtica exercendas eſſe cenſuerit
qui. lib̄. vij. de legibus gymnaſtice nomine
exercitationes omnes bellicas contineri do
cet. Igitur ad bona corporis cuſtodiēda vte
mur exercitatione: q̄ vt ait Cornelius. Cel

Quid quies.

Exercitatio ad ſanitatē cōfert

Pedotriuica

Pedotriues.



M.E.C.D. 2016

ſus:prima corporis curatio eſt.debetq; ſemꝑ antecedere cibū in eo qui bene concoxit: amplior in eo qui minus concoxit remiſſior.

### Quid pituita ꝛ quomodo vitanda ſit: monſtrum tertiū. Cap̄.v.

PItuita naturalis frigida eſt ꝛ humida et ſine ſapore: quā natura ſemper ꝑ vens mandat vt digerat eā ꝛ corpus nutriat. Pituita eñ eſt cibus non perfecte coctus: pōt eñ digeri ꝛ corpus nutrire. Hec dū augetur litteratis noxiam eſſe diximus. Ergo (vt ficini verbis vtar) ne pituita nimis augeatur: exercitatione quotidie ſtomacho ferme vacuo bis vtendum: nunq̄ tamen laborioſa: ne acuti ſpiritus diſſoluatur. Excremēta diligentiſſime ab oībus meatibus expurganda. Sordes a corporis totius cute, capitis precipue: tum lotione: tum fricatione penitus abſtergende. Vitanda alimenta nimiū frigida: pinguia: virulenta: viſcoſa: glutinoſa: et oīa que facile putreſcere ſolent. Moderatus ſit cibus: ſed potio moderatior. Habitatio alta a graui nubiloſoq; aere remotiſſima. Prohibendum frigus a capite: maxime vero a ceruice atq; pedibus. Prodeſt moderatus vſus aromatū in frigidioribus epulis.

### Cur melancholici ingenioſi ſint: ꝛ quales melācholici ſint eiuſmodi. Monſtrū quartum. Cap̄.vj.

QVereret aliquis quam ob cauſam maximi philoſophi melancholici vel ſint ab initio: vel ſtudio fiant. Qđ quidē confirmat Democrit⁹. (Democritus.) Nullos inquit viros īgenio magnos preter illos qui furore quodā perciti ſunt: eſſe vnq̄ poſſe. Ariſtoteles quoq; lib. probleumatum idem approbat. Omnes eñ inquit viros in quauis facultate preſtantes melācholicos extitiſſe: ſiue tales nati fuerint: ſiue aſſidua meditatione tales euaſerint. Quod ego eam ob cauſaz euenire arbitror: qm̄ humoris melancholici natura terre ſequitur qualitatem: que nunq̄ late ſicut cetera elementa diffunditur: ſed arctius contrahitur in ſeipſaz. Ita melācholicus humor aīam ꝛ inuitat ꝛ iuuat: vt in ſeipſam ſe colligat. Rurſus anima ſi frequēter ita ipſos in ſe ſpiritus colligit: propter cōtinuam agitationē partibus humorū ſubtilibus reſolutis: complexionē corporis multomagis terream efficit q̄ acceperit: preſertim cum habitudinē corporis ſe colligendo reddat compreſſiorez: talis eſt eñ terre natura. Mitto q̄ talis quoq; eſt natura Mercurij atq; Saturni: per quā dum ſpiritus in cētrū colligunt: animi aciem quodāmodo ab alienis ad propria reuocant: ſiſtuntq; in contemplando: ꝛ ad centra rerum conferunt penetrāda. Neq; tamen planete vel humores eiuſmodi tanq̄ efficientes cauſe id operātur: ſed vel prebent occaſionē: vel impedimenta repellunt. Animus autem ipſe ꝛ inuitatus et expeditus talia perficit. In hac melancholia ponimus philoſophantes poetas ſacerdotes preſagos ꝛ prophetas. Epimenidem cretenſem annos quinquaginta dormiſſe aiunt: id eſt vt opinor a ſenſibus vixiſſe ſemotū. Similiter decem latuiſſe Pythagoram. Zoroaſtrem vero viginti. Socrates vt ſcribit Plato: (Socrates.) a ſolis ortu vſq; ad ſequētis diei ſolis ortum inconniuens īmobilis iiſdem veſtigiis: ꝛ ore atq; oculis in eundem locum directis cogitabundus ꝛ abſtractus a corpore ſtabat. (Plato.) Plato noſter cū frequenter cōtemplationis intentione longe ſeceſſiſſet a corpore: tandē in eaipſa abſtractiōe a corporis vinculis deceſſit omnino. Eius diſcipulus Xenocrates ſigulis diebus integram horā abſtrahebatur a corpore. Idem de heraclito ꝛ Democrito legimus. Vterq; ī ſolitudinē ſeceſſerūt. Alter intenſiōe ſtudij ſubtriſtis videbatur aſpectu Alter cū mentē a ſenſibus auocare cepiſſet: ꝛ impediretur ab oculis: ſeſe excecauit. Archimedes ſyracuſanus geometricis figuris intentus: tumultuoſum pereuntis patrie excidium. ꝛ imminentem capiti hoſtem nō ſenſiebat. Porphyrius plotini diſcipulus ſcribit Plotinū ſepe ſolitū a corpore ſolui mutareq; vultus: tūc mira quedā inuenire que poſtea ſcriberet. Quater autez affuiſſe ſe aſſerit his Plotini miraculis. Seipſum vero cum ageret octauū ꝛ ſexageſimū etatis annum a numine correptū ſemel inter contemplandum affirmat. Magnū certe eſt mentis imperiū: que virtute ſua e compedibus corporis ſoluitur. ingēs opulentia mētis que quotiens voluerit precioſos dei ꝛ nature theſauros: non

ex terre viſceribus:ſed ex proprio eruit ſinu
Maxime vero in illis apparet ꝙ̄tum corpo
ri ratio dominetur:qui cum flagitioſam ado
leſcentiam egerint:ante ipſam ſenectutem
ſubito vel inſpirante deo:vel homine exhor
tante ita mores mutant:vt de intemperatis
temperati vel continentes euadant. Quod
ſtatim feciſſe Polemon tradit eodē die quo
audiuit Xenocratem de pudicitia diſputantē
Idem Dyogenes cum audiret Antiſtenem
diſſerentem de libertate. Solet natura quic
quid longo tempore inoleuit:non aliter ꝙ lō
go tempore abolere. Habitum igitur diutur
na conſuetudine roboratum momēto immu
tare non corporee nature eſt: ſed excelſioris
atqꝫ diuine. Preterea poetas cōſidera:quos
Democritus ⁊ Plato diuino quodam furore
Poete furore corripiuntur. correptos affirment. Hoc oſtendunt duo pre
ceteris Platonis Ion ⁊ Phedrus. Cuius q̄
dem rei tria affert ſigna. Primum ꝙ artes
ſingulas ſinguli homines ſine deo longo vix
tempore aſſequuntur. Legitimi vero poete:
quales fuiſſe vult Homerum Orpheuz Pin
darum Heſiodum:omnium artium ſuis ope
ribus certa quedam inditia ⁊ argumēta inſe
ruerunt. Secundū ꝙ multa furentes canūt
et illa quidem mirabilia : que paulopoſt de
ferueſcente furore ipſimet non ſatis intelli-
gunt:quaſi non ipſi pronunciauerint:ſed deꝰ
per eos ceu tubas clamauerit. Tertium ꝙ
non prudentiſſimi quiqꝫ ⁊ ab ineunte etate
eruditiſſimi optimi euaſere poete. Verum
inſani potius aliqui:qualē fuiſſe conſtat Ho
merum atqꝫ Lucretium. Aut rudiores qua
lem ſe fuiſſe teſtatur Heſiodus :et quales
extitiſſe Tinnicum ⁊ Ionem ſcribit Plato:
qui preter artem ſubito in rebus poeticis ad
mirandi prodierūt. Addit ineptiſſimos quoſ
dam homines a muſis ideo corripi : quia di
uina prouidentia hominum generi declara-
re vult:non hominum inuenta eſſe preclara
poemata: ſed celeſtia munera. Cuius illud
affert ſignuz in Phedro:ꝙ nullus vnꝙ̄ licet
diligentiſſimus:⁊ in omnibus artibus erudi
tus:excelluit in poeſi: niſi acceſſerit feruen
tior illa animi concitatio: quam ſentimus:
quando eſt deus in nobis agitante caleſci
mus illo: Impetus ille ſacre ſemina mentis
Ouidius. habet. Refert Aurelius auguſtinus ſacerdo
tem calamenſem ſolitum ſe ſuo arbitratu a
corpore auocare preſertim cum querula ar-
monia demulceretur. Iacebat inquit ſimilli
mus mortuo ſine anhelitu:⁊ cum vreretur ⁊
arceretur non ſentiebat. Experrectus autez
dicebat ſe nihil preter ipſam melodiam et
voces loquentium in ipſa abſtractione ſen-
ſiſſe. Quod ſignificat animam illam nihil tūc
operari ſolitam in corpore:cum nullus eſſet
motus aut ſenſus tangendi aut anhelitus:
aliquid tamen in ſeipſa agere cum armoniā
ante auditam excogitaret: voceſqꝫ percipe-
ret. Galilei quoqꝫ nonnulli olim ſubito in-
ſpirante deo ex piſcatoribus ſummi euaſere
theologi. Diuum paulum theologum tres ce
leſtium hierarchiarum celos in diuina abſtra
ctione animi conſcendiſſe ſcripta eius:actuſ
qꝫ apoſtolici mōſtrant. Sacerdotes multos
ante horum tempora inſtinctu demonum ſo
litos debachari:⁊ mirabilia quedam effari
omnis teſtatur antiquitas. Cornelium ſacer
dotem caſtiſſimum ſcribit Aulus gellius pa
taui mente motum fuiſſe eo tempore quo
Ceſar ⁊ Pompeius in theſſalia prelio con-
certabant:adeo vt ⁊ tempus ⁊ ordinem : et
exitum pugne videret. Plinius quoqꝫ tradit
Armonis Clazomenij animam relicto cor-
pore vagari ſolitam:et multa ac vera e lon-
ginquo nunciare:donec cremato eo inimici
eius qui cantharide vocabantur remeanti
anime velut vaginam ademerunt. Idem fa
cere conſueuiſſe ſcribit Maximus tyrius pla
tonicus:⁊ herodotus animam Ariſtei preco
neſij. Ob id ſcribit Ariſtoteles vt ſupra nar
raui omnes in qualibet arte viros excellen-
tes:melancholicos extitiſſe:vt non humani:
ſed diuini potius videantur. Rationem ve-
ro tante rei hanc explicare videtur. Auden-
dum tamen cum viro noſtro monſtrante deo
Melācholia duplex. cauſas indagare. Atra bilis ideſt melancho-
lia eſt duplex. Altera quidem naturalis a no
ſtris appellatur. Altera vero aduſtione con
tingit. Naturalis illa nihil eſt aliud ꝙ̄ den-
ſior quedam ſicciorqꝫ pars ſanguinis. Ad-
uſta vero in quattuor diſtribuitur ſpecies.
Aut enim naturalis melancholie: aut ſan-
guinis purioris:aut bilis:aut ſalſe pituite
combuſtione concipitur. Quecunqꝫ aduſtio-
ne naſcitur iudicio ⁊ ſapientie nocet. Nem-
pe dum humor ille accenditur atqꝫ ardet:cō-
citatos furenteſqꝫ facere ſolet: quam greci
maniam nuncupant:nos vero furorem. At
quando iam extinguitur: ſubtilioribus: cla-
rioribuſqꝫ partibus reſolutis: ſolaqꝫ reſtan-
te fuligine tetra:ſtolidos reddit et ſtupidos
quem habitum melancholiam proprie ⁊ amē
tiam vecordiamqꝫ appellant. Sola igitur
atra bilis illa:quam diximus naturalem: ad
iudicium nobis ſapientiāqꝫ cōducit. Neqꝫ tn̄

ſemper. Sane ſi ſola ſit atra nimium denſa-
q̄ȝ mole offuſcat ſpiritus: terret animum: ob
tundit ingenium. Si vero pituite ſimplici
miſceatur: cum frigidus obſtiterit circuȝ pre
cordia ſanguis. craſſa quadam frigiditate ſe
gnicie͂ adducit: atq̄ȝ torporem. Atq̄ȝ vt den-
ſiſſime cuiuſq̄ȝ materie natura eſt: quando
eiuſmodi melancholia frigeſcit: ad ſummum
frigiditatis inte͂ditur. Quo in ſtatu nihil ſpe
ratur. timentur omnia: tedet celi conuexa in-
tueri. Oportet au͂t atram bilem neq̄ȝ taȝ pau
cam eſſe: vt ſanguis bilis ſpiritus quaſi fre-
no careant: vnde inſtabile ingenium: labileȝ
memoriam eſſe contingat. Neq̄ȝ tam multaȝ
vt nimio pondere pregrauati dormitare atq̄ȝ
egere calcaribus videamur. Proinde neceſſa
rium eſt omnino eam eſſe quoad eius natu-
ra patitur ſubtiliſſimam. Si em̄ tenuata pro
natura ſua maxime fuerit: poterit forſita͂ abſ
q̄ȝ noxa etiam eſſe multa. Atq̄ȝ etia͂ tanta vt
equare bilem ſaltem pondere videatur. Ab
undet igitur atra bilis: ſed tenuiſſima. Sed
impreſentiarum hac de re ſatis ob epitoma-
tis anguſtiam. Ad ficinu͂ recurras vt de ſua
vena addat vbi cum ipſo defatigatus deſtiti

¶ Quomodo coitus vitandus ſit: Mon
ſtrum quintum.                    Cap̄. vij.

QUintum monſtru͂ eſt ve-
nereus coitus: preſertim ſi
vel paulum vires exceſſerit
Subito namq̄ȝ exhaurit ſpi
ritus: labefactat ſtomachum
atq̄ȝ precordia: cerebrumq̄ȝ
debilitat. Quo malo nihil ingenio aduerſius
eſſe poteſt. Un de Auice͂na tertia tertij. cap̄.
v. ait. Multiplicatio coitus eſt nocibilior reſ
oculo. Et idem. xiij. iij. cap̄. vltimo primi tra
ctatus. Coitus eſt ex reb⁹ nociuis ſtomacho
Et dimiſſio eius eſt ex rebus maxime confe-
rentibus ei. Ariſtoteles em̄ aſſerit q̄ aīalia
multi coitus ſunt breuioris vite. Probans h̄
ex paſſeribus qui no͂ viuunt niſi per annum
Inducens ſuper hoc ꝓbationem: qm̄ no͂ ap-
paret nigredo ſuper guttur eorum qui viden
tur in autu͂no: que quidem nigredo ſignifi-
cat ſup̄ ſenes ex eis. Ariſtoteles quoq̄ȝ quar
to ꝓbleumatum probleumate. xxj. ait. Co-
euntes exoluuntur ⁊ infirmiores fiunt vt fre
quenter. Et ꝓpterea multus coitus debilitat
corpus: facitq̄ȝ ipſum hereditare varias ſpe-
cies nocumentorum ⁊ dolorum. Cur na͂ Hip
pocrates coitu͂ comitiali morbo ſil͂em iudica
uit: niſi q̄ȝ mente͂: que ſacra eſt ꝑcutit. Tan-

Vitu-
perat
coitus

timq̄ȝ obeſt: vt Auice͂na in lib̄. de aīalibus
dixerit. Si quid ſpermatis ſupra q̄ natura
toleret: coitu ꝓfluat: obeſſe magis q̄ ſi qua-
dragies tantu͂deȝ ſanguinis emanarit: vt no͂
iniuria priſci muſas atq̄ȝ mineruaȝ virgines
eſſe voluerint. Nihil igitur ī genio aduerſius
eſſe po͂t ī moderato coitu. Ea de re ſapientes
tale ꝓbleuma adduxere. Cur multi ſtulti val
de prudentes ꝑeant: multi au͂t valde pru-
dentes ſtultiores. Quia ſtultiores in coitu a vo
luptate vehementer ſuperati aīam corpori ⁊
valde immerſam habeant: vt ꝑinde ſemen:
qd̄ plurimum particeps eſt potentie ro͂nalis
inde que gignu͂tur euadunt prude͂tiora. Pru
dentes vo ⁊ imprimis eruditi ſemꝑ aliquid
ꝓuident: ⁊ in ipſo coitu aliqua diſcutiunt: ac
ro͂ne metiunt̄ ex his que forinſecus ſunt ne-
neſſaria: ac ſeſe attollunt. Itaq̄ȝ eorum ſeme͂
exiens plurime aīalis potentie expers eſt.
Hinc ſolutio eſt qua͂obrem ſtolidi ⁊ ineruditi
corpore validiores ꝑeant: eruditi au͂t inua
lidiores. Igitur coitus no͂ ſolum ſapientibus
ſed ⁊ filijs eorum naſcituris obeſſe magis q̄
ipſis ſapientibus priſci voluerunt. Coitus in
regimine ſanitatis canones nouem habet.
Primus vt ſit rarus: ⁊ no͂ niſi cu͂ natura ſpo͂-
te id poſcat. Secundus vt no͂ fiat tp̄e pleni-
tudinis ſtomachi. Tertius vt no͂ fiat tempo-
re famis. Quartus vt fiat in fine digeſtionis
Quintus vt iam expulſe ſint ſuperfluitates.
Sextus vt fiat cum dilecta: no͂ cum feda: aut
cum muliere quam no͂ ames. Septimus vt
poſt ipſum dormias paululu͂. Octauus vt ſi
tibi ex coitu grauior fact⁹ videaris: ab eo ab-
ſtineas. Nonus vt no͂ ſit in vltimis diebus
lune inſtante coniunctione.

Quare
ſtulti
prude͂-
tiores:
⁊ pru-
dentes
ſtultio-
res ꝑ-
creent.

Coit⁹
regule

¶ Satietas monſtrum ſextum. Ca. viij.

SExtum monſtruȝ eſt vini
cibiq̄ȝ ſatietas. Quippe Ari
ſtoteles in. vij. ethicoru͂ in-
quit. Voluptates impediu͂t
prudentiam: ⁊ quanto maio
res ſunt: tanto magis obnu
bilant: qd̄ in aphrodiſijs: id eſt rebus vene-
reis patet. Nemo em̄ dum veneri opera͂ dat
ꝓſpicere mente quicq̄ poteſt. Et diuus Hie-
ronymus aduerſus Iouinianum inq̄t. Mor
bi em̄ ſaturitate nimia concitant̄: ⁊ multi qd̄
turpiter ingeſſerunt turpius egerunt. Hippo
crates quoq̄ȝ maximus medicoruȝ docet craſ
ſa ⁊ obeſa corpora in paralyſiȝ ⁊ peſſima mor
borum genera eru͂pere: niſi cita miſſione ſan
guinis minuant̄. Unde ⁊ athlete quoru͂ vita

Satie
tas de-
teſtato͂

M.E.C.D. 2016

⁊ ars ſagina eſt: vt inquit Galenus doctiſſi-
mus Hippocratis interpres: diu viuere non
poſſunt. Nec diuturna pfrui valitudine: quo
rum mentes adipibus inuolute: nihil ſubli-
me: nihil tenue poſſunt cogitare. Naz vt ait
Hieronymus: pinguis venter nō gignit ſen-
ſum tenuē. Socrates fons phōrum dicebat
mltos homines ꝓpterea velle viuere vt ede
rent ⁊ biberent: ſe edere ⁊ bibere vt viueret
Critolaus peripateticus maluz eſſe volupta
tem ait: ⁊ multa alia mala parere ex ſeſe: vi-
delicet iniurias deſidias obliuiōes ignauias
Antiſthenes ſocraticus dicebat. Inſanirem
potius q̄ꝫ oblectarer. Mitto q̄ inſanos facit
ebrietas. Quippe ſi vinum vel nimium vel
nimis calidum vehemēſq̄ꝫ fuerit: caput ipſuz
humoribus peſſimiſq̄ꝫ fumus implebit. Cibꝰ
vero (vt ficini vtar verbis) nimius primum
quidem ad ſtomachū in ipſo decoquēdo om-
nem nature vim reuocat. Quo fit vt capiti
ſimul ſpeculationiq̄ꝫ intendere nequeat. De-
inde inepte coctus multis ⁊ craſſis vaporibꝰ
humoribuſq̄ꝫ aciem mentis obtundit. Quin-
etiam ſi ſatis coquatur: tamē vt Galenꝰ ait.
animus adipe ⁊ ſanguine ſuffocatus: celeſte
aliquid peruidere nō pōt. Circa cibum ⁊ po-
tum viri litterati canones .xij. ſeruabūt. Pri-
mus eſt vt rerum quarūlibet nimia fugiatur
repletio. Scd̄s vt nō edant niſi eo tempore
quo fames vrgeat. Tertius vt oīa euaporan
tia: replentiaq̄ꝫ caput dimittanť: vti ſunt le-
gumina ⁊ fructus. Sunt em̄ de maxime eua-
porantibus ad caput: vt .xiij. tertij. Concedi
tamē poſt cibum ſolent pira cocta: aut citonia
⁊ in calido etiam grana dulcis: aut muzi gra-
nati: quorū etiam nuclei comaſticenť. Quar-
tus vt cruda relinquanť etiam ſi cum aceto
comedantur. Quintus vt brodialia iuſcula:
oīaq̄ꝫ nimis humida effugianť: q̄m addūt in
humiditate: cuius curaz intēdimus. Sextus
vt que a ꝓprietate nocent memorie dimittā
tur. Nam cepe hoc facit: etiam allia ⁊ porri.
Septimus vt leuis ſemꝑ ſit cena. Octauus
vt oīs cibus in coriandris finiatur aut iuni-
peris: aut cruſta panis ſupra quam nō bibāt.
Nonus vt vinū vinoſum effugiatur. Nam
nimis vaporoſum eſt: fertq̄ꝫ ad caput indige
ſtam materiā: ⁊ ad alia membra: ⁊ licet cali-
duz ſit: frigidos tamē generat morbos: vt ſe
cundo de accidenti Gal'. teſtatur: lz cauſa ſit
bone cōcoctionis magis ſitim quietans q̄ꝫ a-
qua: vt ait Ariſtoteles .ij. ꝓbleumatū textu
iiij. ſuffocat tamen virtutem: precipue ſi im-
moderate bibatur. Decimus omnia cibaria q̄
diu in ſtomacho morantur effugiantur: vt ca

Canones circa cibū ⁊ potū obſeruandi.

ſeus: ⁊ omnia ſuperflue pinguia: ⁊ piſces: q̄ꝛ
chimum phlegmaticum generant. Undeci-
mus omnes nucleoſi fructus ſolent obeſſe:
vt nuces auellane amygdale ⁊ caſtanee. Duo
decimus acetum ſit acutiſſimum ⁊ calidum
in vſu exiguo cum cinamomo: ⁊ ponať in va
ſculo acorus ⁊ pulegiū: ⁊ hoc vbi pituita mul
tum abundans eſt.

¶ Accidentia aīe monſtruz ſeptimum.
Capitulum .ix.

FUere nonnulli ex medico
ruz familia glorie diuine quo
dāmodo inuidentes atq̄ꝫ ni-
mis derogantes. nature aūt
plus equo addicti. Inter q̊s
eſt princeps noſter Auicēna
qui cōnati ſunt omnium miraculorum etiam
eorum que in noſtrum beneficium deus oſtē-
dit: in natura reruz cauſas inuenire: vt ea eſt
que digerēdo nutrimento ꝑfecta eſt. Quo ſe
pe factum dicunt: vt nōnulli ex morbi comi-
tialis imaginatione epilentici euaſerint: et
ex lepre imaginatione leproſi. Obedire etiā
imaginationi nō corpus ſolum anime imagi
nanti cōiugatum: quod ⁊ omnes medici con
cedunt: ⁊ ſapientes nō negant: ſed ⁊ materi-
am quoq̄ꝫ exteriorem: quod negamus. Nec
tamē id aiunt omnibus aīabus eſſe commu-
ne: ſed quarūdam eſſe priuilegium ſingulare
quas alijs excellentiores ac diuiniores putāt
quales eſſe volunt ꝓphetaruz ⁊ heroum ſeu
ſemideorum. Et modus iſte dicendi pōt tra-
hi ab auicēna ſexto naturalium parte quarta
cap̄. iiij. cuz ait. Quelibet humana anima cor
pore ſano exiſtente ſufficit immutare materi
am corporis ꝓprij: q̄ꝛ ſibi dominatur. igitur
anima humana nobilis ⁊ fortiſſima propter
conſtellationes poterit tranſcendere ad ope-
randum in corpus alienum ꝑ ſolam imagina
tionem abſq̄ꝫ alio medio: hec ipſe. Iſigonus
⁊ Memphodorus teſte Plinio naturalis hi-
ſtorie lib. vij. cap̄. ij. tradunt in aphrica quaſ
dam eſſe familias: quarum laudatione inter-
eant ꝓbata: areſcant arbores: emoriantur in
fantes. Eſſe eiuſdem generis in tribalis ⁊ il
lirijs adijcit Iſigonus: qui viſu quoq̄ꝫ effa-
ſcinent ⁊ interimant: quos diutius intueanť
iratis precipue oculis: ⁊ hos pupillas binas
in oculis habere. Sunt vt aiūt huꝰ generis
femine in ſcythia bithye appellate. Verū hec
nō imaginationibus: ſed vel habitui oris pe
ſtifero: vel vapori venenoſo qui ex oculis ꝓ
deat aſcribenda. Sicut accidit in his qui pe

Imaginatō q̄d faciat.

M.E.C.D. 2016

ſtalentia ſunt infecti: eorum namq; anime cõ
ſtat vim ineſſe mortiferã: que ⁊ in alios cõta
gio ſeuiens: ⁊ multiplicatione ſui inualeſcat
⁊ ſerpat. Hi nimirũ qui effaſcinandi vim ha
bent: neſcio quid ſimile patiunt̃ ſibi innoxiũ
alijs letiferum. Et ne cui videat̃ impoſſibile
huiuſcemodi venenoſos humores intra nos
gigni: ſubijciã q̃ Plini⁹ lib. vij. naturalis hi-
ſtorie. c. xv. de menſtruo mulierũ: ex quo hu-
mana corpora cõcreantur: enarret: ſic eñ in-
quit. Nihil facile reperit̃ mulierum ꝓfluuio
magis monſtrificũ. aceſcunt ſuꝑuentu muſta
ſterileſcunt tacte fruges: moriuntur inſita:
exurũtur hortorum germina: ⁊ fructus quib⁹
inſedere decidunt: ſpeculorũ fulgor aſpectu
ipſo hebetat̃: acies ferri preſtringit̃: eborisq;
nitor: aluei apum emoriũtur: es etiã ac ferrũ
rubigo ꝓtinus corripit: odorq; dirus area: et
in rabiem aguntur guſtato eo canes: atq; in
ſanabili veneno morſus inficit̃: hec Plinius.
Quo fit vt nõ omnia in cauſas naturales: ſ;
quedam etiã in demones: quedã hoc eſt ea q̃
vera ſunt: in bonos angelos ⁊ in deũ ſint re-
De ima- ferenda miracula. De imaginationibus con-
ginatõ- iunctis cum paſſione appetitus: ⁊ de imagi-
ne duo nationibus ſine illis paſſionibus appetitus:
modi. que faciunt in ſanitatis regimine: conceſſi
ſunt duo modi: quibus alterant corpus pro-
prium. Primus ꝙ ex natura rei ſpecies cali-
ditatis ⁊ imaginatione eius eſt caliditatis ꝓ
ductiua: ⁊ ſpecies frigiditatis eſt productiua
frigiditatis: ſicut lumẽ eſt calefactiuũ. Et hũc
modũ colligimus ex Ariſtotele in lib. de cau
ſa motus aĩalium cum ait. Alterant eñ fan-
taſie ſenſus ⁊ meditationes. Senſus eñ ſta
tim ſunt alterationes quedã exiſtentes. Phã
taſia aũt ⁊ intelligentia habent rerum virtu
tem. Aliquo eñ modo ſpecies intellecta cali
di aut frigidi aut delectabilis: talis exiſtit q̃-
lis quidem ⁊ rerum vnaqueq;. Scd̃s modus
eſt ꝑ motũ ſpiritus adintus vel ad extra vł
ad determinatum mẽbrum. Nam in gaudio
ſpiritus pellunt̃ ad extra ⁊ extrema calefiunt
In timore vero ſpiritus retrahunt̃ ad intra:
⁊ infrigidant̃ extrema. Et in quibuſdam paſ
ſionibus fiunt ſimul contrarij quodammodo
motus: vt moueatur ſpiritus ad extra ⁊ ad in
tra: vt in paſſione que vocatur arabice elen:
⁊ in verecundia. Et ſimiliter cõtinuata forti
Cano- imaginatione ⁊ cogitatione ſpiritus mouen-
nes ac tur ad cerebrum: ⁊ ſic cõtingit corpus aut ca-
ciden- lefieri aut infrigidari ſubito aut paulatim.
tiũ ani In regimine litteratorum accidentia animi
me. canones tres habẽt. Primus vt triſticia om
nino effugiatur. Secundus vt cura rei fami-
liaris ꝗ̃tum fieri poteſt amoueatur. Vnde
apud Claudianum. Pectora noſtra duas nõ
admittentia curas. Tertius vt cogitatione
⁊ meditatione ſcientiarum oblectetur. Nam
apud Ariſtotelem delectatio ꝑficit opus.

Octauum monſtrũ eſt ad multã noctẽ ꝑſer
tim poſt cenã frequentius vigilare. Cap. x.

Quoniam vero in hoc errãt
viri ſtudioſi fallũturq; ꝑmulti
lr̃ati ꝙ ad multam noctem ꝑ-
ſertim poſt cenam frequẽtius
vigilent: vnde etiam poſt or-
tum ſolis dormire cogantur.
Idcirco ꝗ̃tum ingenio noceat ficinus noſter
in ſuo de vita ſana lib. rationes ſeptem pre-
cipuas adducit: quas ob epitomatis anguſti
am pretermiſi. Ille tamen hore ſtudio decer-
nantur: quibus ⁊ vacuus eſt ſtomachus: et
ingenium vaporibus non obtenebratum: ⁊
omnia tenent ſilentium. Igitur matutini gal
li cantus eligantur: curemuſq; ne tempo-
rum rationem fortune motus infringant quo
minus quas decreuimus ſtudio horas in eo
non abſoluamus. Nam ſi Ceſar auguſtus
in bello mutinenſi legere quotidie ⁊ ſcribere
ſolebat. Item ſi Iulius ceſar que die geſſe-
rat: cum orbem pacauit: ea nocte furtiuis lu-
cubrationibus ſcribebat: ⁊ precipue tanta ele
gantia: vt a Quintiliano lib. x. cap. j. mirifi-
ce laudetur. Quid obſecro poterit: quid in-
quam poterit vrbano ocio interuenire: quod
nos a ſtudio abducat litterarum.

Duo precipui memorie hoſtes frigidi-
tas ⁊ humiditas. Cap. xj.

Vt autem illuc reuertamur
vnde iam longius digreſſi ſu-
mus: longiſſima via eſt que ad
veri cognitionem ſapientiãq;
perducit: grauibus terreq; ma
riſq; plena laboribus. Quicunq; igitur (vt
ficini noſtri vtar verbis) hoc iter aggrediũ-
tur: vt poeta quiſpiam diceret. Sepe terra
mariq; periclitantur: ſiue in mari nauigent
cõtinue inter fluctus: ideſt humiditates qua
ſi inter ſcyllam carybdimq; iactantur. Siue
terra (vt ita dixerim) iter agant: duo mon-
ſtra ꝓtinus ſeſe illis obijciunt. Primum ima
go mortis frigiditas ſcz. Scd̃m corruptionũ
mater humiditas ſcz. Verum Auicẽna Ga-
lenuſq; voluere plus frigiditatẽ ꝙ̃ humidi-
tatem officere: q2 oĩs naturalis operatio ca-
lore naturali fit. Frigiditas aũt cõfundit na
turam: neq; eius opus ingreditur niſi tanq̃

M.E.C.D. 2016

ſubdominans inſtrumentū: vt patet.ij.colliget.&.j.&.ij.primi.& a cōſiliatore differentia lxj.ideo ſcdo canticoꝝ commento.xcv.vocat eum calorē elemētoꝝ.hoc eſt qui eſt ſicut elementū nature.& tractatu tertio cōmēto.clv. Eius igitur cōtrariū qđ eſt frigiditas obeſt plurimum.verū obeſt mediatius.humiditas aūt īmediatius: qꝛ cū memoria cōfortetꝫ ſicco ꝓportionato: cuius eſt retinere: vt.iij.de aīa.ergo ꝯfunditur humido tanꝗ diſproportionato. Frigiditas quoqꝫ oībus operationibus vniuerſaliter obeſt. Humiditas aūt magis ꝓprie videtur obeſſe retentiue. Hec cū ita ſint: pōt ſiccitas ſupflua impedire ne forme inſigillentꝫ: ſicqꝫ obeſſe videtꝫ retentioni cum tñ ꝓprie obſit captioni: ſed cōſecutiue retētioni: qꝛ quod captū nō eſt: teneri nō pōt Verum frigiditas qꝛ motum ſpirituū impedit: cū eius ſit quietare: ſicut calidi mouere vt inquit Auicēna & Ariſtoteles.xiij.ꝓticula ꝓbleumatum textu ſcdo. Igitur hunc motum neceſſariū ad memorandū impedit frigiditas: ſed retentionem impedit humiditas. Sicqꝫ ceſſare poſſunt ambiguitates: vtrum frigiditas plus obſit cuius filia ſit obliuio vt dicit Paulus cap.xviij.an humiditas: qđ apud multos ſub dubio relinquitꝫ. Quia vero apud Gal. in lib. de rigore calor naturalis nō eſt purus calor: ſed cōpoſitus in quo eſt ꝓportio omnis equalitatis: ideo non oīs caliditas bonam memoriā facit: aut non oīs ſiccitas: ſed certa & proportionata. oīs vero diſcraſia īmoderata deijcit actum ꝓprie virtutis. Verum ſi ſupflua frigiditas īmoderate iungatꝫ ſiccitati ꝯſurgere oportet peſſimā memoriā: vt in capiēdo indiſpoſitam: & in recogitādo hebetē. Si aūt cōiungatꝫ caliditas ſiccitati: velox quidē erit ſpirituū motus: ſꝫ difficilis fiet inſcriptio. Erit igitꝫ captio difficilis: ſed rememoratio ſat facilis. Verum hec oīa varia caliditatis ſiccitatiſqꝫ proportio variabit gradualiter: ſic & in alijs diſcraſiarum lapſibus ſentiendum eſt.

¶Frigiditatꝫ ſigna & nocumēta. Ca.xij.

Frigiditas ſtupidā mentē efficit infert vertiginē: tardā rememorationem inducit.

¶Caliditatis ſigna. Cap.xiij.

Caliditas velocitatē importat motuū & recordatiōis: & caput tactu calidū. Si itaqꝫ due ꝗlitates cōbinentꝫ: cōplicari ꝯuenit & ſigna eaꝝ tanta ꝓportione: ꝗta variabuntur qualitates aut intendentꝫ. Pōt ꝗꝫ hec diſcraſie aut eſſe ꝗlitates tm̄: & hīc ꝯiunctā materiā ꝗtitatis notabilis: aut ꝯiungi humorib⁹ mꝫ tis ꝗlitatū ꝯſimiliū. Ineſſe aūt materiam ex ſuis ſignis facile cognoſces: que a medicis ſuis locis ſatis explicantur: & a me alibi copioſe ſatis collecta ſunt.

¶Humiditatis ſigna & nocumēta. Ca.xiiij.

Ubi vero dn̄atur humiditas: adeſt ſomn⁹ grauis & ꝓfund⁹. hebetes ſunt in oībus motib⁹: ꝓñtia bñ ꝑcipiunt: olim vō geſtaꝝ rerū: aut nequaꝗ: aut difficile recordantꝫ. humiditas em̄ & admittit & amittit facile impſſionem.

¶Siccitatis ſigna & nocumēta. Ca.xv.

Si ſiccitas dn̄etur: vigilie aderūt capitis leuitas: & nō abūdabūt ille ſupfluitates: ꝗ palato naſo atqꝫ oculis expellunt: ſꝫ multū erit auriū cerumē: qđ ad memoriā ꝑtinet. Pñtia difficile īſcribuntꝫ: īſcripta tarde amouetur. Hinc fit vt que alꝫ geſta ſunt ea melius teneant: meliuſqꝫ reddant ꝗ que ex ꝓximo geruntur. Uidemus hoc in ſenibus qui eaꝝ rerū quas in adoleſcentia geſſerunt bene recordētur: & quas eodem anno non fixe retineant.

¶Queādmodum ſanos agere cōueniat Capitulum.xvj.

Superest vt queādmodum ſanos agere cōueniat: diligenter oſtēdamus: & vt id aptius ꝑficiatur: ex cornelij celſi officina nōnulla in medium afferemus. Sanus homo qui & bene valet & ſui iuris eſt: nullis obligare legibus ſe debet: ac neqꝫ medico: neqꝫ alipta egere: hunc oportet variū habere vite genus: modo ruri eſſe: modo in vrbe: ſepiuſqꝫ in agro: nauigare: venari: quieſcere interdū: ſꝫ frequētius ſe exercere. Siquidē ignauia corpus hebetat: labor firmat. Illa naturā ſeneſcentem: hic longam adoleſcentiā reddit. Prodeſt etiā interdū balneo: interdū aquis frigidis vti: modo vngi: modo ipm̄ negligere: nullū cibi genus fugere quo ppl's vtatur. Interdū in cōuiuio eſſe: interdū ab eo ſe retrahere: mō plus iuſto: mō nō ampli⁹ aſſumere. bis die potius ꝗ ſemel cibū capere: & ſemp ꝗplurimū: dūmodo hunc cōcoquat. Sꝫ vt hui⁹ generis exercitatiōes cibiqꝫ neceſſarij ſunt: ſic athletici ſuperuacui Nam & intermiſſus propter ciuiles aliquas

Cornelius celſus.

M.E.C.D. 2016

neceſſitates oꝛdo exercitationis: coꝛpus affligit: ⁊ ea coꝛpoꝛa que moꝛe eoꝛum repleta ſunt: celerrime ⁊ ſeneſcunt ⁊ egrotant. Concubitus vero neqꝫ nimis concupiſcendus: neqꝫ nimis pertimeſcendus eſt. Rarus coꝛpus excitat: frequens ſoluit. Cum autem frequens nõ numero fit: ſed natura: ratione etatis ⁊ coꝛpoꝛis ſcire licet eum non inutilem eſſe: quem coꝛpoꝛis neqꝫ languoꝛ: neqꝫ doloꝛ ſequitur. Idem interdiu peioꝛ eſt: noctu tutioꝛ: ita tamen ſi neqꝫ illum cibus: neqꝫ hunc cũ vigilia laboꝛ ſtatim ſequitur. Hec firmis ſeruanda ſunt: cauendumqꝫ ne in ſecunda valitudine aduerſe pꝛeſidia conſumantur.

Cura ſtomachi ⁊ que agenda ſint ſtomacho laboꝛantibus. Cap. xvij.

*Cura ſtomachi.*

Reliquum eſt vt cũ ficino noſtro curam ſtomachi diligẽtiſſimam babeamus: ne nauſeam crudelitatẽ ve adducat vnq̃ ſatietas. Cum ſtomachi debilitas cum pauca ſiti ⁊ tarda cibi de ſtomacho deſcenſione ⁊ acido ructu fuerit: fuerintqꝫ omnia accidentia hec parua: nec fuerint vetuſta: ſtomachus extrociſcis de roſis eſt curandus: de quibus eger quotidie in mane pondus. ʒ. ij. cum. ℥. j. decoctionis de ſeminibus ſumat. Decoctio aũt de ſeminibus hec eſt ſm Raſim penũ. ℞. ciminũ nabati ameos ⁊ buliant in mina donec aqua fuerit rubea de qua ſumatur cum trociſcis. Trociſci vero de roſ. ſm eundẽ deſcriptio eſt. ℞. roſ. rub. ʒ. iij. xiloaloes maſticis ſpice xilocaſ. ſquinãti abſinthij ſingulo℞. ʒ. j. conſpgant vino veteri ⁊ ſ. trociſci. Nutriat vero ex his que cito digerũtur ⁊ paucoꝛũ ſũt humo℞ ⁊ pauca℞ ſupfluitatũ. Bis cibus quotidie ſumendus: et modicus atqꝫ leuis: macecinamomo nuce muſcata moderate conditus. Ipſe qꝫ ante comeſtionẽ multo vtat exercitio: ⁊ aquã minus ſolito bibat: ⁊ poſt comeſtionẽ multũ doꝛmiat. De vino qꝫ veteri aromatico ⁊ puro parũ bibat: totamqꝫ nutritionem muniat. Qꝛ ſi hec accidentia vetuſta fuerint electuarium dyacimini ⁊ dyaolibani amboꝛũ vnius aurei pondus cũ. ℥. i. vini veteris puri in potu ſumatur. Ad idem. ℞. interioꝛum cinamomi electi. ʒ. iij. galange. ʒ. i. aque roſ. de damaſco lib. i. fiat electuarium. Ad idem ℞. coꝛiandri pꝛeparati interioꝛũ cinamomi electi ãn. ℥. ß. trium generum piperis gario ſ galãge zinziberis albi ãn. ʒ. i. ſeminis aniſi feniculi. ãn. ʒ. iij. croci. ℈. i. ſachari albi. lib. i. ſ.

*Deſcriptio de decoctionis de ſemenib᷒.*

*Trociſci de roſis.*

*Electuarium.*

*Aliud electũ.*

electuariũ. Electuariũ diaciminũ eſt. ℞. cimini carmeni. ʒ. centum. zinziberis. ʒ. xx. piperis. ʒ. x. folioꝛũ rute baurach ſacchari albi ãn. ʒ. x. hec omnia cũ melle diſpumato ſimul conficiantur. Ab extra fiat tale emplaſtrum. ℞. maſticis q̃rt. j. galange ameos zedoarie cimini ãn. ʒ. ß. mente ſicce abſinthij. ãn. ʒ. j. terebinthine. ʒ. iij. pulueriſanda pulueriſentur: conquaſſanda cõquaſſentur cum piſtello calido: miſce oĩa malaxãdo cũ oleo de maſtice ⁊ fiat emplaſtrũ ad inſtar ſcuti ex vtraqꝫ parte. Ad idẽ vnguẽtũ. ℞. olei maſticis: olei abſinthij olei ſpice ſinguloꝛũ. ℥. j. pulueris gario ſ. maſticis ameos. ãn. ʒ. j. cere q̃tum ſufficit: et ſ. vnguẽtum. Ad idẽ claretũ pꝛo ſtomacho frigido: ⁊ vocatur apud multos ſtelladia. ℞. cinamomi gario ſ. ãn. ʒ. j. pipis malegete galãge. ãn. ʒ. ß. cardamomi. ʒ. i. ſacchari q̃tũ ſuff ad lib. ij. vini. ſ claretũ. Qꝛ ſi fuerit d̃bilitas digeſtiue cum ſiti multa ⁊ paruo appetitu et eructatione fetida: tunc arguenduz eſt ſtomachi debilitatẽ ex calida cauſa eſſe. Tunc valet ſyꝛupus acetoſus de citonijs raſis. Syꝛupus de agreſta. Syꝛupus de piris. Syꝛupus de perſicis. Syꝛupus de berberis. Syꝛupus de roſ. Syꝛupus de acetoſitate citri. Syꝛupus de granis myꝛti. Syꝛupus de granatis. Syꝛupus acetoſus de ſuccis vel aquis fructuum Meſue. Jubeb roſatũ. Valet puluis raſis. ℞. roſ. rub. ʒ. x. ſpodij. ʒ. iij. coꝛiandri. ʒ. v. ſ. puluis. Doſis. ʒ. iij. cum ſucco granati acetoſi. Si cũ his que dicta ſunt ſit coꝛpoꝛis extenuatio: arguendũ eſt eſſe ex ſiccitate doloꝛem. Tunc detur lac ⁊ aqua hoꝛdei: quia infrigidant ⁊ humectant: ⁊ lac ſtatim reſumit coꝛpus. Stomachũ aũt infirmũ indicãt palloꝛ macies pꝛecoꝛdioꝛũ doloꝛ nauſea ⁊ nolentiũ vomitus: in ieiunio doloꝛ capitis. Quib⁹ ſine qui ẽ: is firmi ſtomachi eſt. Si quis ꝓ ſtomacho laboꝛat: legere clare debet: poſt lectionẽ ãbulare: tũ pila vel armis. aliove quouis exercitij genere: quo pars ſuperioꝛ moueatur exerceri.

*Deſcriptio electuarij diacimini.*

*Emplaſtrũ.*

*Vnguẽtu.*

*Confectio rubelli.*

*Sirupi frigidi.*

*Puluis raſ.*

*Indicia ſtomachi.*

De diſtillatiõe ac grauedine ⁊ medicinis contra pituitam. Cap. xviij.

Humoꝛ quandoqꝫ diſtillat ex capite in nares: qd leue ẽ: interdũ in fauces qd peius eſt: interdũ etiã in pulmonẽ quod peſſimũ eſt. Si in nares diſtillat: tenuis per has pituita pꝛofluit tuſſiculam mouet. Si in pulmonem pꝛeter ſternutamenta et tuſſim: eſt etiam capitis grauitas: laſſitudo: ſitis: eſtus bilioſa vꝛina.

Aliud aūt: q̄uis non multum diſtans: malū grauedo eſt. Hec nares claudit. vocem obtundit: tuſſim ſiccam mouet: ſub eadem ſalſa eſt ſaliua: ſonant aures: vene mouentur in capite: turbida vrina eſt. hec omnia coryzas chous noſter nomīat. Hec autē etſi breuia: ſi neglecta ſunt longa eſſe conſueuerunt. Si in nares vel in fauces diſtillauerit: protinus primis diebus multū ambulandum eſt: perfricande vehementer inferiores partes. leuior frictio adhibēda thoraci erit: leuior capiti: demenda cibo aſſueto pars dimidia: ſumēda oua. amilum ſimiliaq; que pituitā faciunt craſſiorem. Siti quāta maxime ſuſtineri pōt repugnandum eſt.

Syrupus cō tra pituitam

Syrupus contra pituitam quam noſtri medici catarrum nominant: quādo materia eſt frigida fluens ad pectus. ℞. radicum yreos enule. an̄. ℥. i. hyſopi capillorum veneris an̄. M. i. liquiritie raſe paſſularum mūdatarum. an̄. ℥. i. maſticis olibani. an̄. ʒ. i. nucis muſcate cypreſſi. an̄. ℥. ß. cū zucchoro ſiue ſacharo: fiat ſyrupus cuius dentur. ℥. ij. cum decoctione ſequenti que eſt Raſis. ℥. iiij ℞. iuiubas. xx. ſebeſten. xxx. paſſularum enucleatarū. ʒ. x. viol. ſiccarum. ʒ. iiij. liquiritie inciſe ſubtiliter. ʒ. v. ficus citri numero. x. coquātur in lib. iij. aque quouſq; ad vnam redeant ⁊ colentur.

Soluē tia pituitam

Soluentia pituitam frigidam de capite. Pilule cochie hoc faciunt. Similiter pilule de hyerapicra Galeni: vel quas meſue elefanginas nominat: dabimus. ſcilz. quot ⁊ quotiens oportuerit. Qui certe ſyrupus in pituita digerenda etiam ante pilulas ⁊ poſt eas maxime prodeſt. Alie etiā pn̄t aliquantulū fortiores exhiberi pilule. vt. ℞. pil. cochiarum. ʒ. j. ß. agarici albi. ʒ. ß. pulpe coloquintide bdellij. an̄. ℈. ß. ſalis gemme grana tria pulueriſentur ſubtiliter ⁊ cum hydromelle facto cum aqua ſaluie miſceantur ⁊ incorporentur ⁊ formentur pilule ad quantitatem ciceris. Doſis eſt. ʒ. j. ß. ad ſummū. Pilule magis familiares contra pituitam dum materia eſt ſubtilis. ℞. pilularum elefanginarum. ʒ. iij. mirobalanorum citrinorum. ʒ. j. boli armenici loti. ℈. j. ſeminis portulace. ℈. j miſceantur. ⁊ cum muſcilagine dragaganti facta cum aqua roſ. formentur pilule. vj. p ʒ. detur. ʒ. j. aliquādo: vel vna quater in hebdomada eunti dormitum. Alie quando materia eſt groſſa. ℞. pilularum elefanginarum pilularum de hyera ſimplici. an̄. ʒ. ij. agarici trociſcati. ʒ. j. ⁊ ß. maſticis. ʒ. ß. confice cum oximelle ſquillitico ⁊ formentur. vij. pro. ʒ. da vt ſupra. Alie contra pituitam ſubtilem deſcendentem ad pectus. ℞. polipodij quercini agarici trociſcati ſingulorū. ʒ. ß. boli armenici loti. ʒ. j. pilularum elefanginarū. ʒ. iij. ſucci liquiritie. ℈. iiij. mirobalanorū citrinorum. ʒ. ij. ⁊ ß. cōfice cū muſcilagine dragaganti facta in aqua florum violarum fiant pilule. vj. pro. ʒ. da vnam aliquando ante cenam: ſed ſepius dum vadit dormitum.

Electu arium.

Electuariū adminiſtrandum veſpere in introitu lecti valde ſingulare. ℞. cinamomi electi. ʒ. i. ß. nucis muſcate ſtoracis calamite an̄. ʒ. ß. ligni aloes maſticis olibani. an̄. ℈. j. liquiritie paſſularum ad corinthios. an̄. ℥. j. candi. ℥. ß. ſachari albi. quantum ſufficit ⁊ fiat electuariū: ⁊ ſacharū liquefiat cum decoctione ad pectus quam ſuperius deſcripſimus. doſis eſt. ℥. ß Iubebimus preterea ea hora thus mandere. Nam mirifice diſtillationibus ⁊ ſenſibus omnibus memorieq; ſuccurrit.

Nota de vſu thuris.

Vehementer tamen et continuum thuris vſum penitus deteſtamur furioſos enim et amentes facit: confundit humores: ſpiritus obtenebrat. Thus enī vt vult Raſis ventrem ac vomitum arcet: intellectum acuit: ⁊ ſi multa ſumatur quātitas ſanguinem adurit: ⁊ amētes ⁊ vigilantes efficit. Et Diaſcorides. ſi a ſano bibitum thus fuerit maniam vel etiam mortē incurrit. Propterea non omnino credendum eſt Marſilio noſtro: qui iubet ſepe thus mandere. Nam diſtillationibus ⁊ ſenſibus omibus memorieq; ſuccurrit. Sed illi parcendum eſt. Non enī vt Virgl. inquit poeta: oīa poſſumus omnes. Et qn̄q; Horatius. bonus dormitat homerus.

Pomū contra pituitā

Pomum laudani ad pituitam ſiue catarrū. ℞. laudani puriſſimi. ʒ. j. ligni aloes. ſtoracis calamite olibani ſingulorum. ʒ. ß. nucis muſcate nucis cypreſſi ſandarace ſingulorum. ʒ. j. nigelle cinamomi gariofi. an̄. ℈. ij. galle muſcate. ʒ. ß. myrrhe ſpice maſticis coſti ſingulorum. ℈. j. ambre. ℈. ß. muſchi grana tria puluerisāda puluериſentur ⁊ conquaſſentur cū aqua roſarum: ⁊ vino aromatico ⁊ modico cere. fiat pomū. Et poſſet fieri ex maiori parte predictorū pro capite ſacculus.

Syrupus ad idem.

Dum materia eſſet calida poſſet fieri talis ſyrupus. ℞. iuiubarū ſebeſten. an̄. numero. xx. florum violarū ⁊ nenufaris roſarum rubearum ſingulorum. ℥. j. hordei. ℥. ß. ſemis papaueris albi. ʒ. j. ſachari quod ſufficit ⁊ fiat ſyrupus: et dentur de eo. ℥. ij. cum decoctiōe predicta ad pectus. Pilule de reubarbaro Raſis ſoluunt in materia calida. alia quippe medicina poſſet exhiberi.

Potio.

℞. prunorum numero. x. tamarindorū. ℥. ß. florū nenufaris violarum an̄. P. ß ⁊ fiat decoctio in qua diſſolue caſie fiſtule electe. ℥. j. reubarbari bene venoſi infuſi vt moris eſt. ʒ. j. ß. ſpice nardi grana. iiij.

M.E.C.D. 2016

vel loco reubarbari electuarij de ſucco roſaꝝ tantundē: & coletur & detur mane cū aq̄ calida

Odoriferum. Odoriferum in catarro calido. ℞. roſarum rubearum. ſanda. albi & rubei. añ. ʒ. ij. florum nenufaris: florum violarum ſingulorum. ʒ. ß. ſpodij. ʒ. j. cāphore grana tria. boli armeni. nucis muſcate. ſinguloꝝ. ʒ. ß. cū aq̄ roſ. & glutine gūmi arabici et cera alba. fiat pomū odoriferum. Omnem vero vehementem repentinamq; deiectionem purgationemq; penitus deteſtamur. Morbi enim (vt dicit Plato) niſi periculoſiſſimi ſint irritādi non ſunt. Omnis repentina purgatio ſtomachū corq; debilitat: ſpiritus multos exhaurit: cōfundit hūores: ſpūs fumis hūoꝝ fuſcis obtenebrat.

De exacta atre bilis cura. Cap. xix.

Hunc de eo quod in principio explicare maluiſſemus agendū eſt. Humoris id genus quem atram bilem vocamus protinus ſeſe conſtātie natureq; vniuerſi corporis ī-
Ariſtoteles. miſcet confunditq;. Temperamentum enim Ariſtotele. xix. problematum teſte: oē calidi & frigidi eſt. Quippe cum ex his duobus natura & conſeruetur & cōſtet: quaobrem atra etiā bilis & calidiſſima: & frigidiſſima reddi poteſt. Pati naq; iſtec ambo eadem aptiſſima ſuapte natura eſt: vt etiam aqua tametſi frigida ſit: tamen ſi ſatis concalefacta ſit: velut que feruet: calidior q̄ flamma ipſa ſentitur. & lapis quoq; et ferrum ignita carbone calidiora euadunt. que quidē natura frigida ſunt
3. cap. ſexto. quod nulli dubiū. Sed de his dictū plenius eſt: vbi de quarto monſtro docuimus. Atra autem bilis natura penitus frigida oīno ita ſe habet vt dictū iam eſt: ſi modū excedit hominem facit attonitum: aut obſtupentē aut anxiū: aut formidoloſum. Nūc in ea curanda remedia per ſyrupos pilulas electuaria farmaca: et ſanguinis miſſionem doceamus.

De ſyrupis. Cap. xx.

Multa quidē a multis aduerſus atram bilem cōpoſita ſunt. Ego autem in preſentia quedā remediorum genera e plurimis afferam electiſſima omniū atq; tutiſſima ab antiquioribus primum accepta: tā a recentioribus vero cōfirmata: & nōnūq̄ a nobis ad vſum noſtrū accōmodata. Sabor rex medorum poſuit ſyrupum ſequentem: qui cōferens eſt manie et melancholie ex aduſtione cholere citrine. ℞. ſucci bugloſſ. domeſtice & ſilueſtris ſinguloꝝ. lib. ij. ſucci pomorum dulcium redolentium lib. ij. folliculoꝝ ſene. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. ſachari tabarzet lib. iiij. fiat autē ſic. Sene proijciatur in ſuccis per diem et noctē: poſt cōtritionem eius deinde bulliant ebulitione vna aut duabus. Deinde cum ſacharo fiat ſyrupus. Crocus autem cōfricetur in panno in eius decoctione da. ʒ. ij. vel. iij. cū aqua bugloſſ. Et q̄nq; apud neceſſitatem datur cum aqua caſei. Alius ſyrupus digeſtiuus materie exiſtentis in ſplene. ℞. radicū feniculi: petroſilini acori: et radicis ciperi añ. q̄rt. lib. ß. radic. rafani radic. apij. añ. ʒ. iij. radicū corticis cappaꝝ dimidiā. tamariſci. fraxini et geneſte añ. ʒ. ß. eupatorij calamēti abſinthij cappill. veneris enduuie ſcariole añ M. i. aniſi maratri cucuſte ſeminis portulace. ſemis melonis indi. añ. ʒ. i. liquiritie raſ. vuarum paſſarū mundatarum. añ. ʒ. vi. ſucci boraginis ſucci fumiterre depuratoꝝ añ. ʒ. ij. floꝝ boraginis bugloſſ. floꝝ ſticad arabici. añ. ʒ. i. mellis electi q̄tū ſufficit ſachari albi lib. ß. temperētur cortices in aceto forti per noctē: fiat ſyrupus perfecte clarificatus vſq; ad lib. vnā & ß. adminiſtretur eū decoctione boraginis floꝝ tamariſci floꝝ ſticad. arabici. añ. ʒ. ß. thimi epithimi folliculorum ſene polipodij q̄rcini. añ. ʒ. ß. aniſi. ʒ. iij. fiat decoctio in ſero caprino & in decoctione tēperētur per noctem corticū myrobalanoꝝ bene gummoſorum. ʒ. i. fricentur de mane fortiter & colentur & colature addatur & adminiſtretur delicatis cū. ʒ. i. ſachari albi vel candi. & dulcoret.

Syrupus contra maniam & melancholiā.

Alius ſyrupus.

De pilulis. Cap. xxi.

Pilularū vero duo ſunt genera. Alie delicatis: congruunt: que benedicte a noſtris vocitantur. Alie robuſtioribus conueniunt: & ſunt magis attractiue. Prime elefangine ſiue aromatice nominari poſſunt. partim ficini noſtri imitatione: partim noſtra inuentione: que pituitā bilem atram bilem educunt abſq; moleſtia: ſingula membra corroborant: ſpiritus acuūt et illuminant. Sume igitur thuris myrrhe croci ligni aloes cinnami. i. cynamomi: corticis citri meliſſe ſerici crudi coccinei mente been albi: been rubei ſinguloꝝ. ʒ. dimidiam. roſarum purpurearum ſandali rubei. coralli rubri mirobalanoꝝ trium. ſcilicet emblicarū chebularū indarum ſingulorum drachmam vnam.

Pilule duplices. Pilule benedicte.

M.E.C.D. 2016

aloes rite ablute tantundem quãtum cuncto rum pondus: polipodij quercini folliculorum ſene ſingulorum drachmã dimidiam. maſticis ſcropulũ vnum. agarici trochiſcati drachmã dimidiam. auri grana duodecim maxime foliorũ eius ſi pura ſint. Conſice pilulas mero q̃ electiſſimo. Alie pilule ad ſoluendum melancholiam aliquanto fortiores. Sume epithimi cretenſis.ʒ.decem. polipodij agarici.aſi.ʒ.decem. ellebori nigri ſalis indi ſingulorum.ʒ.quinqꝫ. vtriuſqꝫ ſticados. ſingulorũ drachmas ſex. hyerepigre.ʒ.xvj. conficiantur cum hydromelle vel ſyrupo de fumo terre: ꝛ ſumãtur ex his ſm Raſim.ʒ.iij. ſed ſunt multum fortes ob ellebori violentiam. Et ſatius eſſet ex eis ſolum ſumere.ʒ.j. aut.ʒ.j. ꝛ ſemis ad ſũmũ. Si deniqꝫ decet ſimpliciorem compoſitionem inſerere qua ego familiarius vtor. Sume pilularum elefanginarum.ʒ.tres polipodij quercini foliculorum ſene ſingulorum.ʒ.j. maſticis.℈.ß. Conſice pilulas cum ſyrupo de fumoterre formãdo.vj. pro.ʒ. Da vnam ante cenam ſingulis diebus aut ſaltem alternis diebus. Proinde pilulis aut his aut illis cũ his: ſcilicet quas probauimus nemo vnq̃ ſolis vti debet: ne forte nimiũ exiccetur: quod quidem in melancholia peſſimum eſt: immo vna cum ſyrupo fumiterre aut de epithimo: vel cuꝫ ſyrupo quẽ ſupra deſcripſimus ſumi debent.

Pilule melancholie ſolutiue.

Varatri ſiue ellebori vſus vitet.

Dc medicina liquida. Cap.xxij.

VBi maximum in exiccatione periculum imminet: purgare tamen neceſſitas cogit: pilulas intermittere debem⁹ vtilis quoqꝫ hec eſt liquida medicina. Sume mirobalanorum indorum vnciã vnã ꝛ ſemis. piſtẽtur ꝛ buliant cum.℥.j. prunorum ſiccorum in.℥.viij. aque donec medietas ſit conſumpta coletur: ꝛ illi colature adde manne granate drachmas decem. Item loco pilularum vel alterius medicine poteſt dari in melancholia apozima ſiue ſyrupus laxatiuus. Sume florum borraginis. bugloſſe. ſticados arabici ſingulorum.ʒ.v. polipodij quercini agarici electi ſingulorum vnciam.ß. ſeminis baſilici zinziberis ſingulorum.ʒ.duas ſucci borraginis. ſucci fumiterre depuratorum ſingulorum drachmã vnã ſachari albi librã ſemis fiat ſyrupus parum coctus ꝛ clarificatus ad q̃rt].tres diſſoluatur in ſyrupo dyagredij.ʒ.ß. Nam pluries in medicinis ponitur ad excitanduꝫ virtutes alia-

Medicina liquida.

Syrup⁹ melancholie ſolutiuus.

rum medicinarum. ſucci roſarum.℥.ß. maſticis.℈.ß. Doſis ſit ad diſcretionẽ medici.

De electuarijs. Cap.xxiij.

SEquuntur electuaria ex q̃bus laudo equidem quod ſub infertur. Sume margaritarũ electarũ.ʒ.j. hiacynthi. ſmaragdi. doronici romani. been albi ꝛ rubei ſingulorum.ʒ.j. cinamomi galange nucis muſcate macis zinziberis albi ſingulorum.ʒ.ſemis. gariofilace. piperis longi cubebe domeſtice: ligni aloes ſtoracis calamite ſingulorum.ʒ.ß. croci.℈.j. muſchi boni ambre electe ſingulorum grana quinqꝫ corticum citri conditi.℥.ß. liquiritie raſe.ʒ.duas candi vuarum paſſarum mundatarum bene pinguium ſingulorum.ʒ.tres. ſucci pomoruꝫ dulcium bene depurati.℥.j. cõſerue bugloſſe: borraginis ſinguloruꝫ vncias duas. aque roſarũ vnciam vnã: ſachari albi lib. ſemis. fiat electuarium. Ad idem. Sume leticie galeni dyaboraginati pliris cum muſcho ſingulorũ q̃rt].j. miſce.

Electuariuꝫ bonum

Aliud

De ſanguinis miſſione. Cap.xxiiij.

SUnt nõnulli (vt ficinus doctiſſime ſcripſit) in ſanguine mitendo audatiores: quos medici ſapiẽtes admodũ deteſtãtur. Nam ſanguis eſt atre bilis temperamentum: ſpiritus fomes: vite theſaurus. Siquidem antiqui primã vltimãqꝫ etatẽ ſuſtinere non poſſe hoc auxilij genus iudicabant: perſuaſeruntqꝫ ſibi mulierem grauidã: que ita curata eſſet: abortum eſſe facturam. Poſtea vero vſus oſtẽdit nihil ex his eſſe perpetuum: aliaſqꝫ potiões ꝛ obſeruationes adhibendas eſſe ad quas dirigi curantis cõſiliũ debeat. Intereſt eñ (vt optime ait Celſus) non que etas ſit: neqꝫ q̃d in corpore intus geratur: ſed que vires ſint. Ergo ſi iuuenis imbecillis eſt: aut ſi mulier que grauida non eſt: parum valet: male ſanguis emittitur. Et firmus puer et robuſtus ſenex ꝛ grauida mulier valens (vt aliquib⁹ placet) tuto curãtur. Maxime tamen in his medicus imperitus falli poteſt: quia fere minus roboris illis etatibus ſubeſt. Mulieriqꝫ pregnãti poſt curationẽ q̃ virib⁹ opus ẽ: nõ tm̃ ad ſe: ſed etiã ad ptũ ſuſtinẽdũ. Intereſt eñ inter valẽs corpus ꝛ obeſuꝫ: inter tenue et infirmum. Tenuioribus magis ſanguis: plenioribus magis caro abundat. Facilius

M.E.C.D. 2016

itaqꝫ illi detractionem eiuſmodi ſuſtinent: celeriuſqꝫ ea ſi nimium eſt pinguis: affligit. ideoqꝫ vis corporis melius ex venis: q̄ ex ipſa ſpecie eſtimatur. Solum vero vbi abundantiam ſanguinis indicat vel profuſior riſus: audaciaqꝫ ꝛ confidentia multa: vel color rubeus venarumqꝫ tumor: mittere ſanguinem litteratis quando res poſtulat debemus ex vena lienis ſiniſtri brachij lata quadam inciſione quattuor vncias mane: veſpere, totidem. Deinde paucos poſt dies ſaltez. vij. per ſanguiſugas ſanguinē irritare: vt ſanguinis vncie tres aut quattuor inde diſtillent. Hec ambo robuſtioribus tantū facienda videntur Sed non mittere ſanguinez licet: niſi prius cum medicinis lenientibus manna vel caſia aut clyſteribus pinguibꝰ mollibuſqꝫ lenieris

## De hebetudine atqꝫ obliuione. Cap̄. xxv.

Contingit interdū vt ſtudio deditis: vel, qꝛ ſepius depreſſo capite legant ſcribant ve: vel qꝛ quādoqꝫ nimia ſegnitie torpeant: pituita que iam viſcoſior vna cū frigida nimis melancholia caput occupans aggrauet: necnō hebetes obliuioſoſqꝫ reddat. His ergo imprimis eſt ſciendum has cauſas obliuionis loco interdum differre. Aut eñ cauſa nocens eſt in ſubſtantia cerebri poſteriore: in qua parte eſt memoria iuxta Auicenne opinionem. Aut eſt in ſenſu ipſo: qui in ventre continetur: aut in vaſe: hoc eſt in ſuperficie ventriculi poſterioris. Sic enim exponit gētilis Auicenne verba: q̄uis poſſit etiā intelligi: aut in panniculis: aut cōmiſſuris ſubſtātie cerebri: in quibus ſpiritus continet̄. Aut in vaſe: hoc eſt in craneo. Et q̄uis Galenus ipē decimo interior̄ cap̄. iij. dicat. In craneo nō poſſe paſſionem eſſe que memoriaz tollat ſi tamen paſſio hec ſit magna valde: pōt imminuere: ſi nō tollere: vt gentili placet. Immo materia ꝛ omne nocumentum in temporibus cōmunicari poteſt memorie ꝛ obeſſe: eſtqꝫ ibi materie locus capax. Eſt ꝛ variꝰ muſculus ſenſibilis: ꝛ craneum ibi eſt tenue: vt ait Haliabas. ix. theorice cap̄. de cauſis obliuionis. Et nōnunq̄ materie ipē apoſtema faciunt: vt in lethargia contingit: ꝛ aliquādo non faciunt.

Cauſa obliuionis.

## De pronoſticis in obliuione atqꝫ hebetudine. Cap̄. xxvj.

Obliuio a natiuitate reportata difficile tollit̄. Que ex caliditate ꝛ ſiccitate fixa: non facile quoqꝫ remouetur Que ex humiditate aut frigiditate facilꝰ aboletur: quod plerunqꝫ litteratis ſolet euenire. Nam facilius eſt exiccare ꝛ tutius: ſic ꝛ calefacere: q̄ ecōtra: preſertim in cerebro: quod principale membrum eſt: ꝛ frigidum ꝛ humidum: audētiuſqꝫ procedimus calefaciendo: q̄ infrigidando.

## De cura obliuionis. Cap̄. xxvij.

Si cauſa obliuionis ſit apoſtema: adhibeatur ei cura apoſtematis: veluti Galenus Raſis ꝛ ceteri ſapientes medici ſuis locis tradidere. Si autez materiam habeat: ſed non apoſtemātem: ea digeratur: ſoluaturqꝫ anteq̄ applicare remedia medicus audeat: quin prius expellat materia: al's magis obeſſe poſſent: prodeſſe aūt nunq̄. Neqꝫ vero per digerentia: aut ſoluētia dilatabor: copioſi enim ſuper his ſunt libri Galeni Raſis Haliabatis ꝛ modernoꝝ vel mediocribus etiā medicis cogniti. Euacuata igitur materia: hec que dicturi ſumus obſeruentur.

## Curandi intentiones in cauſa frigida ꝛ humida. Cap̄. xxviij.

Intētiones curādi in cauſa frigida ꝛ humida apud ſapientes tres eſſe comperiūt̄ Prima vt corpore euacuato etiā caput particulariter euacuetur. Nam vt plato in carmide ſcribit. Quēadmodū oculos ſine capite curare non decet: neqꝫ ſine reliquo corpore caput. Hac de cauſa in obliuione atqꝫ hebetudine euacuato corpore: etiam caput particulariter euacuet̄. Et hoc ſex modis ſapientes medici facere cōſueuerunt. Primus modus: vt pilule exhibeant̄ in ſero: quales ſunt que ſuperius in capitulo de pilulis ſatis oſtēdimus. Verum ego in obliuiōe pillas meas que partim mea inuentione: partim alioꝝ intentione inuente ſunt: ſcribam: quarum receptio eſt. ℞. agarici trochiſcati ſcropulos duos: hyere maioris. ʒ. ij. caſtorei coloquintide ſingulorum. ℈. ſ. thuris maſculi: myrrhe

De corporis euacuatione.

M.E.C.D. 2016

electe zinziberis albi ſingulorum. ʒ. j. ⁊ ß. pul
ueris capitis vpupe. ʒ. ij. acori ſcropulos du-
os cōfice cū terebinthina ⁊ fiat paſta: ⁊ den-
tur tres aut quinqꝫ ſupra leuē cenam in lectū
deſcendenti. Scđs modus eſt maſticare in
mane ſcropulū vnum maſticis aut zinziberis
vt ſaliua multa expellat. Prodeſt piper: nux
muſcata: cubebe: ꝓdeſt ⁊ acorus. Terti⁹ mo
dus eſt caput ꝑ naſum alleuiare: quod pōt ſic
cōfici. Sume ſucci acori. ʒ. ij. ſucci maiorane
ʒ. iij. nucis muſcate. ʒ. j. muſchi grana. iij. in
de ꝑ naſum in mane tepidum trahat ante ci-
bum ore pleno aqua frigida que poſtea expel
latur. Quartus eſt gargariſma pituitā depo-
nens: ⁊ caput confortans. Sume origani ca-
lamenti pulegij ſingulorum. ʒ. ij. acori. ʒ. v.
buliant in aqua fontis aut ciſterne ⁊ tandē
colentur ⁊ in. x. vncijs colature pone oximel-
lis ſquillitici. ℥. j. mellis roſati. ℥. dimidiam
miſce ⁊ tepidum gargarizet in mane. Quin-
tus curandi modus eſt vt fricetur corpus to
tum: deinde caput: hoc enim multū capiti cō-
fert. Debet primo a tibijs incipi: poſtea pau-
latim ſuperiora ſemper fricent: vt deorſum
ducatur materia. Et iſta fieri prohibentur in
corpore pleno cachochimicoqꝫ. Eiuſdē gene-
ris eſt ⁊ capitis pectinatio. Nam cum e lecto
ſurrexeris pectine eburneo diligēter ⁊ mode
rate pecte caput a fronte ceruicē verſus qua
dragies pectine ducto. Tunc ceruicem pāno
aſperiori perfrica. Hac in re te chous noſter
ammoneat. Nā frictione inquit ſi vehemēs
ſit: durari corpus: ſi lenis molliri: ſi multa mi
nui: ſi modica impleri. Sextus mod⁹ eſt cly-
ſterium ꝓ materia nō acutum. Hoc em̄ ab in
ferioribus euacuat: a ſuperioribus diuertit.
Sume malue biſmalue violarum origani ca
lamenti an̄. m. j. ſe. aniſi maratri an̄. ʒ. ij. fiat
decoctio in qua diſſolue caſiefiſt. bene pin-
guis. ℥. j. diafiniconis ⁊ bn̄dicte an̄. ʒ. j. mel-
lis bene diſpumati. ℥. j. ſachari rubei. ℥. j. ß.
olei communis. ℥. iij. ſalis. ʒ. j. fiat clyſteriū
⁊ eſt ſatis lene.

## De vnguentis in obliuione. Ca. xxix.

Solent fieri vnguenta ad il
liniendum multa in obliuione.
Sume olei benedicti ſiue phi-
loſophorum meſue lib. iij. olei
de alchanna lib. j. ß. caſtorei. ʒ.
ſij. pinguedinis muſtele vrſi talpe ſingulorū
ʒ. ij. ſucci anthos: ſucci bethonice ſingulorū
lib. ß. ſucci gallitrici ⁊ ciperi ſingulorū. ℥. iiij.
maluatici lib. ij. aque vite dimidiam libram:
buliant omnia lento igne vſqꝫ ad conſum-
ptionem quarte partis: poſtea impone hec.
Sume laudani. ʒ. j. ß. nucis muſchate. ℥. ß.
macis gariof. euforbij piperis longi ſingulo-
rum. ʒ. ij. piſta omnia ⁊ repone ſimul in vaſe
bene clauſo per dies. xl. poſtea diſtilla in va-
ſe vitreo. Perungatur ex eo poſterior pars
cerebri. Et preſupponit euacuationem ſuffi-
cientem ⁊ bonum regimen. Et debet potius
in hyeme fieri q̄ eſtate: ⁊ ſemel in hebdoma-
da. Aliud a doctoribus laudatum. Sume ra
dicum bugloſſ. ⁊ fumiterre ſingulorū. ℥. iiij.
radicum rute. ℥. ij. ſiccentur in vmbra prius
⁊ ſubtiliſſime teratur: ſucci gallitrici ſucci eu
fragie ſucci berbene ſingulorum. ℥. iiij. me-
dulle anacardi. ℥. j. pinguedinis vrſi. ℥. ij.
miſce omnia: ⁊ fiat vnguentum: quo poſteri-
or pars ⁊ capitis pulſus inungantur in hye-
me: precipue in principio veris ⁊ fine autūni
ſemel in hebdomada exhibe aut bis in mēſe.

## Que obliuioſis abintra conueniant. Capitulum. xxx.

Confectio anacardina vt
omnib⁹ ⁊ philoſophis ⁊ me-
dicis placet maxime obliuio
ni ⁊ caniciei ante horam: et
morphee ⁊ baras conuenit.
Raſis penus lib. diuiſionū
duas ponit deſcriptiones. Meſue vnam: et
ſimilem ponit Auicēna quinto canone ſum
ma ꝑma tractatu tertio ca. xxv. Serapio au
tem aliam quam dicit eſſe Salomonis: po-
nit ⁊ aliam Raſis nono almanſoris. Auicen
na laudauit dyambram: alij aūt diamuſchū
dulcem ⁊ amarum. Ego autem ⁊ confectio-
nem ſequentem nō parum approbo in obli-
uione ex cauſa frigida ⁊ humida. Sume ra-
dicum acori inciſarum lib. ij. thuris maſculi
vnciam dimidiam: omnium piperum zinzibe
ris ſingulorum. ʒ. iij. nucis muſchate gariofi
lorum ſingulorū drachmam vnam. piſta om
nia ⁊ cum melle bene diſpumato confice. Ac
cipiat omni ſero drachmas duas anteq̄ in
lectum deſcendat.

Finis libri de vita ſana.

M.E.C.D. 2016

## ¶ Domini Simphoriani chãperij phi-ſici lugduneñ Liber de vita lõga incipit

¶ Cauſa breuitatis vite ⁊ mortis: ⁊ ꝙ vita humana non ſit abbreuiata. De annis antiquorum patrum. Et ꝙ ad perfectionem ſciẽtie neceſſaria ſit longa vita: quam etiam diligentia preſtat. Cap. j.

DE longitudine ⁊ breuitate hũane vite a pleriſqȝ ſapientie ſtudioſis qõ nõ mediocris difficultatis agitata eſt: quibuſdam a mundi exordio: ⁊ ante diluuij inũdationem eã diuturniorẽ fuiſſe: alijs vo e diuerſo: ⁊ ante diluuiũ ⁊ eiuſdẽ extitiſſe periodi aſſerentibus. Quapropter que ſuꝑ huiuſcemodi qõne aſtrologoꝝ chriſtiane nõ refragans veritati ſit ſñia: paucis ꝓ noſtri intellectus modulo reſerabo. Qꝛ ante gñalis diluuij egreſſum humane vite tanta fuerit ꝓlixitas: neqȝ mirari: neqȝ illi ſeculo inuidere: neqȝ eam ſibi optare quiſqȝ debet. Erant illis quidem hoibus vt aſtronomi aiunt. ⁊ experimẽto cõſtat celi ꝓpitiores. Volunt nãqȝ aſtronomi duos eſſe zodiacos. Unũ in octaua ſphera: qd̃ firmamentũ vocãt. Alterum in nona: ⁊ ab initio rerum ac tempoꝝ ſic a deo diſpoſitos: vt aries arieti: taurus tauro: geminis gemini iũgerentur: ⁊ amboꝝ in vnũ coeũtibus virib⁹ fortior in terris fiebat influxus: vnde ⁊ herbas tunc ſalubriores: ⁊ fruct⁹ terre meliores ⁊ longiores animantiũ vitas fuiſſe nõ dubiũ Poſtqȝ ſoluta ꝑ motum ſocietate abinuicem diſceſſerũt: totus hic inferior mundus egrotauit. Addunt ⁊ terre vliginẽ tunc ſincerum frugibus ſuppeditaſſe alimentũ meli⁹ ⁊ vberius: que facto diluuio maris ſalſedine labefactata debilior fuit. Et deum idcirco vetuiſſe ne Adam de ligno qd̃ vite dicebatur: qꝛ vite ꝓducende vim habebat: iterũ deguſtaret ne ꝓlongaret ſimul cũ vita miſerias. Super addunt theologi noſtri primũ parentẽ filios ⁊ nepotes talibus diſciplinis ĩbuiſſe: vt quid vtile: quid noxiũ vite eſſet: ꝑ ſe vnuſqſqȝ cognoſceret. Debuiſſe aũt potius illos: ꝙ nos tandiu in vita eſſe ſic aliqui ex noſtris phis ꝓbant: ꝙ videlicet nulla p̃deceſſorum inuenta: nullas artes: nullas ſcias tunc habentes oportebat longis experimẽtis ea ꝑdiſcere: q̃ nos ex aliorum ſcriptis ⁊ maiorum noſtrorũ lucubrationibus facile ⁊ compendioſe docemur. Reducta eſt tandem cõis vite humane ſumma teſte Dauid in pſalmis: ad annos ſeptuaginta: ⁊ in eodez adhuc ſtatu ꝑſeuerat. Ceſſat inſuꝑ illoꝝ opinio q̃ dicũt vitã humanam eſſe abbreuiataz. Nam ſi tꝑe Dauid et Salomonis idem qd̃ modo eſt ſpacium vite fuit: qũo dicemus indies humanam vitã breuiari? Et quidẽ inter Dauid ⁊ noſtram hanc etatẽ annoꝝ duo milia quingenta: ⁊ eo amplius interceſſerunt: quo tempoꝝ decurſu lõgiſſimo mãifeſta vite breuiatio facta eẽt. Qꝛ ſi dicas vſqȝ ad centeſimũ annũ ⁊ amplius illis tꝑibus quoſdã ſuꝑuixiſſe. Reſpõdebit vir prudẽs ⁊ poſterioribus ſeculis nõnullis idez cõtigiſſe: ⁊ nunc quoqȝ cõtingere. Auenzoar cognomẽto ſapiẽs teſte Auerroy in colliget centum ⁊. xxx. ob medicine peritiã. M. Valerius coruinus centũ. Gorgias ſiculus centum ⁊ octo. Epimenides centũ quinquaginta. Cynyras rex cypriorũ. x. amplius. Argantonius rex Tarteſiorũ centũ quinquaginta Terentia Ciceronis centũ ⁊ ſeptẽ vixit annos. Johãnes quidã Caroli magni gallorum regis armiger vite longitudine par Neſtori trecẽtos vixiſſe annos ꝑhibetur. Non ergo de ſpacio vite noſtre dolendũ: ſed oĩno curãdum: vt diu ſancte ſobrieqȝ ⁊ nõ fruſtra viuamus. Nam ad ꝑfectam ſciẽtie acquiſitionem neceſſaria eſt vita longa: quã etiã diligentia preſtat. Inſtituta vero hec nec inertib⁹: nec ignauis cõicari volumus. Quid enim cupiamus iſtos diu viuere: qui nec viuunt quidez quaſi fucos (vt ficini verbis loquar) nutriamus: nõ apes: nec hoibus diuulgari: perdita voluptatũ libidine diſſolutis: qui breuẽ quotidie voluptatẽ longe ſtulti p̃ponunt. Nec improbis iniquiſqȝ patefieri: quoꝝ vita mors eſt bonorum. Sed viris dũtaxat prudentib⁹ atqȝ tẽperatis: ſolertis ingenij viribus humano generi: vel priuatim vel publice ꝓfuturis. De annis antiquoꝝ Plinius in. vij. naturalis hiſtorie lib. cap. xlviij. ſic inquit. Annum alij eſtate vnũ terminabant. Alterum hyeme. Alij quadripartitis tꝑibus: vt archades: quoꝝ anni trimeſtres fuere. Quidã lune ſenio: vt egyptij. Itaqȝ apud eos aliqui ſingula annoꝝ milia vixiſſe ꝓduntur: ſic Plinius. Quibus verbis oſtendit ſe putare annos qui primis patribus tribuunt̃ fuiſſe mẽſes. Verum hec opinio ꝑ ſe ſatis explodit̃. Longe eñ plus nos viueremus: ꝙ illa mũdi adhuc recẽtis antiquitas. Nam centum annis mille ducenti menſes includunt̃: qui nume-

Aſtrologorũ opinio

Theologoꝝ opinio

Phorũ opinio

Qui diu vixerunt:

Annorum diſtinctõ

M.E.C.D. 2016

rus annorum nulli illorum aſcribitur. Sed quod euidentius argumentum eſſe pōt aduerſos eos: qui annos hebreoꝝ menſes dicunt: ꝙ ipſe Moyſes qui dixit. Uixit aūt Malalehel ſexagintaquinqꝫ annis: ⁊ genuit Jared. Certe ſi annos ꝓ menſibus accipit: Malalehel quinqꝫ annos ⁊ totidez menſes natus genuiſſet. De ſeculo qḋ eſt ſpaciū vite humane longiſſimum partu ⁊ morte diffinitū traſeunter ſatis dictum eſt.

¶ Tria vite genera que experiri vnumquēqꝫ oportet. Cap. ij.

TRia enim ſunt vite genera. Primum in mortali corpore. Scdm extra corpus. Tertium rurſus in corpore Cuz corruptibile induerit incorruptionē: ⁊ mortale exuerit mortalitatem: hic eſt aīarum circulus perfectus: cum a corpore dimiſſe rurſus in antiqua ſua membra cōpleta periodo remearint Eſt alia (vt nōnulli aiunt) moriendi neceſſitas: ꝙ videlicet ex contrarijs cōſtamus elementis: que aſſidue ⁊ agendo ⁊ patiendo inuicem corrodunt. Ueruz hec ratio iudicio ſapientum breuitatē quidem vite: mortalitatē vero nō oſtendit. Conſtat eñi diu ſtare non poſſe: quod aſſidue deſtuit. At ſi nō ex cōtrarijs elemētis: ſed ex vno tm̄ plaſmaret corpus: elementoꝝ contrarietas ablata eſſet: nō tamen mortalitas. Corruptibile eñi eſt corpus ſiue ex vno elemēto conſtet: ſiue ex pluribus. Ipſa namqꝫ elementa ſuapte natura morti ⁊ corruptioni ſubiecta ſunt. Non eniz puto aquam ſi ſola eſſet in mundo: ⁊ ab aliorum elementorū contrarietate libera fore incorruptibilem. Aliam mortis neceſſitatez a numero aīarum ꝓpe infinito Plato: Plotinus atqꝫ Porphirius tradunt. Aiunt enim materiam tot corporibus ſimul gignēdis nō ſufficere q̄t aīe ſunt fuerūt ⁊ future ſunt. Et ꝓpterea vt alie ſuccedant: oportere priores abſcedere: ⁊ corpoꝝ ſuorum materiaz nouis aīabus quaſi domum nouis habitatoribꝰ tradere: vt ſpirituū naturaliū numerus impleatur. Uelle igitur ſemper viuere (ſi vera hec ſunt) nihil aliud eſt: ꝙ materiaz alijs animabus debitam plus equo velle occupare: ⁊ futuris impedimēto eſſe ne naſcant. Quod ꝙ improbū ſit iudicemus nos: qui nondum nati eſſemꝰ niſi maiores noſtri iaz deceſſiſſent Conſtituit ergo ſm hos deus breues dies hominis: vt certi tp̄is curriculo oīm ſumma ꝓ

i. Corinthi. xv.

Moriendi neceſſitas.

Corporis corruptibilitas

Platonicorū opinio

Confutatio platonicorū

deat aīarum. Tu ergo quicunqꝫ es qui male viuēdo mēbra tenes in ſeruitute pcti: memento corpis tui materiam expectari ab anima fortaſſe meliori: cui ꝙ diu viuas infert iniuria: ſi eius creationi tue obſcene vite obſtat longitudo. Ex predictis inferri pōt qḋ cōceſſum eſt a phis oībus materiā rerum corruptibiliū nō corrumpi. iuxta illud Naſonis Non perit ex toto quicꝙ mihi credite mundo. Sed varie facieꝙ nouat: naſciqꝫ vocat. Appetit aūt materia ſemp nouis exornari formis: forma vo materie dominari. Et vbi vna forma deſtituta ē materia: ad eandē nūꝙ niſi in nouiſſimo die: ad ſilem vero nō ſtatim reuertit. Pōt tm̄ ⁊ ſtatim: hoc eſt breui tēpore reuocare: vt ſi corpus humanum māducaretur ab hoīe: ſicut apḋ Anthropophagos moris eſt. Tranſeūte eñi cibi parte in ſemen humanū: pōt ex illa materie portiuncula fieri embrio: ⁊ ad rationalis aīe redire ꝯſortiū.

¶ Queſtio incidētalis quo pacto fieri poſſit vt eadē materie pars q̄ in pluribus corporibus fuerit: in iudicio reſurgat. Capi. iij.

SI humana curioſitas quo in numero magna pars vrbanorum: oēſqꝫ pene litterarum cupidi ſunt: forſitan q̄ſierit: quonā pacto fieri poſſit: vt eadē materie pars q̄ in pluribus humanis corpibus fuerit: in iudicio ſurgat: cū oībusnunꝙ: cū quonā igitur Aiunt theologorū quidā cum primo reſurrecturam: ⁊ qḋ eius defectu minus erit in reliquis ſupplendū a deo. Queadmoduz eñi panes multiplicauit in deſerto: pōt ⁊ materiaz augere in iudicio. Or ſi tota vnius materia fiat tota alterius: oportet nouā alteri materiam dari: nec vt eccleſia docet proprie carnis reſurrectio eſſet.

Recitat hic auctor opinionem q̄rundaz theologorū ⁊ ſuā eē nō aſſerit.

¶ Opiniones varie de vita: ⁊ q̄ ſint anni climaterici decretorij ac malefici. Ca. iiij.

ASTronomi vitam celo metiunt: ⁊ hetruſcos: quoꝝ pma ſecula centū fuere annoꝝ: etiā hic ⁊ in alijs plerumqꝫ imitari voluerūt. Preterea ſm eos fieri pōt: qḋ refert Uarro: qḋ Diaſcorides aſtrologꝰ ſcripſit Alexādrie iter eoſqꝫ mortuos ſolent ꝯſeruare: hoīem plꝰ centū annis viuere nō poſſe. Id cor humanū declarare eoꝝqꝫ integri pierūt ſine corpis tabe. Ideo qḋ mltis

Aſtronomoruz opinio.

annis pependit coꝛ hominis incrementa eta
tis et diminutiones conſeruent: et anniculi
pendere. ij. ʒ. bimi quattuoꝛ: ⁊ ſic in annos
ſingulos vſqꝫ ad quinquageſimum accedere
binas. Ab his cētū. ʒ. atqꝫ anno. l. item dece
dere in vnoquoqꝫ binas. Ex quo perſpicuum
ſit centeſimo anno redire ad anni pꝛimi pon
dus: nec longius poſſe ꝓducere. Negat Epi
genes cētum vigintiduos vite annos excedi
poſſe. Beroſus cētum ſeptemdecim. Reges
Petoſyꝛis ⁊ necepſos aiunt poſſe in italia cō
tingere vite annos centūuiginti ſex. Obſer- Anni clima- terici.
uandos annos climatericos monent mathe-
matici. hoc eſt ſcanſiles ⁊ gradarios: ⁊ hi ſūt
qui ex ſeptē ⁊ nouem numeris in vnum con-
fluentibus ſurgunt. Hi nanqꝫ duo numeri vt
aiūt decretoꝛij ac malefici: ⁊ ad vitam ſucci-
dendum pollentes ſunt: ⁊ propterea ſexage-
ſimūtertiū annū ſeuum ⁊ peſtilentem dicunt
ꝙ uonies ſeptē: ⁊ ſeptem nouē eum numerū
reddunt. Hec aſtronomica ſuperſtitio: vt T.
Suetonius teſtis eſt: ipſum quoqꝫ perturba
uit Auguſtū. Recurramus nos ad Paulum
apoſtolum: qui non celi: ſed dei arcanoꝝ eſt
conſcius: ⁊ diſcamus ab eo ſtatutum eſſe oī-
bus hominibus ſemel moꝛi. Ciceronem etiā
audiamus de ſenectute dicentē. Moꝛiendū
eñ certū eſt: ⁊ incertū an eoipſo die. Et Job
Conſtituiſti terminos eius qui pꝛeteriri non
poterunt. Nec de bꝛeuitate vite dolendum
nobis eſt moꝛe Theophꝛaſti: qui naturam vi
ſus eſt accuſare: ꝙ coꝛnicibus: elephantis: ac
ceruis longiſſima vitā dederit: homini vero
cuius intererat. ⁊ cui maxime debebatur in
ſtatuendo vite ſpacio vſqꝫ ad ſuſpitionem in
uidie parca fuerit. Immo ſi Moyſi credim⁹
nature opifex deus in diſtributione vite tam
liberalis fuit: vt homini poteſtatē fecerit nū
ꝙ̄ moꝛiendi. Sed qui ꝑfecte credunt diuinis
eloquijs: ⁊ cū iuſticia et pietate vitā degunt
pꝛeſentis exilij bꝛeuitate contēta: magis deo
gratias agunt: ꝙ homini celum aperuerit: ꝙ̄
naturā accuſent ꝙ auara vite fuerit.

¶ Tempus vite hominū ſm poetas ⁊ ali
quos philoſophos Cap. v.

Nonnulli ex philoſophoꝝ
atqꝫ poetarū achademia ſic
dixere atqꝫ ī ſcriptis relique
runt. Si ex cymba: hoc eſt ex
hoc mundo ante iuſtā ſepul-
turam ceciderimus: opoꝛtet
nos errare centū annos: quod cōuenientiſſi-
mū humane vite tēpus videtur. Volūt oīb⁹
longā eſſe vite diem: ſi nō pꝛeueniret̃. vnde
eſt illud Senece. Qui ad extremum fati per-
uenerit ſenex moꝛiet̃. Sunt autē apud illos
multiplices moꝛientiū vie: de quibus Ser-
uius ad illud quarti Eneid. Vixit⁊ quē dede- Vita hūana tribus ꝯtinet̃
rit curſum foꝛtuna pegi. Foꝛtuna inquit. nō
eñ natura nec fatum. Tribus eñ ſm poetas
vita humana cōtinetur. Natura cui nō vltra
centum ⁊ viginti annos ſolares dant̃. Fato
cui nonaginta anni. ideſt tres ſaturni curſus
exitium creant: niſi aliarū ſtellaꝝ benignitas
tertiū ſupaddat curſum. Et foꝛtuna. ideſt ca
ſu qui ad omīa pertinet que extrinſecus ſunt
ad ruinā: naufragia: cedes: ⁊ huiuſmodi. Be
ne ergo foꝛtuna. Sic Cicero in philippicis.
Multa mihi imminere vidētur pꝛeter natu
ram: pꝛeterqꝫ fatū. ideſt gladium antonij. ⁊c. Virgſ. iiij. eneidos.
Hec ſeruius. Ad quē reſpondet illud Vergi
lianum. Nam quia nec fato merita nec moꝛ
te peribat: Sed miſera ante diē ſubitoqꝫ ac-
cenſa furoꝛe. Eſt ergo ſm illos centū annoꝝ
tempus mediū inter fati ⁊ nature tempoꝛa.
Quo circa quia vt dicit Cicero in de ſomnio
Scipionis: neceſſe eſt vt vite noſtre termi-
num expleamus expectātes donec deus nos
ſolueret. Videntur quouis modo dei munus
effugere qui aut pꝛopꝛia manu: aut gula: aut
temeritate: aut negligentia legitimū tēpus
pꝛeueniunt: quāobꝛem centum errant annos
Scdm tamen Virgilij ſententiā: illi dūtaxat
centum errant annos quoꝛum coꝛpoꝛa inſe-
pulta ſunt. Nam Didonis manes traductos
inuenerat in meſtis campis. Aſſignant autē
huiuſmodi rationē dicentes: animas tantiſꝑ
coꝛpoꝛi eſſe obnoxias dum inſepultū eſt. Le-
gitima aūt ⁊ etiam ſimulata ſepultura cōplē
tur exequie: quibus anima abſoluitur: et ad
iuſta loca traducitur: quibus tenebꝛis vide-
tur hoc inuolui: quod nos dicim⁹ animas in
charitate moꝛientium non pꝛius ad celeſtem
patriā aſſumi: ꝙ̄ omnes macule quas in coꝛ-
poꝛis compage cōtraxerant: purgate fuerint vj. eneidos.
Quin hoc ſatis Virgilius ipſe ſic expꝛimit.
Quin ⁊ ſupꝛemo cum lumine vita reliquit:
Non tamen omne malum miſeris: nec fun-
ditus omnes Coꝛpoꝛee excedunt peſtes: pe
nituſqꝫ neceſſe eſt Multa diu concreta mo-
dis inoleſcere miris. Ergo exercetur penis:
veterumqꝫ maloꝛum Supplicia expendunt
alie panduntur inanes Suſpenſe ad vētos
alijs ſub gurgite vaſto Infectum eluitur ſce
lus: aut exuritur igni. Quiſqꝫ ſuos patimur
manes: exinde per amplū Mittimur Eliſiū
et pauci leta arua tenem⁹: Donec longa dies
perfecto tempoꝛis oꝛbe Concretam exemit

M.E.C.D. 2016

labem:puruḿq; reliquit Ethereum ſenſum
atq; aura ſimplicis ignē. Hec vergili⁹ miro
quodā furore mira ſcientia preditus cecinit.

¶ De vite humane periodo:⁊ an prolonga-
ri poſſit vita:q̄ſtio indagine digna. Cap. vij.

CUm pauloante oſtenſum
ſit ex Seruij ſententia hu-
manā vitam tribus contine
ri. natura ſc; fato ⁊ fortuna.
Quocirca fit vt dicat Ari-
ſtoteles. ij. de generatione:
ꝙ vniuſcuiuſq; vita numerum habeat quo
determinatur. Nam omnium eſt ordo:⁊ om
niū tempus ⁊ vita clauditur periodo:ſed nō
omnium eadem eſt periodus:ſed his quidez
minor vt annua:his vero maior. Accidit tn̄
ſepe ſue periodi metam non attingere: ſed
citius occumbere propter cauſarum confuſio
nem ⁊ materie inequalitatem:que non vbiq;
Que ſtio. eaſdem virtutes habet. Juxta ergo hanc ma
teriam queritur vtruz omne animatū habeat
vite ſue certam ⁊ determinatam periodum.
Et videtur ꝙ non:quia multa viuunt per ho
minis induſtriam:ſicut plante ⁊ ſemina: et
multa animalia:ergo non habent certam pe-
riodum vite ſue:cum viuant ex humana ope
ratione. Secundo. ſi omnis vita certa men-
ſuraretur periodo:poſſet igitur per naturam
ſciri duratio vite cuiuſlibet animati:ſed hoc
non videtur verum:quia nihil incertius ho-
ra mortis:quare non videtur certa periodus
vite cuiuſlibet aīati preſtituta. ¶ Ad propo
Corru ptio vn̄ contin- gat. ſite queſtionis ſatiſfactionem aduertendum
ꝙ corruptio non contingit primo ⁊ per ſe in
forma vel materia:ſed in miſcibiliuz propor
tione. Licet enim proportio mixtionis non
ſit medium vnionis forme:⁊ materie: eſt ta-
men vinculum continuationis ſiue medium
durationis. Et ideo cum corruptio fiat per
qualitates actiuas,⁊ paſſiuas primo ⁊ per ſe
fit actio ⁊ paſſio in mixtione ſiue in mixtorū
proportione:propter quod a quo habetur pro
portio mixtionis:habetur ⁊ per conſequens
duratio eſſendi:ſiue vite p̱ durationē ipſius
in vnione. Talis autem debita duratio per
naturam dicitur periodus. Et ideo dicenduz
eſt cum proportio habeatur miſcibilium per
virtutem planetarum ſub circulo obliquo: ꝙ
neceſſario accipitur periodus vite ſub ipſo.
Igitur ⁊ certus et infallibilis eſt periodus
vite que accipitur ex proportiōe nature que
eſt vinculum viuendi ⁊ eſſe. ¶ Ad rationes
ad primam cum oſtenditur ꝙ multa viuant
per induſtriam hoīs: dicendū ꝙ nō eſt verū:
ſed intelligendum eſt ꝙ periodus vite impe
diri poteſt per accidens ſicut per violentam
occiſionem vel venenorum cibum ⁊ vſum:
vel per contraria nature: non tamen poteſt
prolongari q̄uis valeat impediri. Non ergo
fit per induſtriam hominis vt periodus vite
vel vita ipſa prolongetur:ſed ne per accidēs
impediatur. Ad ſecundā rationē cum opponi
tur: q; ſic poſſet ſciri duratio vite cuiuſlibet
animati:dicendum ꝙ verū eſt ſi ſciatur aſcē
dens conceptus ⁊ figura alchocoden:que eſt
ex aſpectu planetarum ⁊ ſtellarum ⁊ graduū
cauſata:⁊ de eius notitia eſt ſecunda pars a-
ſtrologie:que eſt magna ſapientia ſicut teſta
tur Albumazar in maiori ītroductorio:⁊ hec
habent veritatem niſi miraculoſe contraria
eueniant. ¶ Sed pro euidentiori ſupradicto Decla-
rum dilucidatione nonnulla ſcitu digna ſeſe ratio p̄
offerunt. Primo igitur notandum ꝙ ex quo ſentis
humidum radicale continue reſoluitur a calo mate
re naturali:⁊ aliquando maior fit reſolutio q̄ꝫ rie.
reſtauratio:ſequitur vitam homīs vel alte
rius animalis perpetuari nō poſſe:ſed actio
ne intrinſeca neceſſario deficere. ¶ Secūdo
notandum ꝙ in homine quattuor ſunt com-
plexiones. ſcilicet ſanguinea:cholerica. phle-
gmatica:⁊ melancholica. Iſte autem comple
xiones non ſunt equalis durationis: immo
ſanguinea diuti⁹ durat. Et ſi ſanguinei quā-
doq; citius alijs moriantur: hoc eis ratione
ſui exceſſus ⁊ mali regiminis accidit. Si eñ
temperate viuerent:debiteq; regerētur diu-
turnius proculdubio ceteris ſuperuiuerent.
¶ Tertio notandum ꝙ licet quis naturaliter
a ſue generationis principio lapſus eſſet ad
vnam complexionem:poſſet tamen acciden
taliter labi ad aliā ex regimine. Quia ſi phle
gmaticus cibis calidis gubernetur ⁊ tempe-
rate humidis fiet accidentaliter calidus ⁊ hu
midus. licet ex natiuitatis principijs fuiſſet
frigidus. Et ſic iſte naturaliter eēt phlegma
ticus:⁊ accidentalirer ſanguineus. ¶ Quar-
to notandum ꝙ licet aliquid poſſit corrumpi
ab intrinſeco per ſe:non tamen primo: quia
hominis vna pars agit in aliam:nulla tamen
agit in ſeipſam ſm̄ eandez partē. ¶ Quinto
notandum ꝙ vita hominis non poteſt perpe
tuari:quia neceſſario fit corruptio ab intrin-
ſeco ratione diſſimilium partium. ¶ Sexto
notandum ꝙ licet vita humana poſſit prolō-
gari vltra terminū cōplexionis indiuidualis: Vite
non tamen vltra terminum ſpeciei. Prima huma-
pars patet:quia bono regimīe vna cōplexio ne pro
poteſt in aliam meliorem commutari. Hec lōgatio



M.E.C.D. 2016

Prima particula est cõtraria superius dictis: quando dicebatur q̄ vita non potest prolongari per industriã hominis. Et hoc verum ē considerando influentias celestes ⁊ eorum aspectus. Sed nunc loquor magis physice: et respectu cõplexionum: non tamen assertiue: sed solum probabiliter. Posuit enĩ deus ministerio corporum celestium terminos qui p̄teriri non poterunt. licet preter celorum influentiã per dei infinitam potentiam abbreuiari possint ⁊ prolongari. Unde virtutibus vltimate defectis medicine non habent operationis efficatiam aliquam. Qr non possit prolongari vltra terminum speciei declaratur: quia quantũcunq̄ bene gubernetur indiuiduum arte vel natura: non posset diutius viuere q̄ homo temperatus ad iusticiã optime rectus ⁊ in aere conuenientissimo: sed talis non posset viuere vltra terminum debitum speciei humane. ¶ Septimo notandũ q̄ cuiuslibet homogenei tam substãtialis q̄ accidentalis: quod aliquando est ⁊ aliquãdo non est: est determinata periodus sue durationis. Patet quia natura determinat illud non vltra posse durare. Et notanter dico qđ aliquando est: ⁊ aliquando non est: quia elementa ⁊ lumen in celo cũ ceteris virtutibus accidentalibus celestibus non habẽt determinatam periodum: quia perpetua sunt ⁊ eterna. Ex quibus omnibus sequitur q̄ omne ens quod aliquando corrumpetur habet determinatam periodum sue durationis. Et notanter dico quod corrumpetur: ⁊ non corruptibile: quia lumen firmamenti est corruptibile sicut lumen lune eiusdem speciei cum illo: et tamen non habet determinatã periodum p̄ter suam eternitatem. ¶ Ex supradictis oĩbus infero vnam conclusionẽ: q̄ impossibile est medicũ q̄tuncũq̄ peritum vel astrologũ restaurare humidum radicale post tẽpus status: quin cõtinuo desiccetur ⁊ tandem deficiat vita. Et ratio est: quia humidum adueniens non est ita purum sicut precedens: eo q̄ tunc calor naturalis non potest facere tantam digestionem: quãtam poterat antea. Et si queratur de causa. Respõdeatur q̄ hoc est a natura: quia virtutes humane tunc incipiunt a tota specie debilitari. ¶ Sed superest dubium vtrũ homogenea vera sint corruptibilia ab intrinseco. Dicendum ad hoc q̄ licet etherogenea sint corruptibilia ab intrinseco: nõ tamen vere homogenea. Prima pars patet eo q̄ etherogenea necessario sunt dissimilium partium in qualitatibus primis: quarũ vna necessario agit in aliam alterando ⁊ eãdem corrumpendo. Secunda pars est euidens: nam alteratio ⁊ corruptio facta ab intrinseco est ratione diuisibilium qualitatum ſm intensionem ⁊ remissionem. Sed in corpore vero homogeneo non est huiusmodi dissimilitudo qualitatum primarũ. Et voco hic corpus vere homogeneum: quod est equalis intensionis per totum sicut eiusdem denominationis essentialis. Ex dictis sequitur q̄ cũ homo sit corpus etherogeneum in quo sint contrarie qualitates: q̄ de necessitate semel corrumpetur. Omnia enim naturalia: si Lactantio credamus: tribus temporibus contineri necesse est. preterito: presenti. ⁊ futuro. Preteriti est origo: presentis substantia: futuri dissolutio. Que omnia in singulis hominibus apparent. Incipimus enim cum nascimur: ⁊ sumus cum viuimus: ⁊ desinimus cũ interimus. Prima pars vitam hominis orditur: secunda contexit: tertia rumpit ac finit. Extinguendi homini suo tempore (si Ciceroni non refragamur) optabile est. Nam habet natura: vt aliarum rerũ omnium: sic viuendi modum. Nec habui de humane vite periodo que dicerem: ad quam vtinã o mortales aliquando perueniatis: vt ea que ex nobis audistis reipsa experti probare possitis.

Cõclusio.

Dubiũ de corruptione homogeneorũ.

Naturalia tribus tẽporib⁹ cõtinẽtur.

## ¶ De quibusdam singularis efficacie pharmacis humidi radicalis ⁊ incolumitatis cõseruatiuis Capitulum. .vij.

CUm in precedentibus paucis ostensum sit omnium viuentiũ durationis certam esse periodum: eãdemq̄ in tẽperãtia: ⁊ malo (vt aiunt) regimiñe abbreuiari: atq̄ temperantia: et debito conseruari posse regimine: Nunc nonnulla media siue pharmaca humidi radicalis ⁊ bone valitudinis conseruatiua: et exinde ad vite humane periodũ perducentia: a nostre facultatis approbatissimis auctoribus excogitata in medium adducam: Quorum hoc sit primum. ℞. liquiritie ras. ℥. j. vuarum passarum mundatarũ ab arillis lib

Electuarium.

M.E.C.D. 2016

ʒ.j.⁊ ß.ponantur in duabus libris aque fonta=
lis bene coquantur ⁊ colentur ⁊ in colatura
ponantur corticum myrobalanoꝝ kebuloruꝫ
citrinorum ⁊ indorum ſingulorum.ʒ.j.em=
blicorum ⁊ belliricorum ſinguloꝝ.ʒ.ij.coquā
tur ⁊ exprimantur ⁊ colentur:et poſtea adde
ſacchari tabarzet librā.j.coquantur vſq̧ ad
ſpiſſitudinem ſyrupi:⁊ in fine addatur cya=
momi electi.ʒ.ß.gariofilate.galange ſingu=
lorum.ʒ.duas nucis muſchate numero duas
aniſi maratri ſingulorum.ʒ.j.fiat electuariū
quo vtatur omni mane ad quantitatem par
ue caſtanee. De vinis artificialibꝰ recurras
ad Arnaldū de villa noua. Sed circa aquas
Aqua ſolennes ad quas recurrendum quando pa=
ſolēnis tiens phyſicorum ⁊ auxilio ⁊ conſilio deſtitu
tus communibus ⁊ vſitatis medicaminibus
incolumitati nequit reſtitui:ex eis vnam ad
modum ſolennem atq̧ benedictam:⁊ ad vi=
tam prolongandam ⁊ ad memoriam conſer=
uandam vſuiq̧ placidam deſcribam. ℞. om
nium piperum: zinziberis albi.gariofilate.
nucis muſchate ſingulorum.ʒ.iij.ſe.iperico=
nis:corticum,citri:floruꝫ anthos:baſiliconis
mente:maiorane. pulegij. baccarum lauri:
calamenti ſpice xiloaloes cubebarum carda=
momi calami aromatici:ſticados ſinguloruꝫ
ʒ.vnam.ſe.iuniperij.ʒ.ß.thuris maſculi.ʒ.
vnā camedreos camepitheos melegete ma=
cis ſingulorum.ʒ.j.⁊ ß.acori. M.vnuꝫ et ß.
origani hyſopi ſicce:rute gariofilate ariſto=
logie vtriuſq̧ peonie caſielignee polipodij
ſquināti chelidonie agrimonie diptami pim
pinelle ſcabioſe tormentille aniſi maratri cy
mini ſiſeleos naſturtij ſingulorum.℈.j.tyria
ce antique.ʒ.vnam aquevite glorificate ſm
artem:aut ſaltem ex bono vino ⁊ quater di=
ſtillate lib.viij.⁊ impone omnia predicta be
ne piſtata ⁊ cribrata:poneq̧ in vas vitreum
clauſum:⁊ permitte per.xl.dies bene fermē=
tari:⁊ poſtea in alembico vitreo infundatur
naſuſq̧ bene lutetur cum recipiente:et qua
ter diſtilletur ſemper eā remittendo ſuꝑ fe=
ces ſuas:niſi ꝙ in quarta diſtillatione addat̄
omnium mirobalanorum anacardoruꝫ añ.ʒ.
due.⁊ ß.piſta bene ⁊ miſce:⁊ ſine vt per ſex
dies quieſcant: poſtea diſtilletur primo len=
to igne:poſtea paulatim fortiori:videbis au
tem ter colorem commutare. Primo enim
erit vt aqua:poſtea ſubcitrina: poſtremo au
cto valde igne fiet citrina. Decet poſtea vt
ambra ⁊ muſcho aromatizetur.aqua prima
erit remiſſior ſecunda: et erit pro incipien=
tibus ⁊ pro eſtate: ſecunda etiam remiſſior

ꝙ tertia. Modus accipiēdi eſt vt bis in heb
domade accipiatur coclear vnum in ſero ſi=
ne cena aut mane ſtomacho vacuo:⁊ poſtea
ieiunetur horis ſex. Si etiam ex ea illinias
tempora ⁊ cellam memorie miranda facit.
Etſi Auicenna noſter prima tertij tractatu
primo .capitulo viceſimo octauo: dixerit nō
eſſe ſupra illam partem ponenda epithimata
propter priuationem commiſſurarum : ſed
ſupra coronalem: Ibidem de frigidis loque=
batur que non penetrant.⁊ non obſunt nuc
ꝙꝙ non ſit negandum quin etiam coronali
imponi debeant. Caueat quoq̧ qui his vti=
tur ab ira labore repletione: ⁊ coitu etiam:
niſi prius facta ſufficienti euacuatione. Ca=
non item ſolennis eſt vt quando ſufficienter
cerebrum erit exiccatum ibi ſiſtamus:ne in
diſcraſiam ſiccam precipitemur:que infortu=
natior eſt ꝙ humida:immo melius eſt infra
ſubſiſtere:ꝙ cerebrum exqui ſitiſſime exicca=
re. Hec aqua totius corporis virtutem regi=
tiuam mirabiliter fortificat:⁊ eapropter vi=
tam prolongat ſic vt quidam ob eius vſum
cētum quinquaginta incolumis exegerit an=
nos. Bonum efficit colorem frigidos oppu=
gnat morbos:puſtulam malam necat:⁊ om=
nes morbos ex humorum putredine cauſa=
tos ſanat:⁊ precipue paraliſi ⁊ ſpaſmo con=
fert: ſanat quartanaꝫ ⁊ nefreticos. Cum his
tamen iuuamentis habet ⁊ nocumenta:quia
calidum epar ⁊ caput habentibus caute ex=
hiberi debet. Soleo:⁊ res varijs appropria=
tas membris imponere:⁊ ad eorundem ad=
miniſtrare morbos: ⁊ id quidem ſatis pro=
ſpere. Cholericis exercitatis ⁊ in eſtate ⁊ re
gione calida prudēter offeratur.ita vt epar
epythimate contemperetur : quod tamen
ſtante plectoria epythimari non debet: vt
quartadecima tertij: ſed ⁊ aqua:vt iam di=
ximus:in plectoria exhiberi minime debet.
Alia eſt aqua de dicitur de morte liberans. Alia a
℞.diptami tormentille.ana vnciam vnam qua
zedoarie.drachmam vnaꝫ. cynamomi vnciā
ſemis.macis nucis muſchate ana.drachmas
duas ſpecierum diacameron trifere magne
ſine opio: electuarij ſtomachi confortatiui
aromatici roſati.ana. drachmas duas: reu=
barbari electi ſcropulum vnum:pulueriſan=
da pulueriſentur:⁊ miſceantur ſimul ⁊ incor=
pora.ʒ.j.ß.mitridati ⁊ pone in alembico vi
treo ponēdo deſuꝑ aquā vite taliter ꝙ aqua
emineat ſuꝑ dictos pulueres quattuor digi
tis :et pone ſupra cineres per vnuꝫ diem:et
diſtilla in balneo marie:et da patiēti q̄libet



M.E.C.D. 2016

vice vnum coclear per tres dies: ⁊ valet in vite prolongatione ſi tempore hyemali aliquando in mane vtatur. Electuarium ad bone valitudinis conſeruationem ⁊ vite prolongationem: ⁊ poteſt exhiberi in omnibus egritudinibus in quibus facienda eſt vniuerſalis euacuatio: ⁊ in conſtipatis ante ⁊ poſt cibum. Nam choleram phlegma ⁊ melancholiam euacuat ⁊ mundificat ſanguinem: lenit pectus ⁊ remouet ventoſitates. ℞. ſene caſie thamarindorum reubarbari violarum polipodij ſingulorum. ℥. ß. liquiritie munde penidiarum candi ſingulorum. ʒ. iij. buliãt omnia in decoctione prius facta d polipodio vncie vnius ⁊ ß. ⁊ cola preter caſiam ⁊ thamarindos candi ⁊ reubarbari: ⁊ dictam decoctionem ſyrupiſa cum ſufficienti ſacharo: poſtea adde reliqua ⁊ fiat electuarium. Comeſtio inſuper paſſularum enucleatarum vnciarum duarum in ieiunio ad iuueneſcentie viam pficit eo q digeſtionem efficiat meliorem: ⁊ minoratur ex eis phlegma.

Electuarium.

Finis huius libri de vita longa:



¶Domini Simphoriani champerij
phyſici lugduneñ. Liber de vita celi
tus comparanda incipit.

¶Prohemium in ſequens opus. Ca.j.

Ariſtoteles j. metheororum. Mundus hic īferior
nature neceſſitate ſu
perioribus lationibꝰ:
atqꝫ celeſtibus corpi
bus attiguus eſt: vt
tota inferioris mundi
virtus a mūdo celeſti
regat̃ ⁊ gubernetur.
Cum em̄ motus celi Ariſtotele teſte: ꝑpetu
us ſit: non habens principium neqꝫ finem:
ſed in principio exiſtens ⁊ ſemꝑ in fine: mo
tus aūt rerum inferioꝝ cōtinui ⁊ ꝑpetui non
ſint: merito celū eſt motuū inferorū prima
cauſa. Eſt em̄ ꝓbabile apud phos res adeo
ſpecioſas nō poſſe ſub terra cōſolari: niſi ma
ximo quodā conatu celi: atqꝫ durare in eis ī-
preſſam ſemel ex conatu virtutē. Naꝫ in his
coquēdis cogendiſqꝫ diutiſſime celū elabora
uit. Et vt noſter ficinus luculentiſſime ſcri-
pſit. Si concedis deū rebus infra lunā mira
biles inſeruiſſe virtutes: mirabiliores conce
de celeſtibus. Preterea ſi licere iudicas hoī
ad ꝓſperam valitudinē inferioribus vti: iu-
dica ſuꝑioribus quoqꝫ licere. Atqꝫ inferiora
ad ſuperioꝝ normā ſic medicoꝝ artificio tem
perare: ſicut etiā a deo ſūt ab initio tēperata

¶Qualem influentiā celeſtiū corporū in in-
feriora phi ⁊ aſtrologi cum noſtris theologis
concedunt. Capi.ij.

Virtutem multiplicē ⁊ opa-
tionē celeſtibus ab oīm condi
tore cōcreatam nemo ſapiens
dubitat. Perpaucas ṽo ex his
oībus in hoīm noticiam deue
niſſe: ⁊ oēs ſoli deo notas eſſe Dauid indicat
dicens. Qui numerat multitudinē ſtellarum
Psal. cxlvj. ⁊ oībus eis noīa vocat. Nomina ṽo a ꝓprie
tatibus rebus imponi cōſtat: quas ſolus per
fecte nouit qui eas cōdidit. Unde ꝓpheta di
uinam admirans ſapientiā exclamare cogit̃.
Magnus dn̄s noſter: ⁊ magna virtus eius:
vbi. s. ⁊ ſapiētie eius nō eſt numerus. Hec de ꝑticu
lari noticia intelligēda ſunt: qm̄ generalē in
fluxum celeſtiū qui fit ꝑ calorē lumē ⁊ motuꝫ
in terris etiā ꝑipathetici: Platonici ⁊ oīs ſtoi
corum familia (dei dono) cognouerūt. Unde
Ariſtoteles (vt dixīmꝰ) hūc mundū dicebat Ca.j.
lationibus ſuꝑioribus contiguuꝫ eſſe Et alio huius.
loco. Latio inqt ſolis ſub obliquo circulo gn̄a
tiones adducit. Et diuus ꝑater Auguſtinus
lib. iij. de trinitate. ca. iiij. idē confirmat: aſſe
rens corpa craſſiora ⁊ inferiora ꝑ ſubtiliora ⁊
ꝑotētiora ordine quodā regi. Et lib. v. de ci-
uitate dei. ca. vi. inter diſputandū cū mathe-
maticis ait. Nō vſquequaqꝫ abſurde dici pōt
ad ſolas corpoꝝ differētias afflatꝰ quoſda va
lere ſidereos: ſicut in ſolaribꝰ acceſſibꝰ ⁊ diſ-
ceſſibus: videmus etiam ipſius anni tpa va
riari: ⁊ lunaribꝰ incremētis atqꝫ decremētis
augeri ⁊ minui quedā genera rerū. ſicut echi
nos ⁊ conchas: ⁊ mirabiles eſtus occeani: nō
aūt ⁊ animi volūtates poſitionibus ſyderum
ſubdi. Ipſe qꝫ Augu. aſtrologie nō ademit:
qd rō naturalis admittit: ⁊ ſacraꝝ litterarum
tenor incōmutabilis nō reprobat. Nec tn̄ di
cit corpoꝝ differētias neceſſario eſſe a celeſti
influxu: ſꝫ hoc poſſe cōcedi in quibuſdā. Naꝫ
vt in eodem loco ait. ſexus diuerſitas ab in-
fluxu celeſti eſt: cū ſimul cōcipi poſſint gemi-
ni diuerſi ſexus. Alexāder de ales: Thomas
Albertus magnꝰ: Bonauētura: Scotꝰ: Oc-
kam ⁊ theologoꝝ numeroſa mltitudo: oēs ge
neralē celeſtiū in inferiora influxū ſunt cōfir-
mantes. Inferiora inqꝫ corpa: nō humanas
volūtates ſeu mētes. Non em̄ pn̄t: vt Augu
ſtinus vult lib. xij. ſuꝑ Geñ. corꝑalia in ſpm̄
agere. Limitant ceteri de ꝑ ſe ⁊ immediate.
Nam cū intellectus (inquiunt) mediātibus
ſpeciebus a ſenſibus receptis in opus ſuum
ꝓdeat: ⁊ ſenſitiua potētia corporeis vtat̃ or-
ganis: de per accidēs ⁊ a remoto concedi poſ
ſet īmutatꝭ corꝑibus intellectū in ſua opera
tione īpediri: vt videre eſt in melācholicis ⁊
lunaticis. Un̄ ſcriptura dicit. Corpus qd cor Sapientie ix.
rumpit̃ aggrauat aīam: ⁊ terrena īhabitatio
deprimit ſenſum multa cogitantē. Volūtas
aūt exiſtens dn̄a oīm ſuoꝝ actuū organo cor
poreo nō alligat̃ ſicut nec intellectꝰ. Magis
tn̄ libera eſt: nullius īꝓbitatē patit̃: nec ce-
leſtium influxui ſubdit̃. Et ideo actꝰ a volun
tate ꝓcedētes ab aſtronomis ꝓuideri aut di-
iudicari minime pn̄t. Nōnulli a mundi exor
dio priſcoꝝ tēporuꝫ hoībus intantū vite ſpa
cium ꝓlongatum a deo celi autumant: vt a-
ſtrologiam ſiue aſtronomiā: ⁊ artes ſeu ſcien
tias reliquas: que longa experientia acquirū
tur: inueſtigare poſſent. Alij vero primo pa-
renti Adam: ⁊ ipſis primis patriarchis nō
minimam aſtrologie partem diuinitus reue-
latam aiunt. Unde ⁊ magiſter in hiſtorijs.
Lactantius ⁊ Joſephus Abraam egyptios

aſtrologiã docuiſſe teſtant̄: qđ haud abnuo
Ge. i. q̃tum ad tempoꝛuȝ varietates: ſicut ſcriptū eſt. Ut ſint illis in ſigna ⁊ tp̄a: nō autē q̃tum ad diuinationem: quam deus ſemini abrae ſpecialiter interdixit.

¶ An celoꝛuȝ effectus impediri poſſint ſm̄ aſtrologos qui de fide chriſtiana aliquid ſapiunt. Cap. iij.

EXperientia: auctoꝛitas, ⁊ rō nobis oſtendunt celoꝛum effectus impediri poſſe. Experientia quidem cernimus agriculture arte nōnulla naturaliter ꝓducenda adeo variari: vt ea que celoꝛū curſu illis euenirent minime contingant: in ſerēdo ſeminando plantando ⁊ abſcindēdo. Circa elementa quoq; ſilēm alterationem patet euenire: circa pecoꝛa etiaȝ interficiendo: maſculum cū femella: teſticulū dextrum vel ſiniſtrum amputādo: vt maſculi aut femelle generentur. Que oīa ſi ſoli celoꝛum influxui relinquantur: ꝑfecto exitus cōſequētur diuerſi: duoq; reſultant pncipia: natura. ſ. ⁊ ꝓpoſitum. ¶ Auctoꝛitates etiā ad idem complures adduci poſſunt: non modo theologoꝛum ac phoꝛum neceſſarium ⁊ contingens: virtutes ⁊ vitia ponentiū: verū etiam ⁊ aſtrologoꝛum.
Ptolomeus. Ptolomeus em̄ hec inferioꝛa a celis nō ineuitabiliter affirmat euenire: ſicut que diuina voluntate. In lib. etiā affoꝛiſ. v. Pōt huius ſcientie profeſſoꝛ multos effectus ſtellaꝝ euertere. Et alibi. Animus ſapiens celeſti poteſtati cooperatur: ſicut optimus agricola in mundando ⁊ ꝑparādo. Non em̄ poſſent electiones ꝓdeſſe: niſi celoꝛum effectus mutari poſſent. ¶ Item ratio nobis idem inſinuat. Nulli em̄ dubiuȝ eſſe pōt celos a libera cā ſibi nō ſubiecta impediri poſſe. Ad cuius rei
Celoꝝ effect' variari pōt. noticiam aduertenduȝ eſt triplex genus cauſe quod celoꝛū effectus variare pōt. Prima quidem cauſa eſt diuina voluntas: cuius virtutē conditi ſunt celi. Multo em̄ maioꝛis potentie abſq; vlla ꝓpoꝛtione deus eſt in agendo: ꝙ celi in reſiſtendo: qui cum liber ſit: ⁊ ſi nō eſſet dignus vt eſſet deus: celos deſtituere: neduȝ oꝛdinē ⁊ vires eoꝝ mutare poterit. Sicut em̄ hoꝛologij faber taētſi tali tp̄e hoꝛam nonaȝ pulſandā oꝛdinauerit: ꝙ̄ facillime tamē ⁊ plures ⁊ paucioꝛes ⁊ nullam pulſari oꝛdinare pōt. Ita ⁊ multo facilius celi ⁊ oꝛdo a prima cauſa immutari pn̄t: cum ꝑſertiȝ cuncta diuina ſuſtētatione egeant. Simile ſubſtantijs ſeparatis contingere pōt: ſi ſolaȝ earum virtutem ⁊ celi reſiſtētiam conſiderauerimus: ⁊ hoc duplici via. Primo ex parte celoꝝ. Intelligentia em̄ applicata: aut celorum anime (ſi animati ſint) nō ex neceſſitate nature agunt: ſed ſemp regulariter agūt: qm̄ meli' eligunt. Sicut igitur homo ſuoꝝ actuū dn̄s eſt: ita multo amplius intelligētia: cuius virtute multa ꝓducuntur: illa variare. Secundo ex parte patiētis. Poſſunt em̄ intelligentie ſubiecta ammouere: ⁊ multis modis variare: quibus celoꝛuȝ virtutes varijs modis ſuſcipiant: aut nō ſuſcipiant. Non tamē oīa impedire poſſunt: tum quidem ꝓpter plura que intelligētibus manifeſta ſunt. Similiter (licȝ debilius) a tertia cauſa: q̄ libera voluntas humana eſt: euenire pōt. Patet per oīa que inferius dicent̄. Ex cuius opationibus foꝛtuna ſequit̄. Cum aliquē effectū venturum cognouerit homo: pōt inferioꝛes cauſas iuuantes aut impediētes: ⁊ ex cōſequenti remouentes effectus futuros: ammouere: ꝓbere: adminiſtrare varijs modis: nō ſolū in ſibi extrinſecis: vt ſatis deductū eſt: ſȝ etiaȝ intrinſecis: vt inſtigātibus ſenſibus ad aliqđ operanduȝ: pōt libera voluntas ſenſus interioꝛes immutare. Similiter quis infoꝛtunatus in diuitijs libera voluntate pōt terrā fodere ⁊ theſaurum reperire. Sic igitur humana voluntas: aut homo ꝑ voluntatē liber: inferioꝛa diuerſo modo applicando celoꝛū influxus immutare pōt. Angelica vero ſimiliter ⁊ vlterius quedā ex parte celorum idem pōt. Diuina aūt oīno ⁊ influxus ⁊ cās influxuū oī modo immutare pōt. Verum eſt tn̄ ꝙ his remotis īpedietibus cauſis: ſuppoſitoq; celoꝝ oꝛdine particulari: oīa ex neceſſitate euenirent: ſed vniuerſali oꝛdine pticularis euerti pōt. Hec ſunt que nōnulli neotericoꝛum ſub chriſtiana degentium religione de celoꝛuȝ influxibus circa humanas volūtates ſentiūt.

¶ Coꝛpoꝛa celeſtia de neceſſitate nō influere in humana coꝛpoꝛa ex catholicoꝛum ſententia. Capi. iiij.

NE quis igitur inuidentie moꝛbo laboꝛās: aut ſui voti ipos: vanā mathematicoꝝ vl' aſtrologoꝝ opinionē approbare nos arbitret̄: atq; ab eccleſie romane cōfeſſione: ⁊ inuiolabilis fidei ſinceritate diſcedere: q̃tum catholice veritatis ꝓfeſſoꝛes: ⁊ precipue ficinus noſter in eo quē contra aſtrologoꝛū iudicia ſcripſit lib. (cuius hic magnam verboꝝ,

M.E.C.D. 2016

partem inſeram (huiuſcemodi influxus ne-
Cōtra cessitati refragent̄: oſtendemus. Qui ſingu-
mathe la a ſtellis neceſſario fieri affirmant trib⁹ po
mati- tiſſimum ꝑniciosis erroribus ⁊ inuoluuntur
cos. ipſi: et vulgus, inuolu nt. Nam ſummo ⁊ oī
potenti deo ꝙ̄tum in eis eſt ꝓpriam rerū au
ferunt ꝓuidentiam: abſolutūqꝫ totius mun-
di imperiū. Angelis vero qui ita apud illos
celeſtia mouent: vt omnia inde hoīm ſcelera
oīa mala bonis: oīa bona malis proueniant:
iuſticiam adi munt. Hominibus deniqꝫ qui
nō minus ꝙ̄ beſtie: vt illis videtur: huc et il
luc impellunt̄: libertatē auferunt: oīqꝫ ꝑuant
tranquillitate. Si em̄ bona promittūt: quod
raro ⁊ vix ⁊ obſcure admodū facere cōſueue
runt: vt plurimū maximis illa difficultatib⁹
implicant: vnde fit vt nobis minime ꝓſint.
Oꝛ ſi aliquando: ⁊ id quidez rariſſime abſqꝫ
ſummo labore: ventura ꝑ̄nunciant: inde va-
ni ſupbi negligenteſqꝫ reddimur. Atqꝫ ſi ca-
ſu quodam vt ꝓmiſerunt eneuerit: min⁹ gra
ta prouenit diu expectata voluptas. Si ve-
ro minātur mala: quod multo ſepius accidit
mala vel ſero futura diu anticipam⁹: vl̄ nun
ꝙ̄ futura miſeri fingimus: patimurqꝫ fingen
do. Deniqꝫ ſi fata vitari nō poſſunt: fruſtra ꝑ̄
uidentur ⁊ predicunt̄. Si poſſunt aliqua ra-
tione vitari: falſo ab aſtrologis fati neceſſi-
tas defenditur. Fortaſſe dicēt (vt arbitror)
hoc quoqꝫ in fatis eſſe: vt aliquid e multis ꝑ̄
ſciatur interdum ⁊ caueatur. Sic igitur in-
ter parcas controuerſia erit: vt alia vulnera
re hominē ſtatuat: alia protegat. Sed dem⁹
hoc in preſentia illis ſi placet: ne cui forſan
pertinaciſſimi videamur: nunꝙ̄ tamē alicui
concedemus: illud quoqꝫ in parcarum decre-
tis conſiſtere: vt multi nō credant illis: mul-
ti inſuper contradicant. Quomodo em̄ fatuz
marſilium nunc impellit vt pro ingenij viri
bus fato repugnet: ꝗ certe nō fati ipſius vi:
ſed potius contrarij alicuius: vel ſaltem ſu-
perioris virtute nunc inuehitur contra fatū
Neceſſitas em̄ ipſa omnino ſibiipſi repugna
re nō poteſt: vt eſſe neget neceſſitatem: atqꝫ
ſuo inſtinctu aculeiſqꝫ ſe perimat. Quidnam
vulgatiſſimum illud ſibi vult. Fatis agimur
credite fatis. Atqui ſi diligentius rem ipſam
conſideremus: non tam fatis ipſis ꝙ̄ fatuis
fatorum aſſertoribus agimur. Non crede-
tis mihi credite fatis: ſi fatuis non credetis
qui obſcuris non vera: vt de ſibylla dicitur
ſed falſa inuoluunt: ac de ſingulis homini-
bus non propria predicant: ſed communia
cunctis. Homines loquaciſſimi in medium
tot adducunt: vt non mirum ſit ſi inter mul
ta mendacia aliquando caſu in verum ali-
quod incidunt. Sapere volunt alijs cum ipſi
ſibi minime ſapiant. Operepreciū eſt con
ſiderare ꝙ̄ inopes ipſi ſint: ꝙ̄ ſordidi: ꝙ̄ in
negocijs ſuis infortunati: in rebus agendis
imprudentes atqꝫ inepti. Si forte mercatu-
ram exercent: multo minus ꝙ̄ ceteri merca-
tores euentum preuident mercature. Si me
dicinam: minus ꝙ̄ ceteri medici medium ad
finem morbi preſagiunt: ac peſſime omniuz
corpora curant. Et cum diuinationem profi-
teantur: ipſi inde caſu viuere paſſim viden-
tur ⁊ cadere. Surgite igitur philoſophi pre-
cor: ſurgite omnes libertatis tranquillitatiſ
qꝫ precioſiſſime cupidi. Eia agite iam accin-
gite vos clypeo palladis atqꝫ haſta. Bellum
in preſentia nobis imminet contra nefarios
gigantulos illos: qui ⁊ futurorum preſcien-
tia deo prorſus immenſo ſe equare conan-
tur: ⁊ fati celeſtis defenſione ſuperceleſti deo
qui eſt ſumma libertas: liberum imperium
auferre: ſed qui tam ſuperbe ad ſuperos aſcē
dere moliunt̄: miſerabiliter precipitabuntur
ad inferos. Porrige manum nobis ex alto de
us omnipotens. Uires tuis militibus ſum-
miniſtra. Tuum iſtud defendere imperium
nunc aggredimur: ſuccurrite numina que cir
culos rotatis ethereos: ſuccurrite iuſticiam
veſtram excuſaturis aduerſus impios ho-
ſtes qui extreme cuiuſdam iniuſticie vos ac-
cuſant. Faue tu quoqꝫ nobis o genus homi-
num ſine inuidia. Nempe tuam iſtam omni-
um precioſiſſimam libertatem tranquillita-
temqꝫ tuemur. Ut poſtquam de diuinatori-
bus non diuinis: ſed valde profanis: qui taz
diu ſuis nos preſtigijs mancipāt: triumpha
uerimus: libere tandem clamare poſſimus.
Impietas ergo pedibus ſubiecta viciſſim
obterit̄: nos exequat victoria celo. Hec mar
ſilius.

¶ Neqꝫ homines a celo cogi: neqꝫ cete
ra a celo tm̄ ⁊ neceſſario fieri ſm̄ Ploti-
num. Caplm̄. v.

NOn omnes aſtrologi fa
torum ſunt aſſertores: ſed
plures. Idqꝫ fatum eſſe di- Fatuz
cunt: quod ſuus cuiqꝫ aſtro quid
rum conſpectus neceſſitate
decernit. Deſtinari ꝟo inde
ſuā cuiqꝫ ſortē ex eo confirmāt: ꝙ aſtroꝝ ob-
ſeruatione ſingulis ventura ꝑ̄nuncient̄. Pre
terea ꝙ ex acceſſu ⁊ diſceſſu ⁊ habitudine lu
minum in corporibus mutatiōes multe con

M.E.C.D. 2016

tingant: Plotinus aūt nullo pacto ferre pōt
hominē in ſingulis motibus radiorū cōfluxu
celeſtiuʒ neceſſario agitari: quia neqꝫ corpus
humanū pars mundi cōtinua eſt: neqꝫ anima
hois pars anime mūdi: neqꝫ a mūdi anima
procreatur. Habet ergo corpus humanū pre
ter figurā propriam: motorem quoqꝫ intra ſe
propriū: propriumqꝫ progreſſum. Motorem
inquā intellectualē: qui ſane per intellectua-
lem naturā tranſcendit corpus: vitāqꝫ mūdi.
Quippe qui non ſit pars vniuerſi: ſed ip̄e in
ſe aliquod vniuerſum. Cūqꝫ omnis motio ſit
gratia boni: animus vero noſter communem
ip̄am totius boni ſimpliciter teneat notionē
motio eſt grā boni. — in hac aūt bona ſingula cōprehendantur: me
rito motus animi nō ad hoc aut illud tanq̄
bonū neceſſario deſtinat̄: ſed ad quodlibet ꝓ
cōiecturarū varietate eque conferre ſe poteſt
Jam vero lōga in ſingulis cōſultatio: ac per
oppoſita viciſſim penſitatio diligēs: ⁊ exacta
quedā electio: ⁊ mox ad cōiuncturas alias re
tractatio: declarat animum non ferri natura
quadam: vel more: vel inſtinctu nature: ſed
vniuerſali potius liberaqꝫ mouēdi ⁊ agendi
facundia. Cum igitur propriā naturam ⁊ effi
catiam habeamus: ideoqꝫ propriam inſuper
actionē: merito nō ſolum ſub celeſti patimur
actione: ſed celeſtem quoqꝫ influxū pro effi-
caci proprietate ſuſcipimus: ipſiqꝫ aliquid in
de propriū agimus. Itēqꝫ aliquid mera no
ſtra ꝓprietate pagimꝰ. Mutat̄ etiā celeſtis
influxus circa nos ex natura locorum. Nam
⁊ ſub exigua climatis cuiuſqꝫ particula: vbi
etiā ſtellarū influxus eſt idem: eodem momē
to ⁊ ſemper diuerſa naſcūtur atqꝫ contingūt
pro diuerſitate ſitus ⁊ terre aeriſqꝫ ⁊ aque ⁊
ventorum atqꝫ vaporum morumqꝫ ⁊ legum.
Preterea ſimiles plerumqꝫ filij ſunt parenti
bus ⁊ nutricibus in quacunqꝫ hora naſcan-
tur ⁊ nutriantur: vtpote qui plus admodum
a ſuis q̄ ab hora ſuſcipiant. Atqꝫ etiam ſi ob
cōmunem loci ⁊ generationis nutritioniſqꝫ
naturam forme inter ſe ſint ſimiles: ſepe ta-
men plurimum moribus ⁊ ingenio differūt.
Quippe cum diuerſitas animorum tum inge
nio: tum moribus differens aliunde inſuper
Aiorū diuerſitas vñ — q̄ ex his corporeis cauſis oriat̄. Deniqꝫ vbi
animus incitamentis corporeis aduerſat̄:
idqꝫ facit tranquillitatis ⁊ intelligentie gra
tia: declarat ſe ⁊ operari libere: ⁊ a corpore ꝓ
prio non dependere: neqꝫ igitur a celeſti cor
pore. Quod quidem per noſtrum corpus ſo-
lum agere nos poſſe videtur. Corpori vero
noſtro mentis tū virtute: tum gratia: poſſu-
mus reluctari: vitamqꝫ eligere menti con-
ſentaneam: q̄uis corpori noxiam. Ac ſepe
dum ſimilis permanet natura ⁊ incitatio cor
poris quedam diſſimilia inter ſe quandoqꝫ
ſolemus eligere pro coniecturarum dumta-
xat varietate. Ac etiaʒ vbi euaſit natura cor
poris iam diſſimilis: ſimilia nihilominus eli
gere conſueuimus: ſi ratio ſimilis perſuaſe-
rit: vt pote qui tunc non tam ex influxu cor-
poreo: q̄ ex intelligentie rationiſqꝫ affluen-
tia pendeamus. Qꝫ autem nonnulli tradunt
noſtra hec a ſtellis effici: quia ſignificentur
ex ſtellis: confutatum eſt alibi etiam diligen
tius. Tu vero ita conclude. In quolibet mo
mento ac etiam in eodem ſtadio q̄plurima ſi
mul naſci poſſunt inter ſe diuerſa: non ſoluʒ
ſingularibus accidentalibus: verum ⁊ etiā ſpe
cie atqꝫ genere. Quibus etiaʒ diuerſa valde
ſors obtigit: quaſi non ab hora dumtaxat na
tura reruʒ ⁊ fortuna trahatur. Quod quidem
etiam hinc confirmatur: ꝙ q̄plurimi ſepe eo
dem communiqꝫ exitio ſimul pereant: neqꝫ
tamen vel eadem hora ſunt nati: vel ſimul
ad locum exitij confluxerunt.

¶ Quomodo anima ſm platonicos
ſit ſupra fatum: in fato: ⁊ ſub fato.
Capitulum. vj.

PHiloſophorum cōmunis
de fato opinio eſt eſſe neceſſi — Fatuʒ qd ſit.
tatem quandam ex corporea
rum cauſarum conſpiratione
rebus illatam. Cum vero et
corporum motus ab anima: ⁊ ordo corpora-
lium formarum ab intellectu proueniat: me-
rito intellectualeʒ animam a neceſſitate: que
ex motu ⁊ ordine vel ſerie corporali ſolet in-
ferri: exiſtimamus naturaliter eſſe ſolutam:
tantūqꝫ abeſſe ꝙ ſubijciatur fato: vt etiam
ipſa ſit ipſius fati principium. Si quideʒ ſit
corporea ſeries: hec autem ab anima intelle
ctuali dependeat. Ab anima inquam vniuer
ſi: ſeries cōmuniter vniuerſa. Ab animabus
quoqꝫ ceteris ſimili quadā intelligentia pre-
ditis: ſeries alibi paſſim alibi propria. Duo
ſunt igitur in fato genera cauſarū. Cauſe in-
q̄ aīales velut fati principia. ideſt aīe ſeſe — Cāruʒ genera in fato.
corporibus regendis accōmodantes. Cauſe
iterū corporales tanq̄ cōplētia fatuʒ. Eſt or-
do preterea triplex. tū corporū oīm ad primū
corpus: tum aīarū ad primā aīam: tum corpo
ruʒ ad aīas perqꝫ animas ad aīam primam:
perqꝫ illam intellectualem ad intellectū pri-
mū. Atqꝫ ita ſeries vniuerſa fatorū ad diui-
nā tandē redigitur prouidentiam. Si igitur

M.E.C.D. 2016

anima extra corpus ſit omnino: ſimiliter eſt extra fatum. Si ſit in corpore quatenus indulget corpori naturaliter patienti ſub fato ipſa quoqꝫ eatenus in fato patitur. Sin aūt ꝓ viribus ſe a corpore ſegregat: ſolāqꝫ huic vim accommodat vegetalē: in fato dūtaxat computatur vt agens: Agit tamen pro conditione fortune. Et nonnulla quidem ipſa vel naturali facultate permutat: vł arte quadam emendat ⁊ corrigit: vel magnanimitate facillime tolerat. Cur aūt anima eatenus fatū ſubeat: quatenus ſe immergit in corpus oſtendit Timeus dicēs: animas tūc primū leges didiciſſe fatales: cū ſunt coniuncte vehiculis. hinc em̄ fati trahuntur exordia. Sed interea ꝙ libero motu ⁊ fatū adeant: ⁊ deinceps quandoqꝫ ſe ſoluere poſſint: declarat qđ ait Plato ⁊ in Timeo: ⁊ in decimo de repu. Deum docuiſſe animas tum fatales leges: tum rationē iuris diuini pariter ⁊ humani: vt extra culpam deus exiſteret. Et addit virtutem rationēqꝫ liberā eſſe. Et ſic ſm platonicos nonnunꝙ̄ anima in fato eſt agens: aliquādo ⁊ patiens. Et qui neceſſariā rerū ſeriē introducūt ineuitabiliter ſingula peragentē: auferunt tum infimis contingentiā: tum conſilio libertatē. Etiam ſm ipſos natura intellectualis agit libere: ſed eius effectus aliqñ impeditur in ratione. Et ſic non om̄ia fatali neceſſitate proueniunt.

Plato.

¶ Ex Plotino ꝓpoſitiōes de fato. de mūdo: ⁊ aīa mundi. de ſtellis: ⁊ virtute celorū circa inferiora corpora. Cap̄. vij.

ALia ſunt: alia fiunt. Que fiunt a cauſa fiunt: ac preter cauſas propinquas ſepe remotiores inueſtigare compellimur.

Quia cauſe ſepe e ꝓpinquo ſufficiētes nō ſunt: ideo ſuperiores cauſe indagantur.

Neqꝫ cogi neqꝫ fieri a corporibus oīa: neqꝫ fatum: neqꝫ preſagium fore aliquid ſi principia rerum fuerint contingentia.

Neqꝫ nos a celo regi: neqꝫ a celo tantū ⁊ neceſſario fieri.

Singula hic a naturis proprijs magis ꝙ̄ a celo propriam in generatione accipiunt qualitatem: ꝙuis a celo ſignificentur.

Ordo in mundo nō contingit caſu.

Mundanus ordo non prouenit ex materia.

Mundanus ordo non eſt ex diuerſitate principiorum.

Ordo rerum nō accidit tantū ex ſucceſſione rerum: ſed ex vnius intentione.

Fines rerum ⁊ motionū declarant res diuina prouidentia fieri: diſponi: moueri.

Quecūqꝫ videntur mala vel circa corpora: vel circa animas reformantur in bonum.

Anime rationales neqꝫ a ſuperioribꝫ: neqꝫ ab inferioribus ad actiones turpes omnino coguntur.

Preter corporū qualitates eſt vbiqꝫ incorporea vita rationaliter oīa regēs: atqꝫ hec vniuerſalis natura naturis particularibus dn̄at

Natura vniuerſalis q̄ eſt oīformis vniuerſum facit omniforme: neqꝫ cogit animas.

Artificioſa nature opera ſunt a prouidentia modo artis natureqꝫ agente. Neqꝫ mentes proprie ſunt huius mundi partes.

Ipſa vniuerſi ratio ſeminaria q̄ natura vniuerſalis eſt: habet in ſe preſignata etiam que mala dicuntur.

Itē oīa mūdana ludorū more inania ſunt.

Decreſcente a ſuperioribus ad inferiora virtute ſuppletur numero.

Humana notata ſunt: ordinanturqꝫ in prouidentia intellectuali: atqꝫ naturali.

Anima quidē cauſa eſt vt celū ſit immortale ⁊ celum ad hoc anime non repugnat.

Mundus quoniā eſt corporeus neqꝫ ex ſe ē neqꝫ per ſe ſempiternus: ſed per cauſam penitus incorpoream.

Celum eſt ſpiritus ⁊ flatus ⁊ verbum anime mundane: atqꝫ eſt vbiqꝫ ꝙ̄uis occultum.

Celum eſt imago anime: ⁊ ſingula que ſunt in celo ſingula referunt que ſunt in anima.

Celeſtia tum ſm ſpeciē: tum ſm indiuiduū manēt ſēpiterna. Cōpoſita ꝟo ſolū ſm ſpeciē

Singula elemēta in ſeipſis pura ſunt: ꝙ̄uis in quolibet ſint qualitates quedā etiā aliorū

Celū ſempiternū eſt: tum aīe: tum corporis benefitio.

Celū mouetur ab anima propria: rationali: intellectuali: ⁊ in orbem agitur. qm̄ anima ⁊ intellectus in ſeipſis circuitus agunt.

Celum dū mouetur ꝙ̄tum poteſt in qualibet ſui parte fit totū: atqꝫ ita vbiqꝫ totā aſſequitur aīam: manet aūt per indiuiſibile centrū ſicut aīa manet per intellectū atqꝫ ſubſtātiā.

Anima rationalis libero motu mouetur. Irrationalis ſequitur vniuerſum.

In vniuerſo circūferentia deſiderat centrū: eoqꝫ finitur per circuitum.

Ex circuitu anime mentiſqꝫ circa deum prouenit in celo circuitus.

Motus celi fit ab anima intellectuali. ⁊ fit in circulum. tum quia ⁊ anima ⁊ intellectus

M.E.C.D. 2016

circuitum quẽdam in ſeipſis faciunt: tum q̄ ad circuitũ confert circularis figura celi.
Anima mundi per ſuperiorẽ eius vim in orbem retorquet inferiorẽ: rurſuſqꝫ per inferiorem rotat celuꝫ.
Natura planetarũ nõ eſt malefica: neqꝫ mutabilis mutatione loci: Neqꝫ ex eoruꝫ radijs ⁊ motibus naturalia precipue generantur: ſꝫ ex proprijs vbiqꝫ naturis ⁊ communi natura
Celeſtia ſignificant etiã que non faciunt.
Multa ſunt que non poſſunt celeſtibus corporibus motibuſqꝫ fieri.
Planete nõ mutãt naturã loco neqꝫ mali fiũt
In celo eſt tantũ lumẽ ⁊ calor ⁊ humor.
Frigus autẽ ⁊ ſiccitas circa centrũ. Nec aliquid celeſtium per ſe frigus affert: vel ſiccitatem: vel aliquid vite noxium.
Stelle ſignificant potius noſtra q̃ agant.
Anima noſtra habet principij rationem. ſuperat fatum: cedit fato: punitur lege diuina: etiã poteſt mirabilia facere: ⁊ corpus etiam a fato quodãmodo liberare.
Anima rationalis nõ ſubeſt fato: Irrationalis vero ſubeſt.
Vita corporis noſtri propria dependet a vita celeſtium ⁊ ab anima noſtra.
Que hic generantur naturã propriaꝫ magis habent ex cauſis proprijs: q̃ ex celeſtibus.
Ex vita mundi cõmuni eiuſqꝫ rationibus ſeminalibus: ſimul ⁊ a rationibus cuiuſqꝫ proprijs omnia generantur.
Preter actionem anime mũdi cõmunẽ ſunt in pleriſqꝫ proprie actiones: Influxus vero celeſtiũ motionũ quaſi extrinſecus videntur accedere.
In ſingulis que hoĩbus accidũt ſufficientes apud nos ꝑter celeſtes motus cãs reperimꝰ.
Aĩa priuſq̃ fato tãgat: tangit amore corpis
A cõmuni ſeminario mũdi oĩa generantur: ⁊ in eo comprehenduntur. Et que gignũtur tum ſemel exeundo degenerant: tum per ſecula deficiunt a primordijs.
Rationes nature ſeminales non ſunt notiores: q̃uis fiant a mẽte. Itẽ degenerãt in natura primũ a mẽte: deinde in materia deficiunt a natura.
Si ſtelle inanimate ſunt nõ faciunt niſi corpores. ſi animate non faciunt mala.
Stelle non mutant naturam motibus: locis aſpectibus.
Significationes ſtellarum fiunt propter mirabilẽ rerum in mundo cõnexionem.
Anima mundi eſt principiũ rerũ naturaliuꝫ.
Aĩe oẽs rõnales habẽt arbitrij libertatem.
Anima que in nobis dependet e celo ſubeſt fato: que vero dat̃ nobis a deo libera eſt a fato: ⁊ nos liberare poteſt.
Stelle non faciũt niſi corporea: anima vero per ſe venit in fatũ atqꝫ fortunam.
Res gñant̃ ꝑcipue a ſemĩalibꝰ nature rationibus. celeſtis influxus materiã diſponit.
Que viuũt ꝓpria vita actiões ꝓprias habẽt
Que hic contingũt mala non mittũtur e celo
Aĩa priuſq̃ ſubeat fatũ: appetit corpus.
Anima proprium habet eſſe: quo etiã in fato habet propriam actionem: ⁊ poteſt a fato ſe ſoluere.

Quomodo de fertilitate ⁊ ſterilitate terre de peſtilentia ⁊ bellis ⁊ mutatione regnorum aliquid pronoſticare in vniuerſali poſſunt aſtrologi: Et cur frequenter errent in iudicijs ſuis. Cap. viij.

RAro qui aſtrologie operam impendũt ſua intra preſcriptos limites coartãt iudicia: ſed vane glorie cupidi philateria dilatant nimiũ: ⁊ ex ſtellis auguriari geſtiũt: qd efficere nõ poſſunt. Etiã ad particulares localeſqꝫ mutatiões frequẽter deſcendũt: ſingularꝫ frugũ ſpecies denotãt: terrarũqꝫ ⁊ incolarꝫ euẽtus ꝓſequũtur ſeiũctim: nõ attẽdentes non obſtante generali influxu ſuperiorꝫ. Et (vt Auguſtinus ait. v. de ciui. dei cap. vij.). electo a ſeminandũ agrum die Aug.
tam multa grana in terrã ſimul veniũt: ſimĩ germinãt: ⁊ exorta ſegete ſimul herbeſcunt: pubeſcũt: flaueſcũt: ⁊ tñ inde ſpicas ceteris coeuas: atqꝫ vt ita dixerim cõgermĩales: alꝫ rubigo interimit: alias aues depopulant̃: alias hoĩes auellũt. Pari iudicio de reliquis rebus iudicandũ eſt. Sũt enĩ cauſe celeſtes fere innumere: ex quibus ex ſtellis fixis pauciores cognite ſunt: quorꝫ tñ actio q̃tum poſſit aſtrologorꝫ traditiões canũt. Accedit q̄ plurimi noſtro euo in praxi illa magiſtri noĩari delectant̃: qui nõdũ loq̄ ceperũt: ne dixerim didicerũt. Verũtamen ſi anni quattuor ꝑtes a qualitatibus ſuis multũ exorbitare cõtigerit: facillime ſequet̃ aeris intemperies: ſicqꝫ frugũ detrimentum: aut ex exceſſiuo frigore: vel calore vrẽti: humore ſuffocante: aut ſiccitate cõſumẽte humidũ radicale. Amplꝰ turbatis elementis immaturis frugibus ⁊ aere infecto aut putrefacto quo ad reſpirandũ ſedulo vtimur: egritudines euenturas temere iudicabit. Deniqꝫ ex aere infecto ⁊ alimẽtis incõuenĩẽtibus: ſpiritũ animalẽ turbulentũ generari phiſica ratio ſuadet. Hinc egritudi

nes acute ⁊ cerebro multe obueniunt turba-
tiones: quibus in vulgo dominantibus ad
vnius filij beelzebub doloſam perſuaſionez:
inſultus fieri haud erit difficile. Si eñi prin
ceps vi legis occurrere nititur: mox a ſuper-
ba ceruice onus ſeruitutis ⁊ ſceptrũ exactoris
excutere moliuntur. Hinc ſecte cõtentiones
partialitates ſeditiones: bella ⁊ cetera huiuſ
modi oriuntur multa. Et quis (vt Ptolo-
meus ait) vir pius ſiue ſapiens dominetur
Eccls. pmo. aſtris: ſenſualitati ſcz ⁊ inclinationibus ob-
uiando. ſtultorum tamẽ vt Salomon ſcripſit
infinitus eſt numerus. Unde mirum non eſt
ſi his ⁊ ſimilibus ſolerter penſiculatis: non
tam aſtrologi ꝙ philoſophi medici ⁊ longa
experientia edocti agricole ⁊ naute quotidie
de futuris multa vera predicunt etiam ſine
aſtrologicis regulis de morbis: de annona:
deqꝫ tempeſtatibꝰ. Sed de illis ſatis. De na
De domibus planetarum. tiuitatibus ⁊ domibus aſtrologi pronoſticãt:
dicunt eñi ex habitudine prime domus plane
tarũ ⁊ ſtellaruz in ea exiſtentium: ⁊ partium
natura ac varijs affectibus: mira de anima
nati. Predicũt videlicet ſi liberalis: ſi legum
amator: ſi mitis aut bellicoſus: ſi diuinarum
ſcientiarum indagator alteriuſue ſtudij aut
operatiõis amator: ⁊ quãtus qualiſue in cor
poris habitudine futurus ſit natus. Ex ſcda
domo de proſperitate ⁊ infortunio diuitiarũ
nati futura vident: ſi eas vel ex hereditate:
mercatura: aut quouis alio ingenio aut labo
re habiturus ſit. ⁊ amplius: ſi ſua ſponte ac-
quiſitas dilapidabit: aut violentia qualibet
ſiue infortunio amittat. Ex tertia domo de
fratribus nati: de peritia legum ⁊ obſeruan-
tia earũdem. Et ibi per partem quã abſcon-
ditam nominant aſtrologi de arcanis cõſciẽ-
tie erga deuz ⁊ erga homines iudicãt. Nam
vt ait Abraaz aſtrologus in huius domus ex
poſitiõe. Si iuppiter fortis in natiuitate par
tem illam quocũqꝫ modo reſpexerit: ⁊ deum
diliget (ſcz natus) ⁊ a deo diligetur. Sz hec
a fide ⁊ veritate deuiant. Nam dicit ſcriptu
ra: neſcit homo an odio vel amore dignus ſit.
Eccle. nono. Et conſcientie arcana ſoli deo patent. Aſtro
logi etiam duas fortunas inter planetas no
minãt: Venerẽ ſcilicet ⁊ Jouem. Venus vt
aiunt felicitatẽ vite preſentis tribuit: Juppi
ter aũt largit felicitatẽ vitẽ future. Et vnꝰ
ex illis ſcribit: ꝙ Saturnus in leone conſti-
tutus facit longeuos: quorũ anima poſt mor
tem ad celos trãſibit. Et Albumaſar impie-
tatem impietati accumulãs ait. Qui deo ſup
plicauerit hora qua luna cũ capite draconis
Joui coniũgitur: impetrat quicquid petierit

Haha magi potiꝰ ꝙ aſtrologi. Venite oẽs ad Job. x
chriſtũ qui in euangelio dicit. Ego vitã eter
nam do eis. Si eñi vera dicunt aſtrologi cur
igitur non obſeruant talẽ horã: vt ſemel im-
petrent de cetero in iudicijs ſuis neminem
fallere: ⁊ vt tantas diuitias recipiãt ne am- Expõ domorꝫ
plius pre inopia alijs ſua mendatia venalia
faciant. Sed nunc ad domorũ explanationẽ
deſcendamus. Si naſcens filios generabit:
⁊ qualiter ad eos afficietur. Et hoc quidem
arabes. Ptolomeus autẽ a decima filios di-
iudicat: Mallius ab aſcendẽte. Et ſexta de
infirmitatibus nati in toto corpore ⁊ ſingu-
lis partibus: ⁊ quando ⁊ quantum egrotabit fu
tura annunciat. Ex ſeptima ſi amator erit fe
minarũ ⁊ innominate libidinis ſectator. Si
vxorẽ habebit vnaz aut plures: vetulas aut
iuuenculas: ⁊ quãdo eas ducet: acſi pacifice
cum illis habitabit. Ex octaua aũt domo ſcie
tur qua morte: an aqua: igne: gladio: ſuſpen-
dio: aut quouis alio modo interiturus ſit na
tus. Ex nona ſi natus peregrinabitur: ⁊ quantũ
in terra vel aqua: ⁊ quam fortunã in his ſen
tiet. Similiter ſi firmiter aut negligenter fi
dem ſuaz tenebit. Ex decima de ſtatu matris
quemadmodum ex quarta de ſtatu patris na
ti iudicium fit. Plurimi tamen ſtatum pa-
tris a decima inueſtigandum putant. Inſu-
per ſi natus honorẽ: poteſtatem aut famam
bonam habiturus ſit venatur. Ex vndecima
de amicitia nati: ⁊ ad quas perſonas erit. ſi-
militer ⁊ de veſtimẽtis futura dicũt. Ex duo
decima domo figure celi in natiuitatibus ali
cuius calculate: inimicitie: captiuitates: ſi
quas forte aut vnde habiturus ſit natus: pre
noſci habent. Seruos ſimiliter egyptij ab
iſta domo dijudicant: Arabes autem illud a
ſexta faciendum exiſtimant: ⁊ alia ferme in-
numera. Minima etiam ⁊ vilia hominũ ac-
cidentia hec aſtrologie pars de naſcente fu-
tura iudicat ex domino natiuitatis hore al
cochoden: almutes. hylech et varium par-
tium proiectione: ex habitudine planetarum
⁊ ſtellarum fixarum: ⁊ earundem ſimiliter
domorum varijs aſpectibus ⁊ directione: q̃
omnia ⁊ ſingula latius proſequi non eſt no-
ſtre vacationis.

¶ An morum ⁊ ſcientie excellẽ
tia: ⁊ complexiones diſtribuãtur
a deo: An celorum influxibus
vel nature efficatia: aut homĩs
artificio viri efficiantur litterati
Capitulum. ix.

M.E.C.D. 2016

DIcet forſitan aliquis cu-
rioſus inueſtigator. Cur hec
ita diſtribuit deus: vt ꝓphe
tiam Dauid: Eſaie: Hiere-
mie: ꝛ his ſimilibus. Salo-
moni ſapientiam. Diuinarũ
legum peritiam apud hebreos moyſi. Apud
egyptios Mercurio triſmegiſto. Apud ba-
ctrianos zoroaſtro. Apud carthagineſes Ca
ronde. Apud cretenſes Minoi. Apud lace-
demonios Licurgo. Apud athenienſes So
loni. Apud romanos nume Pompilio. A-
pud chriſtianos ꝑo Petro Paulo ꝛ reliquis
apoſtolis eorũq; zelatoribus. Ipſam poeſim
Homero ꝛ Virgilio. Rhetoricam demoſthe-
ni ꝛ Ciceroni. Philoſophiam naturalez Ari
ſtoteli. Moralem Socrati. Metaphyſicam
ꝛ diuinam Platoni. Medicinam Hippocra
ti ꝛ Galeno. Aſtrologiam Ptolomeo. Iu-
ris ceſarei diſciplinaz Bartolo ꝛ Baldo. Iu
ris pontificij Gratiano. Artem militarem
Alexandro magno ꝛ Iulio ceſari. Conſilioꝝ
ſagacitatem Catoni. Magiam zoroaſtro. A
rithmeticam Iordano. Geometriam Eucli-
di. Muſicam pythagore ꝛ Boetio. Logicaz
Chryſippo. Phyſicam Strabom lapſanſeno
trſbuerit? Quenam ratio fuit ita diſpenſandi
Caſu ne iſta an influentia: an prouidentia
vlla gubernentur? Reductus ſum in ſcyllam
quam effugeram. Tentabo igitur breuibus
verbis etiam hinc elabi: ꝛ ſi quid noue mer-
cis inuenero: poterit his que ſupradiximus
applicari: vt ex his locis vna ſententie veri
tas: ꝛ ex duobus capitibus vna diſcipline fi-
at integritas. Magne preſumptionis hec q̃
ſtio: cui apoſtolus vas electionis vſq; ad ter
Rom̃. tium celum raptus ſic reſpondet. Nonne ha-
ix. bet poteſtatem figulus ex eadem maſſa: ali-
pſ̃. ud quidem vas in honorem: aliud in contu-
cxxv. meliam facere. Sufficeret hoc dixiſſe: q: iu-
Rom̃. dicia dei abyſſus multa. Et ꝙ incõprehenſi-
xi. bilia ſunt iudicia eius: ꝛ inueſtigabiles vie
eius: ꝛ occulta conſilia. Nec tãtum debet hu
mana temeritas audendo procedere: vt ea
cernere velit: que latere deus inſtituit. Neq;
enĩ domino gratus erit ſeruus: qui penetra
lia cuncta que in domo ſunt: perluſtrare ten-
tauerit: ea namq; temeritas magis videtur
explorantis inſidias: ꝙ ſerui preſe ferre offi
cium. Sic licet inquam reſponderi poſſit: di
cam tamen aliquid etſi balbutiens. Scribit
enim eccleſiaſtici capi. primo. Omnis ſapiẽ-
tia a domino deo eſt. Et Iacobus in ep̃la
canonica cap̃. primo. Omne datum optimuz
ꝛ omne donum perfectum deſurſum eſt de-
ſcendens a patre luminum. Et theologi Au
guſtini ſententiam ſepenumero vſurpant in
quientis. Sic deus res quas condidit admi
niſtrat: vt eas agere proprios motus ſinat.
Igitur ſicut anima in toto corpore: ſic deus
ſemper operans in toto mundo vires natu-
ris pro mucrone addidit: ꝛ operari eas inſti-
tuit: immo inſtrumenta ſua fecit: quibus cũ
deo patre fabri filius vſq; modo operãs vte
retur. Has igitur vires nec operari impedit
nec operantes deſerit: ſed ſicut nauta nauim
ſic iuuat ꝛ dirigit: ille in portum: iſte in finẽ.
Et queadmoduz ociante anima membra ſo-
piuntur: ſic ceſſante deo: (vt in igne babylo-
nie monſtratum eſt) omnis nature conatus
inanis eſt. Igit̃ omnia bona a deo ſunt. Sz
cur hunc eligat: alium repellat. hoc nequeũt
humane vires agnoſcere. Nam Iacob ſan-
ctiſſimus ꝛ optimus. Eſau frater eius peſſi-
mus. Abel innocentiſſimus ꝛ iuſtus. Cayn
peſſimus. Petrus optimus. Iudas peſſim⁹:
ceteriq; apoſtoli ſanctiſſimi. Ideo dicit xp̃s
Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos. et Joh.
Paulus ad Timotheum. iij. cap̃. Non ex opi xv.
bus iuſticie que fecimus nos: ſed ſm miſeri-
cordiam ſuam ſaluos nos fecit. Et Auguſti
nus in lib. de predeſtinatione ſanctoruz. Nõ
q: futuros nos tales eſſe preſciuit: ideo ele-
git: ſed vt eſſemus tales per ipſam electio-
nem ſue gratie qua gratificauit nos in dile-
cto filio ſuo. Et idem Auguſtinus in lib. de
libero arbitrio. Non propter fidem vel ali-
qua merita elegit de⁹ aliquos ab eterno: vt
appoſuit gratiam iuſtificationis in tempore
ſed gratuita bonitate ſua elegit vt boni eẽnt
hec ibi. ¶ Ad hanc ſoluendam ſm naturales Solu'
rationes ꝛ hominum moralem doctrinaz ac- qõnis
cedamus: vt diſcere ac metiri valeamus quã
tum poſſunt in his que diximus humane vi
res. In omnibus tamen que hic ꝛ alibi a me
dicuntur: tantum aſſertum eſſe volo: ꝙtum
ab eccleſia romana comprobatur. Unde er-
go excellentia ac maieſtas tantorum virorũ Prima
illuſtrium quos diximus. Prima opinio eſt opinio
philoſophantium ac medicorum qui comple
xioni attribuunt excellentiam ingenij: de quo
philoſophus parte. xxx. probleumate primo
ait. Propter quid homines quicunq; excellẽ
tes fuerunt viri. aut ſm politicam: aut philo
ſophiam: aut poeſim: aut artes melancholi-
ci fuerint. Sed vt in lib. de vita ſana dixi-
mus: non intelligit ph̃s ꝙ omnis melancho
lia vel omnis complexio melãcholica hoc fa
ciat: ſed intelligit de illa ſolum que eſt tem
perata calida: que facit excellentes viros.

M.E.C.D. 2016

Et ſic ſm Ariſtotelem videtur ꝙ prima cō-
plexio que facit homines ingenio excellētes
eſt complexio melancholica que eſt calida tē
perate. Sed de hac melancholia ſatis locuti
ſumus in lib. de vita ſana. Medici quidam
ingenio acuti voluerunt ꝙ prima complexio
ad faciendum ingenium acutum ⁊ excellens
ſit complexio temperata: poſt quam eſt com-
plexio ſanguinea: ⁊ poſt illam cholerica: ter-
tio melancholica: vltimo eſt cōplexio phleg
matica. Alij vero ex medicorum academia
volunt: ꝙ prima complexio poſt temperataꝫ
complexionem ſit cholerica: ⁊ nō ſanguinea.
Licet verum ſit ꝙ quoad vite duratione̅ ſan
guinea ſit melior q̄ cholerica: ſed quoad in-
genij p̄ſtantiam cholerica excedat ſangune
am. Quia in cholerica complexione materia
ſpirituum ſubtilior: ⁊ calor fortior qui mate-
riam illam ſpirituū bene digerit: qꝛ calor eſt
vt agens materia vt patiens. Etiam chole
ra ſiue flaua bilis eſt velocior omnibus hu-
moribus: ⁊ talis complexio eſt calida ⁊ ſicca
ideo meatus ⁊ aditus apertiores habet ⁊ ex-
peditiores: ideo maxime diſponit ad ſciētiaꝫ
⁊ ingenij ſubtilitatē. Sed complexio phleg
matica minus diſpoſita: qꝛ habet calidū ma
gis remiſſum. Nam ratione phlegmatis ca-
lor eſt magis obtuſus. Et in ꝓducendis ſpi-
ritibus magis cōcurrit virtus caloris q̄ ſub
tilitas materie: tamē vtraqꝫ concurrit. Et in
complexione phlegmatica calor remiſſior: ⁊
materia ſpirituum craſſior. Preterea melan
cholici habent ſiccitatem maiorem: ⁊ ſunt ti
midiores: ⁊ plus inquiſitiui: ⁊ magis ab ille
cebris ⁊ voluptatibus alieni: ⁊ ſic magis di-
ſponunt ad virtutes ⁊ litterarū ſtudia. Sed
cur aliqui phlegmatici: ⁊ nōnulli melancho-
lici ad ſciētias ⁊ bonas artes magis diſponū
tur: q̄ pleriqꝫ ex cholericis vel ſanguineis.
Dicunt id cōtingere qn̄qꝫ eo ꝙ aliquis in or-
ganis virium ſenſitiuarū habeat complexio
nem cholericam: ⁊ organū cerebri ad hoc be-
ne diſpoſituꝫ: lꝫ relique corporis ꝑtes phleg
matice vel melancholice ſint complexionis.
Ex his oībus patet phos ingenij preſtantiā
complexioni attribuiſſe. Eapropter phus. ij.
de anima. Duri eñ carne inepti mente: mol
les aūt carne bene apti. Queadmodum A-
uerroys cōmento. xxxviij. propter bonitateꝫ
illius ſenſus tactus homo ſubtilior omnib⁹
aīalibus ⁊ diſcretior. Et ſm ꝙ cōplexio cōue
niens bonitati iſtius ſenſus eſt cōueniēs di-
ſcretioni: intellectus bonitas diſcretiōis nō
videtur ſequi bonitatē alioꝝ ſenſuum. ſcꝫ
boni viſus auditus ⁊ ſimiliū. Et cū tu inſpe
xeris hoīes intelligētes ſemꝑ inuenies eſſe
taliꝫ cōplexionis: hec Auerroys. ⁊ Ariſtote
les. ij. de aīa. Homo habet nobiliorē ſenſum
tactus ceteris animātibus: ideo oīm aīaliuꝫ
prudētiſſimus. Galenus ipſe. ij. tegni. Ho-
mo diſtemperatiſſimus eſt tēperatior quoli
bet aīali temperato. Et Auicēna prima p̄mi
capi. de cōplexionibus. Ad cōplexionem tē-
peratam magis accedit homo ceteris viuen
tibus. Homo igitur qꝛ habet certiorē ſenſuꝫ
tactus ceteris aīalibus: ideo tēperatior. Ali
qua tamen aīalia ſuperāt hoīem in alijs ſen
ſibus vt aquila in viſu: que aciem ſolis re-
ctiſſime aſpicit: ⁊ aper in auditu: ⁊ vultures
⁊ tygrides in odoratu. De quo Auerroys. ij.
de aīa cap̄. de odoratu. Vultures ⁊ tygrides
venerunt ꝓpter odoratū ad loca prelij quod
fuit in terra grecoꝝ a quingētis miliaribus
hec ille. ¶ Notatu dignū hic occurrit: ꝙ nō
quelibet carnis mollicies reddit ꝑſpicax in-
genium. Nam aliqn̄ mollicies carnis ſequi
tur temperamentū ⁊ debitā cōmixtionem hu
midi cū ſicco: ⁊ hec eſt ꝑfecta: ⁊ facit ingenij
ſubtilitatem. Eſt ⁊ alia mollicies que ſequi-
tur abundantiam pituite ſiue phlegmatis: et
hec arguit complexionem frigidam ⁊ humi-
dam: que complexio nō arguit bonitatem in-
genij: ⁊ ſic eſt in mulieribus: quibus eſt mol-
licies aque que phlegmatica eſt: ⁊ hec etiam
ineſt aliquibus viris phlegmaticis. Eſt ⁊ alia
mollicies aerea q̄ ē in ſanguīeis. Alia ignea
que eſt in cholericis: ⁊ he due mollicies ſunt
ceteris perfectiores. Sic volūt medici ⁊ phi
loſophi ꝙ cōplexio molliciei aeree vel ignee
faciat ingenij excellētiam: vt licet aliqui ſint
dure carnis ⁊ aſpere ingenij claritatem ha-
bentes: hoc ex cerebri diſpoſitione prouenit:
quia cerebrum bene eſt complexionatum ad
animales ⁊ ſpiritales operatiōes. ¶ Opinio Opinio ſecunda.
ſecunda eſt aſtrologorum dicentium comple
xiones inſequi climata vt differre nonnulli
ſpecie videātur. Unde germani fortes: Ita
li graues: Hiſpani iactabundi: Galli in ar-
mis feroces: religione fideles vt chriſtianiſſi
mi appellētur. Latini ſupercilioſi ac elati di-
cantur. Non enim omnium eque nationum
corpora ſunt ad ſapientie ac intelligentie ꝑ-
ceptionem idonea. Unde more Thaletis: ſi-
ue (vt alij dicunt) Socratis dicere ſolitus
ſum: propter tria me deo gratias maxime ha
bere: ꝙ ſcilicet mas non femina: homo nō be
ſtia: gallus non bohemus natus ſum. Sunt
enim galli ſuapte natura ad philoſophiam ⁊
religionem magis apti: eo ꝙ propter aeris ⁊
celi temperiem corpora formati ſunt ab excel-

lentijs contrarietatum: vt philoſophi aiunt
remotiora. His de cauſis pariſiẽſes ingenio
ſiores: delphinenſes robuſtiores inter gal-
los habiti ſunt: quia videlicet illi in puriore
iſti in craſſiore (ob montes altiſſimos) aere
verſentur. Notatu etiam dignum eſt: ꝙ ſibi
vicine immo ⁊ contigue prouincie in homi-
nibus ⁊ animalibus multum differre videan
tur. vnde lugdunẽſes ingenioſiores: delphi-
nenſes vero fortiores: robuſtiores: moribus
imbecilliores: animoſiores: ⁊ in armis ma-
gis ſtrenui inuenti ſunt. Forenſes vani: in-
genioſiores ⁊ ſubtiliores. Aluernigene ro-
buſtiores: moribuſqꝫ inhumaniores. Limo-
uicen ſes aſtutiores: moribus minus vrbani
Gaſcones ⁊ vaſcones ad verbera promptio
res. Normãni corpulẽtiores ⁊ loquaciores:
Picardi cerebroſiores inter gallos habiti
ſunt. Inhabitantes enim regiones tempe-
ratas ſunt ſapientiores ⁊ meliores: eo ꝙ ſu
per iſtas regiones ſyderum ⁊ planetarum in
fluxus ſunt optimi: ⁊ regiones intempera-
tas incolentes ſunt ſiluestres ⁊ ferarum mo
res habẽtes. Ideo philoſophus parte. xiiij.
probleumate. xv. dicit ꝙ habitantes loca tẽ
perate calida ſunt prudentiores ⁊ ſapientio
res. ⁊ in locis intemperatis contrario modo
ſe habent. Et in eodem dicit Ariſtoteles ꝙ
loca intemperata ſunt que aut nimium cali-
da: aut nimium frigida exiſtũt. in quibus lo-
cis habitantes ferinos mores ⁊ aſpectus a-
troces habent. Haly enim ſecundo quadri-
pertiti dicit ꝙ vniuerſaliter illi quorum lati
tudo eſt intra triceſimumquartum gradum
a linea equatoris vſqꝫ ad latitudinẽ. xl. gra
duum extant ſapientiores: ꝙ̃ habitantes re
giones frigidas: ſicut ſunt alique regiones
in ſexto ⁊ ſeptimo climate: ⁊ maxime ĩ locis
ſic extraneis non poſſunt naſci homines bo-
ne complexionis: nec boni ſenſus. Galenus
noſter de virtutibus animalibus caplo. ix.
ita ait de Platone ſic dicens: In Timeo qui
dem in principio ſermonum hec ſcribit. Nũc
quidem vniuerſum ornatum ⁊ ordinem de-
us prius perornans nos inhabitare fecit eli-
gens loca: ⁊ in quibus generatur Eucraxia
horum viri generantur prudentiſſimi. Et in
principio legum dicit Plato: ꝙ in regione tẽ
perata naſcuntur homines meliores. Hoc
idem ſentit Auicenna quẽ inducit. Petrus
de ebano. Et dicit Haly Ariſtotelem ⁊ Ga-
lenum fuiſſe de quinto climate: qui optimi
fuerunt naturales ⁊ Metaphiſici Plato-
nem ⁊ Ptolomeum de tertio climate: qui ex-
cellentes fuerunt in mathematicis. Et albu-
mazar tertio introductorij dicit ſapientiſſi-
mos eſſe babylonios ⁊ egyptios. Sol enim
non multum elongatur ab eorum capitibus
neqꝫ appropinquat. Eſt enim motus ſolis
equalis ſuper eos: ideo aer eorum fit com-
plexionis temperate: neqꝫ ſuperflue calidus
neqꝫ ſuperflue frigidus. Calores eorum et
corpora ⁊ nature ſunt temperata. Et ſenſus
⁊ ratio ⁊ animi qualitas ſunt bona: abundat
qꝫ in eis ſapientia ⁊ intellectus: ⁊ rerum pre
ſtantia: ⁊ honeſta qualitas animi: ⁊ hec eſt
terra prophetarũ ⁊ ſapientuꝫ. Sed qui ſunt
habitantes ſecundũ clima ſicut ſunt Ethio-
pes: horum mores peſſimi: ⁊ facies habent
corruptas: ⁊ turpes ⁊ atroces: ⁊ comeden-
tes homines: vt Haly teſtatur ſe vidiſſe in
fine ſeptemtrionis ⁊ meridiei. Et dicit ꝙ ibi
ſunt ſpiritus maligni: ⁊ beſtie comedentes
homines. Et ideo dicunt multi ꝙ diutius re
manſit regnum romanorum: ⁊ ſic auctuꝫ eſt
quia medio modo ſe habet regio romana in-
ter ſeptẽtrionales ⁊ meridionales. De Noe
autem dicunt ſapientes eum in aſtrologia
claruiſſe: ⁊ filius eius Sem inter aſtrologos
annumeratur. Et pater ⁊ filius viri preſtan
tiſſimi in chaldeam venerunt poſt diluuium
regionem temperatam. Iſte Sem poſt di-
luuium biennio genuit Araphayath: qui fer
tur fuiſſe Melchiſedech: qui primus poſt di
luuium vrbem ſalem condidit: que eſt hieru
ſalem: que eſt in quarto climate: quod eſt me
dium inter ſeptem climata. In qua quidem
famatiſſima ciuitate omnia grandia ⁊ admi
ratione digna tam veteris ꝙ̃ noui teſtamẽ-
ti patrata leguntur facinora. Quod verum
oſtendere per humanas rationes: que non-
nunꝙ̃ minus valide inueniuntur: atqꝫ a pti
nacibus diſputatoribꝰ: veritatiſqꝫ emulis re
probantur: preſens minime videtur expoſtu
lare negociũ. Nec: vt andini poete vtar car
mine: hoc ipſa ſibi tempus ſpectacula poſcit
Sed quiuis pius lector: veritatiſqꝫ cultor ne
dum ex diuinarum litterarũ ſeu (ſi mauis)
ſacre biblie cõtextu: cui nullus ni ſi infidelis
chriſtiane fidei ꝑpetuꝰ hoſtis: aut hereticus
a ſancte matris eccl'ie gremio excluſus: refra
gari audet: verũ etiã ex fide dignoꝝ hiſtorio
graphorum qui res geſtas litterarum monu
mentis fideliter mandauerunt: compluribus
voluminibus facillime ꝑcognoſcere poterit
Vñ dominus noſter ieſus xp̃s ẜm humanita
tem. Iteꝫ Abraam chaldeus ſummꝰ aſtrolo-
gie magiſter: Iſaac: Iacob: Ioſeph filius
eius: Moſes prophetarum ſummus ⁊ totꝰ
veteris legis celitꝰ edoctus interpres: ceteri.

M.E.C.D. 2016

ꝙ ꝓphete diuino afflati ſpiritu ex quarto ve
nerunt climate. Albumazar chaldeos oīum
peritiſſimos affirmat (chaldei em̄ ſapientes
interꝑtantur:⁊ poſt ip̄os egyptios. Ph̄s em̄
in ꝓlogo Metaphyſices dicit ſciētias ſpecu
latiuas apud egyptios inuētas:⁊ maxīe ma⸗
thematicas. Ex diuinis ſcripturis habemus
ꝙ Abraā ex chaldea in egyptū aſtrologiam
nunꝙ̄ ibi cognitā trāſtulit. Et vt Laertius
ſcribit lib. tertio in vita Platonis: Plato in
egyptum ad prophetas ⁊ ſacerdotes ſe con⸗
tulit. Et diodorus libro ſecundo apud egy⸗
ptios ſacerdotes in eorum ſacris libris ſic cō
tineri. Trāſiſſe in egyptum Orpheum: Mu
ſeum: Melampidem: Dedalum: Homerum
⁊ Licurgum: Solonem: Platonem:⁊ Pytha
goram ſaminum:⁊ complures inſignes viros
qui in Egypto perceperunt omnia: que il⸗
los apud grecos mirabiles fecerūt. Quineti
am Licurgus Solon ⁊ Plato multas ab egy
ptijs ſumptas leges ad ſuam rempublicam
detulerunt. Et Pythagoras geometriam et
arithmeticam ⁊ curſum aſtrorum ⁊ zodiacū
ab egyptijs ad grecos tranſtulit. Et Orphe⸗
us theologiam didicit ab egyptijs. Quattu⸗
or profecto celeberrima ⁊ bonarum littera⸗
rum ⁊ ſcientiarum ſtudia in orbe extiterunt
ſcilicet in Chaldea: egypto: grecia: ⁊ poſtre
mo in Italia: ⁊ nunc gallia ipſa: ſiue pariſiē
ſe gymnaſiū (pace oīū dixerim) in theologia
ꝑncipatum tenet. Habuerunt nempe ſemꝑ
galli facundiam ſuam: magiſtroſcꝫ ſapientie
drydas: qui terre mundicꝫ magnitudinem:⁊
formam motus celi ⁊ ſyderū: ac quid dij ve
lint: ſcire profitentur. Quemadmodum a⸗
pud indos brachmani erant: ſic drydas apud
gallos vocitabantur: qui vite erant integer
rime. Sic ergo volunt aſtrologi ꝙ hec oīa
ex celorum ⁊ ſiderum influxibus proueniant
ſcilicet regio temperata: et viri probatiſſi⸗
mi:⁊ ſcientie ⁊ artes:⁊ omnia bonorum ge⸗
nera ab ipſis celorum aſpectibus: quia ſu⸗
perficies celi concaua liber eſt prime cauſe:
in quo omnia ſcribuntur que in mundo ſunt.
Si quis ergo in illam inſpicere ſciret ſuper⸗
ficiem: omnia illa ſciret: preterita preſentia:
⁊ futura. Volunt inſuper aſtrologi ꝙ nō mo
do temperate regionis influxus faciat ſapi⸗
entes ⁊ viros optimos: verum etiam ꝙ par
ticularis requiratur influxus in conceptione
⁊ natiuitate illius dum ⁊ concipitur ⁊ naſci⸗
tur. Similiter dicunt ꝙ ſi quis in tempera⸗
ta naſcatur ⁊ educatur regione in ſua nati⸗
uitate malum habens influxū: hic peſſimus
erit:⁊ ſic celeſtes valere volunt influxus ꝙ

Quattuor famata gymnaſia.

diuitias magiſtratus: amiciciā: bellum: victo
rias ⁊ rerum omnium proſperitatem celis ⁊
celorum influxibus attribuant. Hec ſunt que
aſtrologi ſuper his ſentiunt: tametſi aliquā⸗
do ſomnient:⁊ pueriliter a ſapientie verita⸗
tiſcꝫ ſemita turpiter exorbitēt. Quorum fa⸗
tue ⁊ inſulſe opinioni ex philoſophorum: ac
veritatis ſtudioſorum congregatione fauet
nemo. ¶ Opinio tertia eſt theologorum: et
maxime pariſienſiū: qui in concilio genera⸗
li pariſius celebrato (cuius determinationi
aut contradicere: aut infragari impune cui⸗
quam hominum minime licere affirmant)
determinauerunt vnam animam in natura⸗
libus eſſe perfectiorem alia. Et ſic anima
Moſi in naturalibus excellentior fuit ꝙ̄ a⸗
nima Pharaonis. ⁊ anima chriſti perfectior
ꝙ̄ anima Petri vel Johannis:⁊ anima Ca⸗
yn longe inferior ꝙ̄ anima fratris ſui Abel.
Et ſic datur animarum naturalis excellen⸗
tia ſiue perfectio: ita ꝙ vna anima differat
ab alia in naturali preſtantia. Ante hoc ta⸗
men concilium beatus Thomas Alexander
de ales ⁊ ceteri excellentiſſimi theologi ani⸗
mas in naturalibus nequaquam differre ſcri
pſerunt: ſed omnes animas in naturalibus
eſſe equales. Bonauentura tamen ⁊ alij com
plures ex theologorum familia animas in
naturalibus differre aſſeruerunt: ita ꝙ vna
nobilior ſit alia:⁊ ita noſtri tenent theologi:
⁊ firmiter tota confitetur eccleſia. Dicimus
ergo ꝙ temperata regio: influxus celeſtes ⁊
complexionis preſtantia: naturaliſcꝫ anima
rum excellentia: ſunt diſpoſitiones ⁊ apti⸗
tudines ad efficiendam artium ſcientiarum
⁊ virtutum perfectionem:⁊ ſic diſpoſitiue ⁊
non effectiue concurrunt ⁊ operantur. ⁊ hoc
pacto ⁊ non aliter intellexerunt veri philoſo
phi: ſed ex actibus frequentatis fit vnaque⸗
cꝫ perfectio. Id pluribus confirmatur ratio⸗
nibus. Quarum prima ex illa Ptolomei eli
citur auctoritate. Pius ſiue ſapiens domi⸗
nabitur aſtris. Nam influxus non in animā
ſed in corpus influunt ⁊ agunt. Similiter
complexio in corpore:⁊ non in anima: ſed ꝑ⸗
fectio virtutis in anima eſt. Secunda ratio
ſumitur ex primo ⁊ ſecundo ethicorum: vbi
Ariſtoteles dicit: ꝙ virtus non inſit nobis
a natura: ſed influxus ⁊ complexio ⁊ excellen
tia animarum a natura ſunt. Tertia ratio eſt
Nam omnes viri periti ac clariſſimi euaſe⸗
runt docti actibus ⁊ exercitijs. Et labori⸗
bus multis bonitatem et peritiam: ⁊ artes
ſibi acquiſierunt. Igitur tota moralis ⁊ ſciē
tie perfectio:⁊ artiū ꝑfectus ex frequētatis

Opinio tertia.



M.E.C.D. 2016

actibus ⁊ complentur et perficiuntur: quod
nullus vnq̄ ſapiens negauit. Quarta ratio
probat per experientiā. Non enī omnes exi-
ſtētes in regione temperata ſunt doctiſſimi
atq̄ optimi. Nā plurimos vidimus tam ex
italis ꝙ grecis aut hebreis bone complexio
nis: qui ignaui ſecordes ⁊ puerſi ac peſſimi
fuere. Alij ediuerſo tam ex peregrinis ꝙ ex
noſtris male cōplexionis: boni probi periti ⁊
clari extiterunt. Alia experientia eſt: quia ſi
cōplexio vl' influxus bonos ⁊ doctos faceret
effectiue ⁊ perfectiue: tūc nulla eſſet ſcientia
moralis: nulla peritie vel artiū doctrina: va
na eſſent tot librorū volumīa: nec magiſtros
nec diſcipulos eſſe oporteret. Quinta ratio
ſcribitur tertio ethicorū ꝙ nullus ſit bonus
nolens: ſimiliter malus: igitur bonitas ⁊ ma
licia in voluntate ⁊ non in cōplexione: quia
ſi ſecus eſſet tolleret liberū arbitriū: ⁊ abro-
garentur oīs leges: ⁊ auferret boni operis
premiū: ⁊ punitio peccatorū ⁊ malorum: nemo
laudandus aut vituperādus eſſet: nullus ma
lus condēnandus: q: nemo accuſandus aut
extollendus in eo in quod non pōt: cū virtus
⁊ vitiū voluntaria eſſe oporteat. Cōplexio et
influxus ⁊ excellentia naturalis aīarum non
cōſiſtunt in hoīs poteſtate: nec in voluntate
noſtra eſſe poſſunt: quia naturalia a natura ⁊
nō a voluntate fiunt. Nemo enī ſibi poteſt fa
cere naturalem excellentiā aīe: ⁊ influxū cele

Perfectio artium ⁊ ſciētie triplex

ſtem. ¶ Et vt iſta clarius eluceſcant vlteriꝰ
animaduertēdū: ꝙ perfectio artiū ſcientie ⁊
bonitatis prout ad institutū noſtrum attinet:
triplex cōſiderari poteſt. Prima dicit cōis: cū
quis peritus eſt ſm cōmunē curſum aliorum
hominū: prout oēs cōiter ſunt periti. cū quis
aſtrologorū peritus eſt ſm alios aſtrologos.
Secūda perfectio dicit eminēter excellens
ex eo ꝙ quis eſt peritus ſuper oēs homines
exiſtētes in ſua etate: non enī hic eſt peritus
ſm cōmunem curſum: ſed ſup alios: ⁊ om nes
excedens ſibi coeuos. Tertia perfectio dicit
eminentiſſima: cū quis non ſolum oēs ſibi cō
tēporaneos excedit: verū etiā quoſcūq̄ vtpu
ta ⁊ priores ⁊ poſteros. excedit eminentiſſi-
me ideſt ſatis ſuperq̄ ſatis. Et hi ſunt vtplu
rimū quibus ingēs eſt animus: ⁊ natura fer-
uens multis adiuta ſpiritibus: qualis in he-
ctore: in Achille: in Hercule ⁊ alijs q̄pluri-
mis: qui a noſtris ſemidei: a grecis vero he-
roes dicuntur. Hi ſunt forti atq̄ elato animo
viri: qui magna ſemp aggrediūtur: ⁊ quorum
vt ſplēdida facinora: ſic ⁊ enormes caſus au
diuntur: Mediocritatem fugientes aut pre-
claris facinoribus ſe illuſtrant: aut famoſis
ſceleribus ſe coinquināt. Fuit ex horū nume
ro Dauid: fuit Salomon. Pater ⁊ filius am-
bo modo religione: modo vicijs excellentes.
Et ex noſtris Paulus apoſtolus: qui ⁊ chriſti
eccleſiā molitus eſt deſtruere: ⁊ ad chriſtū cō-
uerſus: de carnis ſtimulo conqueritur: ⁊ cola
phizari ſe dicit a ſathana. Addam ⁊ beatiſſi-
mū patrē hieronymū: qui in vaſta ſolitudine
conſtitutus ſibi videbatur puellarū choris in
tereſſe. ⁊ vt ipſe inquit. frigeſcente corpore
ſola libidinū incēdia ebulliebant. Eſt in oīm
manibus liber cōfeſſionū Auguſtini: in quo
mulierū amore non tentatū ſolum: ſed ſupe-
ratum ſe ingenue fatetur. Erat in his natura
potens ⁊ terre fertili q̄ſimillima: que vna ea
demq̄ fecunditate niſi ab agricola prohibea
tur ⁊ malas ⁊ bonas paſſim ⁊ pmiſcue gignit
herbas. Manifeſtū id ⁊ in equis: qui eiſdem
viribus quibꝰ poſſunt velociter currere: agi
liter ſaltare: bellatorē ferre: poſſunt ⁊ dnm fe
rire: ⁊ ſeſſorē excutere: ⁊ obuios conculcare.
In doctrinis pari forma aliqui eminentiſſi-
me alios excedunt: ſicut Homerus Virgiliꝰ
Lucanus: Ouidius: Horatius: Iuuenalis:
exceſſerunt oēs ⁊ qui eos preceſſerunt ⁊ qui
ſubſecuti ſunt poetas. Similiter in arte me-
dica Hippocrates: Galenus Auicēna: Rak:
Auenzoar medicos ⁊ priores ⁊ poſteros an-
teceſſerunt. Item in philoſophia Socrates:
Plato: Ariſtoteles: Plotinus ⁊ Porphirius
omnes ⁊ antecedentes ⁊ ſequentes peritia ⁊
doctrina preterierunt. Non tamen intentio-
nis eſt hic loqui de perfectione quā deus di-
uinitus inſpirat: ⁊ quam ſpirituſſanctus illu
ſtrat: quia vt moralis phus: ⁊ non ſm ſuper-
naturalem illuminationē a deo inſpiratā hic
intendimus diffinire. Nam ⁊ ſine gratia gra
tum faciente poteſt quis ſuas artes ⁊ ſcien-
tiam ⁊ morales virtutes adipiſci: ſicut legi-
mus peritiſſimos artifices cōplures fuiſſe a
veri dei cultu alienos. Et philoſophos egre-
gios ⁊ inſignes ſine veri dei fide: cuiuſmodi
Socrates: Plato: Pythagoras: Solon: Ari
ſtoteles: Plotinus ⁊ Porphirius extiterunt.
Et integerrima bonitate morali alij complu
res illuſtres fuere: quales Brutus primus
rhomanorū conſul: Camillus vrbis rhomane
dictator: Scipiones: Catones euaſerūt. Et
in re militari ſtrenui inuēti ſūt Milchiades
Themiſtodes: Ariſtobolꝰ: Alcibiades: Her-
cules: Hector: Achilles. Rhomulus. Theſeꝰ
Alexander magnus: Hannibal: Pompeius:
Ceſar. Et ex gallorum ducibus Bregnus:
Belgius. Rolandus: ⁊ Gottbiferedus ⁊ alij
f. ancorum reges ⁊ duces q̄plurimi quos bre

M.E.C.D. 2016

uſtratis gratia: τ ne meos plus commendare
cuiq̃ videar ſilentio pretereo. Sic ergo iſta
triplex artiū τ ſcientiarū τ morū perfectio ac
quiri poteſt: τ poſſumus eā τ artificio τ acti-
bus frequentatis adipiſci. Si quis ergo pro
huius inquiſitiōis breuiori concluſione nos
interrogauerit: quonā pacto ſiue quorūis ho
mines efficiant illuſtres atq̃ preſtantes mo
rumq̃ ꝓbitate integerrimi. Reſpōdebimus
ad id quinq̃ vniuerſaliter requiri. Primum
eſt ars: ſcđm imitatio: tertiū exercitatio ſiue
frequentatio: quartū partiū diſpoſitio: quin-
tum vſus a teneris annis. His eñ quinq̃ re
bus poterit vnuſquiſq̃ ſibi adipiſci hanc tri
plicē de qua paulo ante diximus perfectio-
nem. Sed de his hactenus: Nunc alia que
ſuperſunt proſequamur.

¶ De fabrica imaginū aſtronomicarū: τ ad
quid valeant ſm catholicos. Cap. x.

AStrologie vltima pars
de aſtronomicarū imaginū
fabrica eſt: inq̃tum ſub cer
tis conſtellationibus ſculpū
tur aut fundunt: vt ad fugā
dū nociua: vel ad alliciēdū
τ ꝓcādū vtilia τ cōcupita: Que magis ſup
ſtitioſa q̃ vera a doctis eſſe creduntur: quod
facillime probari poteſt. Nam influxus aut
in re iſta recipitur inq̃tum artificiale quod-
dam eſt, aut inq̃tum naturalem materiā ha-
bet. Non ſcđm quia a principijs generatio-
nis res illa influxum recepit. Nec primum
q̃m res artificialis non eſt niſi per artificialē
formā que figura eſt: ſed iſta tota eſt in toto:
non autem tota in parte: aut pars in parte:
igitur in vna parte figure: ſiue ex ligno lapi-
de aliaue materia componatur non erit vllo
pacto: nec ſm ſe: nec ſm aliquid ſui forma ar
tificiati: igitur nec influentiam recipere po-
terit. Effectus igitur intētos multotiens ad
talium imaginum multiplicationem ſecutos
fuiſſe: experiētia multos edocuit: ſed heu mi
ſerabiliter decepit. Non eñ hec fiūt imagi-
nis forma a cōſtellationibus recepta: ſed ope
ratione demonum: vt manifeſte teſtatur A-
uerrois aduerſus Algazelem ſcribēs: huiuſ-
cemodi imagines prorſus inefficaces aſſerit
Reprobatio fabricarū imaginum
Nam artificialia inq̃tum huiuſmodi nec ce
leſtem influxum recipient: nec alicuius ope
rationis naturalis per ſe cauſa ſunt: ſicut pa
tet ex naturalib⁹: τ quantitas de genere acti
uorum non eſt. Imago igitur ex quacūq̃ ma
teria fabricata ſub quibuſuis conſtellationi-
bus nihil amplius de virtute celeſti accipit:
q̃ maſſa non effigiata ex qua imago fit: nec
omnia que inſcribuntur virtutem aliquā ha
bent. Omnia igitur que per imagines fiunt
operatione demonum fiunt: vt manifeſtiſſi-
me teſtatur beatus Thomas de aquino con-
tra gentiles libro. iij. cap. c. iij. τ ſcđa ſcđe. q.
xcvij. art. ij. in ſolutione. ij. arg. τ in libro de
occultis operibus nature. Qz imagines ſepe
liantur in medio loci in quo earum operatio
expectatur: naturali repugnat actioni: quia
actiua τ paſſiua applicata fortius agunt τ pa
tiuntur. Uanitatem etiam maiorem indicāt
cerimonie relique: que in illis obſeruantur:
vt cum ſiniſtra manu quedam ſupine ſepe-
liantur: alie ſurſū erectis pedibus capite de
flectuntur. que oīa ſigna magis ſunt occulti
pacti cum demonibus initi ab his qui talib⁹
vtuntur: q̃ cauſe ad effectum naturaliter cō-
currentes: ſicut in imaginibus nicromāticis
angelorum aut potius demoniorū inſcriptio
τ aliorum nominum τ characterum ignoto-
rum. Inſuper ſuffumigationum: inuocantiū
quoq̃ vſus ſigna ſunt manifeſti pacti cū de
monib⁹. In hoc differre dicūt auctores theo
logi τ precipue diuus Thomas ſcđa ſcđe. q.
xcvi. articulo ſcđo. imagines aſtronomicas a
necromanticis. in vtriſq̃ autem tempora ob
ſeruantur τ conſtellationes certe. Heu q̃ta
impietas ſub vmbra aſtrologie latitat. Mi-
ſereor ſecte huius miſerrime: que ſui neſcit
miſereri. Et dum alijs ſalutem τ bona euen-
tura preſagire fruſtra laborat: ipſa elephan-
tino morbo rabeſcens: cācrum quoq̃ vſq̃ ad
anime ſue interiora ſerpere ſinit. Sed cōtra Cōtra reprobatōes
ea que dicta ſunt ait Ptolomeus in centilo-
quio: Rerum inferiorum effigies vultibus
celeſtibus eſſe ſubiectas. Antiquoſq̃ ſapien
tes ſolitos certas tunc imagines fabricare:
quando planete ſimiles in celo facies: quaſi
exemplaria inferiorum ingrediebantur. Qđ
quidem Haly comprobat ibi dicens: vtilem
ſerpentis imaginem effici poſſe: quādo luna
ſerpentem celeſtē ſubit: aut feliciter aſpicit
Similiter ſcorpionis effigiē efficacē quādo
ſcorpij ſignum luna ingreditur: ac ſignū hoc
tenet angulum ex quattuor vnum. Quod in
egypto ſuis temporibus factum ait: ſeq̃ in-
terfuiſſe: vbi ex ſigillo ſcorpionis in lapide
bezahar ita imprimebatur tauri figura: daba
turq̃ in potum ei quem ſcorpius ipſe pu-
pugerat: ac ſubito curabatur. Quod quidem
vtiliter effici Hahamed phiſicus affirmat:
confirmante Serapione. Et alia multa ab
aſtrologis narrant: que ficinus noſter in ſuo



M.E.C.D. 2016

libello de vita celitus cõparãda cap̃.xiij.af-
firmare videtur. Sed dicendũ eſt Marſiliũ
ipſum imagines nõ tam approbare ꝙ̃ narra
re. Auſculta quid in prohemio eiuſdem ad
lectorez ſcribat. Si nõ probas (inquit) ima-
gines aſtronomicas alioquin pro valitudine
mortaliũ adinuẽtas: quas ⁊ ego nõ tam pro-
bo ꝙ̃ narro. has vtiqꝫ me concedẽte: ac etiã
ſi vis cõſulente dimittito. Medicinas ſaltẽ
celeſti quodaz adminiculo confirmatas: niſi
forte vitã neglexeris: ne negligitote. Ego eñ
frequenti iamdiu experiẽtia cõpertũ habeo
tantum intereſſe inter medicinas huiuſmodi
atqꝫ alias abſqꝫ delectu aſtrologico factas:
ꝙ̃tum inter merũ ⁊ aquam. Hec marſilius.
Uide qualiter ipſe Marſilius vt ambiguus
loquatur. Dicere tamen poſſumus Marſiliũ
eo in libello non ſm̃ propriã opinionẽ: ſed ip
ſius Plotini locutũ fuiſſe. Unde ibidem pau
lo poſt ait. Deinceps igitur cum Plotino lo-
quamur: ita demũ tibi diligentius cõſulturi.
Et in eiuſdẽ calce ꝓlogi inquit. In oĩbus q̃
hic ⁊ alibi a me tractãtur: tantũ aſſertuz eſſe
volo: ꝙ̃tum ab eccleſia cõprobatur. Uide igi
tur quonã pacto dubitatiue et non aſſertiue
de huiuſcemodi imaginibus loquatur Fici-
nus. Et queadmodũ abbas Joachim cõtra
Petrum lombardum de trinitate loquẽs: di-
cebat ipſum Petrũ potius quaternitatez ꝙ̃
trinitatẽ poſuiſſe. Sicqꝫ Marſilius imagi-
nes aſtronomicas poti⁹ enarrat ꝙ̃ affirmet
id quidem libellus ille quem contra aſtrolo-
gorum iudicia edidit luculentiſſime oſtẽdit.

¶ De aſtronomicis iudicijs: ⁊ qui-
bus fides habenda ſit. Cap̃.xi.

TRia euentuum futurorũ
genera expedit diſtinguere.
Nam quedam ſunt futura: q̃
habent cauſam determinatã
⁊ infallibilez: vt ſunt aliqua
que attenduntur circa motũ
celeſtiũ corporum in quibus eſt determina-
tio: et omnis impedimenti remotio: ſicut cõ-
iunctiones planetarum ⁊ eclypſes ⁊ ſimilia.
Et de his nõ ẽ theologica ꝓphetia: ſed certa
⁊ euidens aſtronomica ſciẽtia. Quedã vero
ſunt que habent cauſam determinatam: ſed
tamen fallibilem: ſicut illa que ſunt ſm̃ infe
riorem naturam: que ideo habet cauſam de-
terminatã: quia intẽtio nature mouet deter-
minate ad vnum. Et ideo fallibilẽ quia mul-
tiplex poteſt occurrere impedimentum: vt ſi
ager ſit debite ſeminatus. ⁊ terra bona ⁊ be
ne diſpoſita: ⁊ conueniens diſpoſitio celeſtiũ
corporum affert bonum fructum. Et iſta põt
aſtronomus aliquo modo ſcire: nõ tamen ita
certitudinaliter ſicut predicta. Unde ſi de
huiuſmodi futuris euentibus eſſent alique
diuine prophetie: eis quodãmodo adaptari
poſſent aſtronomicorum iudiciorum conie-
cture. ſicut exemplum poteſt poni de prophe Gen.
tia Joſeph ſuper futura ſterilitate. Alia ve- xli.
ro ſunt que habent cauſam indeterminatam
⁊ fallibilem: ſicut ſunt ea que procedunt libe
re ex voluntate humana: que indeterminata
eſt: quia eſt ad oppoſita. ⁊ eſt fallibilis: quia
etiam ei volenti aliquid perficere: multa oc-
currere poſſunt impedimenta. Et ideo talia
non poſſunt certitudinaliter ſciri aſtronomi-
ca ſeu alia ſcientia humana: ſed ſolum reue-
latione diuina. Unde ſi de talibus ſint alique
theologice prophetie: non poſſunt eis aptari
aſtronomica iudicia aliquomodo certitudina
liter ſed quodãmodo exili cõiectura. Inꝙ̃tũ
(vt dictum eſt) conſtellatio aliqualiter diſpo
nit et inclinat humanam voluntatẽ: cui ma-
xime obediunt homines brutales: qui malis
inclinationibus non reſiſtunt per virtutes.
Predictis autem tribus generibus futuro-
rum euentuum que fiunt ſm̃ curſum nature:
poteſt addi quartum genus eorum que eue-
niunt miraculoſe a ſola virtute diuina: que li
cet habeant cauſam determinatam ⁊ infalli-
bilem videlicet diuinam voluntatem: tamẽ
quia illa eſt nobis penitus ignota: niſi per di
uinam reuelationẽ: ideo prophetijs que ſunt
de talibus futuris aſtronomicas conſidera-
tiones adaptare eſt omnino vane ſuperſtitio
ſe vanitatis: cum talia excedant vim nature
et naturalis rationis.

¶ Finis huius de vita
celitus comparanda.

M.E.C.D. 2016

## ¶ Domini Simphoriani champerij de vita ſupercœleſti Liber incipit.

### ¶ De campis Elyſijs: ⁊ celeſtis paradiſi beatitudine: ⁊ quid de illis ſentiāt philoſophi ⁊ precipue diuinus noſter Plato Capitulum primum.

DE paradiſi gau
dijs temere ꝗcꝙ̄
aut dicere aut aſ
ſerere non auſim
Nam ſic vt ſcri-
bitur Eſaie cap.
lxiiij. ⁊. j. ad Co-
rinth. ij) nec ocu-
lus vidit: nec au-
ris audiuit: nec ī
cor hominis aſcendit q̄ preparauit deus dili
gētibus ſe. quid ego pauper ingenio tētabo
verbis exprimere: qḋ in cogitationē nequit
aſcendere? Dicā tn̄ referāq; quid noſtri philo
ſophi de cāpis elyſijs: ⁊ celeſtis paradiſi bea
titudine ſentiant. Ariſtocles enī q̄ ab ampla
fronte: ⁊ pectoris latitudine: oratiōiſq; vber
tate Plato dictus eſt: in Phedone ſimilitudi
nē ⁊ analogiā celeſtis terre ſic videt̄ ad litte
ram dixiſſe. Si fabulā quoq; narrare oportet
perpulchrā: operepreciū Simmia eſt audire
quales ſint he terrarū plage: que ſubiacent
celo: immo vero libentiſſime hanc fabulam
audiamus. Ferunt igitur o amice primū qui
dem tale videri terre illius faciem ſi quis ſu
perne deſpiciat: quales ſunt he pile que ex co
rijs duodecim contexte ſunt: varijs ſcz diſtin
ctā coloribus. Quorum hi noſtri colores: qui
bus pictores vtuntur: ſimilitudinem quādaʒ
retinent. Illic vero vniuerſam terram ex ta-
libus: multoq; etiaʒ nitidioribus: ac puriori-
bus eſſe. Partim quidem purpuream mira
pulchritudine preditam: partim vero colo-
ris aurei: partim gipſo ⁊ niue candidiorem:
Preterea ex coloribus alijs ſimiliter exorna
tam: ac etiam pluribus pulchrioribuſq; ꝙ̄ in
noſtram noticiam peruenerint. Enīuero has
ipſas ipſius concauitates aqua aereq; reple-
tas ſpeciem quandam coloris ſplendidam in
primis afferre inter ceteroꝝ coloꝝ varietatē:
vt vna quedam ſpecies eius varia ſemper
appareat. In huiuſmodi vero terra cōueniē
ti ratiōe ſimiles naſci arbores ⁊ flores ⁊ fru-
ctus. Preterea ⁊ montes ⁊ lapides ibidem
ſimili ratione habere perfectionem atq; per
ſpicuitatem coloreſq; admodum pulchriores.
Quorum quidem particule quedam ſint la-
pilli qui apud nos habentur in precio: ſardia
iaſpides: ſmaragdi: ceteriq; eiuſmodi. Illic
vero nihil eſſe quod non tale ſit: aut etiam
pulchrius. Cuius quidem rei cauſa ſit: quo
niam lapides illi puri ſunt: neq; quemadmo-
dum noſtri a putredine ſalſugineq; attriti
atq; corrupti: quibus in hunc locum confluē-
tibus lapides ⁊ tellus animaliaq; et plante
inficiuntur atq; egrotare coguntur. Terram
vero ipſam his omnibus exornari: atq; auro
etiam ⁊ argento ceteriſq; ſimilibus. Preful
gētia quidem hec ibi naſci ⁊ multa ⁊ magna
perq; omnem terram: vt eam videre ſpecta
torum felicium ſit ſpectaculum. Proinde ibi
eſſe animalia multa ⁊ homines: partim regi-
onem mediterraneam incolentes: partim
circa aerem quemadmoduʒ nos circa maris
littora: partim etiam inſulas que haud pro-
cul a continenti poſite aere circund: nt̄. Sed
vt ſummatim dicam: quot nobis aqua eſt: et
mare ad vſum noſtrum: illic idem eſſe aerē:
quod vero nobis aer: id illis etherem eſſe.
Tempora vero apud illos tantam habere tē
periem: vt illi ⁊ ſine morbo continue ⁊ longe
diutius ꝙ̄ noſtri viuant. Item viſu: auditu:
prudentia ceteriſq; talibus modis tantum
preſtare: quātum ⁊ aer aque: ⁊ ether aeri pu-
ritate preſtat. Preterea ⁊ illic eſſe deorum
templa ⁊ lucos in quibus reuera dij familia-
riter habitent: ⁊ reſponſa ⁊ diuinationes deo
rumq; ſenſus: familiaritateſq; eiuſmodi ho-
minibus ad deos eſſe. Solem quoq; ⁊ lunā
ſtellaſq; alias quales reuera ſunt apud eos
videri: ceteris in rebus beatitudinem eos
his rebus congruam poſſidere. Hec Plato.
Et alibi in phedone ait. Qui puram mode-
ratamq; tranſegerit vitam deos ſocios du-
ceſq; nactus ibi habitat vbi vnicuiq; conue
nit. Et poſtea in eodem. Qui autem pie pre
ceteris vixiſſe inueniūtur: hi ſunt qui ex his
terrenis locis tanꝙ̄ e carcere ſoluti atq; li-
berati ad altiora traſcendunt: puramq; ſu-
pra terram habitant regionem. Interea au-
tem quicunq; ſatis per philoſophiam pur-
gati ſunt: abſq; corporibus omnino totum
per tempus viuunt: habitationeſq; his etiā
pulchriores nanciſcuntur. Quarum pulchri-
tudo neq; facilis dictu eſt: neq; preſens tem
pus ad dicendum ſufficeret. Sed horuʒ que
narrata ſunt gratia o Simmia omni ſtudio
eſt annitendum vt in hac vita virtutē ⁊ pru-
dentiā ſapiētiāq; cōſequamur. Premiū nāq;
pulchrum eſt: et ſpes eſt ingens. Hec igitur

Plato de campis elyſijs ſiue patria celeſti

Idem



M.E.C.D. 2016

eo ſe pacto prorſus habere quo ego diſpoſui nõ decet viruꝫ ſane mentis aſſerere: eſſe tamen vel hec vel talia quedam circa animos noſtros eorumqꝫ habitationes quandoquidẽ anim⁹ ipſe ĩmortalis apparet: ⁊ decere mihi videtur ⁊ dignum quaſi periclitantes ita exiſtimare: honeſtum eñ periculum eſt: hec plato.

Matthei. v

Verum qm̃ in repromiſſionibus ſcripture ſolis pijs terraꝫ quãdam reſeruari fertur ſm illud. Mites aũt hereditabunt terram. hec vero celeſtis eſt: quã propheta ex precioſis lapidibus allegorice conſtare ſignificat dicens

Eſaie liiij. ſꝫ aliam litterã

Ecce preparabo ego tibi carbonem lapideuꝫ ⁊ ponam pinnacula tibi ex iaſpide: ⁊ fundamenta ex ſapphyro: ⁊ circuitum ex lapidibus electis. Conſidera quomodo noſter Plato ſimilia in libro de anima quem Phedonem ſuperius nominauimus ex perſona Socratis ſcribit. Glauci artificium inquit nõ poſſe exponere quecunqꝫ ibi ſunt. Ego aũt etiam ſi poſſem o Simmia: vita tamẽ mihi nõ ſufficit: nihil tamen prohibet formam illius terre vt mihi quod videtur breuiter explicare ſatis hoc eſt. Simmias inquit. Credo igitur Socrates addidit quoniaꝫ eſt in medio celo rotundo nihil ſibi opus eſſe ne cadat: nec aere: nec vlla re alia. Deinde maximã rem quãdam eſſe: nec huic ſimilem: in qua tanquã in ſterquilinio formicas: aut in palude ranas hoĩes video habitare. Et poſt pauca. Ipſam vero terram mundam in celo mundo vbi ſtelle ſunt poſitam eſſe credo. Et ꝓgreſſus. Si natura inquit humana illa poſſet ſuperiora ꝑſpicere: cognoſceret ibi eſſe verum celuꝫ: veram lucem: ⁊ veram terram. hec eñ terra: et iſti lapides: ⁊ omnia que hic ſunt corrupta exeſaqꝫ ſunt: quẽadmodum ea que ꝓpe mare ſunt a ſalſedine maris. hec Plato.

¶ De bonorum felicitate: ⁊ maloꝝ infelicitate ⁊ miſerijs ſm Pla. Cap. ij.

Plato libro quarto de republica ſcribit quẽdam pamphiliꝫ inter eos qui in acie ceciderant decem diebus iacuiſſe: biduoqꝫ poſtquã inde ſublatus eſſet: ĩpoſitum rogo reuixiſſe ac mira quedam tẽpore mortis viſa narraſſe. Sic enim in littera ſub perſona Socratis ſcribit. Equidem tibi nõ alcini apologium: ſed preſtantiſſimi viri heri harmenij genere Pamphilij reſerabo. Qui cũ occubuiſſet in prelio ſublatꝭ alijs decimo die cadaueribus iam corruptis: integer quidem incorrupto corpore repertus fuit: demumqꝫ delatus ꝓ officio ſepulture. Vbi duodecima a morte die: dum pyra eſſet impoſitus reſurrexit: ⁊ que interiꝫ viderat retulit. Inquit ergo poſtꝙ eius anima fuiſſet a corpore ſeparata vna cum pluribus quẽdam in locum demonium perueniſſe: in quo terre duos proximos vidit hiatus: duoſqꝫ alios e cõſpectu ſuperne in celi regione conſpexit. Inter hiat⁹ vero huiuſmodi ſedentes iudices: qui poſtꝙ animos iudicauerunt: iuſtos quidem ad dexteram ſuperne ꝑ celum aſcendere iubent in anteriori eorum parte ſigna eorum que iudicauerint ſuſpendentes. Iniuſtos cõtra ad ſiniſtram inferius omnium que fecerant in vita poſt tergum ſigna ferentes. Cum vero ad iudices ipſe quoqꝫ acceſſiſſet: illos aſſeruit reſpõdiſſe: fore eum hominibus nunciuꝫ de his que illic videat oportere. Iuſſiſſeqꝫ illum audire ⁊ intueri quecunqꝫ eis in locis fierent diligẽter. Viderat igitur illic ꝑ vtrãqꝫ celi terreqꝫ portam animas lata ſententia abeuntes: per alias iteꝫ duas ex terra quidẽ aſcendentes animas: puluere: ſqualore: macieqꝫ confectas. E celo autem alias nitidas deſcendentes: vidériqꝫ inquit animas vndiqꝫ venientes tanꝙ longa itineratione defatigatas libenter in prato quod ibi eſt tanꝙ celebri in cõuentu recumbere ac ſe inuicẽ quecunqꝫ mutuam noticiam habuerint ſalutare: eaſqꝫ omnes tam que ex terra ꝙ que e celo conuenerint ſeſe vltro citroqꝫ de his que ſuis in locis viderint percontari: ſibiqꝫ viciſſim ad ſingula reſpondere: has quidem dolentes ac flentes memoria maloꝝ que in preterito ſub terris itinere ⁊ perpeſſe ſunt ⁊ viderunt. Eſſe aũt illud mille iter annorum Illas vᵒ que de celo deſcenderãt: narrare delicias: pulchritudiniſqꝫ ingentis ſpectacula. Multa quidẽ illa referre ꝙ longo ordine recitabat ꝓlixe nimiũ narratiõis o glauco. Sũmã vᵒ hanc eſſe dixit. Quoſcũqꝫ alijs iniurias intuliſſe cõſtaret: penas ſigillatim ꝓ quolibet decies reddidiſſe. hoc vero ꝑ quodlibet annoꝝ centenariũ eſſe: quaſi hec vite humane ſit meta: vt aĩe decuplaꝫ iniurie redderẽt penſionem. Itaqꝫ ſi qui cedis multoꝝ cã fuerint: ciuitateſqꝫ ⁊ exercitus ꝓdiderint: vl̕ homines in ſeruitutẽ impegerint: alicuius alterius flagicij ⁊ ſceleris cõſcij fuerint. In his oĩbus pro quolibet facinore penas decuplas penderẽt. Atqꝫ iterũ ſi quĩ beneficia fuerint aliqua elargiti: iuſticiãqꝫ ⁊ pietatẽ coluerint eadem penſione premia reportauerit. De his vero ꝙ ſtatim ac nati ſunt deceſſere: aut bre-

M.E.C.D. 2016

ne tempus vixerunt: quedam parum digna
memoria recenſebat. Erga deos aūt ⁊ paren
tes pios vel impios ⁊ homicidas q̄ cede ma
nus ꝓprias polluerunt: maioribus ⁊ premijs
⁊ penis affectos eſſe narrabat. Inquit eñ ſe
interfuiſſe: vbi alium interrogauit quiſpiam
vbinam Ardieus magnus eſſet? Hic aūt in
quadam pāphilie ciuitate tyrānus fuerat: an
nis iam mille tp̄e ex illo peractis. Qui ſenē
patrem ⁊ maiorez natu fratrē occiderat: alia⸗
qꝫ plura impia ſcelera ꝑpetrauerat. Interro
gatumqꝫ illum aſſeruit reſpondiſſe. Non ve⸗
nit Ardieus: neqꝫ veniet. O dirum ſpectacu
lum. Dum enim egreſſuri hiatum petere⸗
mus: cetera omnia perpeſſi: illum ꝓ primus vi
dimus: alioſqꝫ cum eo oēs ferme tyrannos:
inter quos ⁊ priuatos nōnullos qui magna
ſcelera ꝑpetrauerant: quos aſcenſuros ſe ꝓ⸗
pe modum cōfidentes hiatus ille minime ꝑ⸗
mittebat: ſed horride mugiebat quotiens ali
quis eorū qui vel inſanabiles eſſent: vl' non
dum purgati egredi niteretur. Aderant igiť
illic feroces quidam viri aſpectu ignei: qui
cum mugitū ſubito ꝑpendiſſent: hos ſeorſuz
rapiebant. Ardieum ſcꝫ eiuſqꝫ ꝑſimiles: ma⸗
nibuſqꝫ ⁊ pedibus ⁊ ceruice deuinctis: ꝓſter
nebant eos excarnificabantqꝫ. ⁊ ſecus viam
quādam ad exteriorē partē raptatos: tribuliſ
lacerabant: p̄tereuntibꝰ indicantes quam illi
ob cauſam talia paterenť quoue ꝓijciendi in
tartarum deferrenť: vbi cum multa variaqꝫ
eos terrerent: hic pauor vehemētiſſime ve⸗
xabat: cum in aſcenſu mugitus excitabatur:
quo ſilente quiſqꝫ libētiſſime aſcendere vide
batur: ac penas quidē ⁊ ſupplicia huiuſmodi
recēſebat: atqꝫ viceuerſa eiuſcemodi benefi⸗
cia. Cum vero anime ille in ſuꝑioribus com
memorate in prato dies ſeptez requieuerint
oportere eas dicebat octauo ſurgentes die il
linc recedere: ⁊ quarto demū die ad locuz ali
quem ꝑuenire. Unde ſuperne ꝑ totum celuz
atqꝫ terram extēſum videať lumen tanq̄ co
lumna erectū iris ſimillimum: clarius tamē
ac purius in id diurno itinere ꝓceſſiſſe: vidiſ
ſeqꝫ ibi in medio lumine extrema celeſtiuz li
gaminuz ex celo extēſa. Eſſe eñ lumē iſtud
celi vinculū: quēadmodum triremium ſub⸗
cincture. Atqꝫ ita circūferentiam omnē eſſe
contētam. Ex apicibus vero ſuſpenſum ne⸗
ceſſitatis dee fuſum. ꝑ quem oēs circuitus ꝑ
agantur: cuius haſta quidē ⁊ cuſpis ex ada⸗
mante. Uertigium vero ex hoc alijſqꝫ gene⸗
ribus mixtuz: cuius natura huiuſmodi ſit ſm
figuram quidem qualis apud nos cernitur.
Animaduertēdū tamē ex illius ſermone per

inde ſe habere: ac ſi in vno quodam amplo
concauoqꝫ vertigio ⁊ per totum ſculpto mi
nus aliud ſimileqꝫ inſertum iaceat: ita com⸗
gruens vt plerūqꝫ cadi qui inuicem inſerunť
atqꝫ ita tertium ⁊ quartum: ⁊ alia quattuor:
octo eñ illic vertigia eſſe inſertos inuicē cir
culos labia ſuꝑne oſtendentia: dorſum vero
vnius vertigij cōtinuum circa haſtam effici⸗
entia. Haſtam vero illam ꝑ medium octauū
perqꝫ totum eſſe trāſiectam. Primum igitur
extimumqꝫ vertigium labij circulum habere
latiſſimum. Sexti aūt ſcd̄m. Tertiū quarti.
Quartum octaui. Quintum ſeptimi. Quin⸗
ti ſextum. Tertij ſeptimum. Octauum vero
ſcd̄i. Primi item atqꝫ maximi circulum variū
eſſe. Septimi luciſſimum. Octaui aūt ver
tigij circulum colorē a ſeptimo irradiante ſu
ſcipere. Secundi vero ac quinti ſiles inuicē
illis aliquātulo flauiores. Tertium ſane colo
rem candidiſſimum poſſidere. Quartum ſub
rubeum. Scd̄m vero ſexto albedine ſupera⸗
re. Ac fuſum quidē totum volutione ſibi cir⸗
cunferri. Cum vero totum voluať: ſeptē in⸗
teriores circulos motu totius contrario tar⸗
dius circūuerti. Ex his plane octauum motu
rapidiſſimo agitari. Secundos vero alteruz
alteri conſequēter. Septimum ſextū ⁊ quin
tum. Tali vero tertiū motu ferri: vt quartuz
circūuoluere videať. Quartum aūt tertium
⁊ quintum ſcd̄m. Fuſum vero in neceſſitatis
genibus circūuerti. Superne preterea cuili⸗
bet circulo herere ſyrenem cū globo vna de⸗
latam: vocem vnaz: tonum vnum: videlicet
emittentem. Unam tñ harmoniam ex oībus
octo concinere. Alias autē tres neceſſitatis
filias equali inuicem interuallo in throno ſe
dere: parcas veſtibus albis: capite corona⸗
to: lacheſim: clothon: atropon: que ad ſyrenē
harmoniam canant. lacheſis quidem preteri
ta: preſentia clotho: atropos vero futura.
Et clothon quidem cum matre ſimul inter⸗
miſſione quadam temporis: dextra manu tā
gentem fuſi extimam circumferentiam ver⸗
tere. Atropon vero ſiniſtra: iterum interio⸗
res ſimiliter. Lacheſim deniqꝫ viciſſim vtra
qꝫ manu vtrinqꝫ tangere. Illuc animas er⸗
go cum venerint ſtatim oportere ad lache⸗
ſim accedere: vbi ilico propheta aliquis pri⸗
mum ſingulas diſponit in ordinem. Poſtea
cū ex genibus lacheſis ſortes ⁊ vitarum ex⸗
empla ſuſceperit: aliquod ſublime tribunal
aſcendens ſic fatur. Neceſſitatis filie ipſius
virginis lacheſis preconium hoc. O anime
diurne: circuitus alterius initium: mortalis
ac mortiferi generis: non vos demon ſortie

M.E.C.D. 2016

tur: ſed vos demonem potius eligetis. Qui
vero prior ſortem ceperit: prior eligat vitaꝫ
cui neceſſario inherebit. Virtus autem in-
uiolabilis ac libera: quam prout honorabit
q̄s: aut negliget ita plus aut minus ex ea de
niqꝫ poſſidebit. Eligētis quidē culpa eſt oīs
deus autem extra culpam. Hec fatus ſortes
ſuper omnes fundit: ex quibus quilibet eam
rapit: que ſuper ipſum ceciderit. Neqꝫ licet
cuipiam quotus ordine ſit agnoſcere: niſi cū
ceperit. Tunc enim duntaxat quotus ſit ſor-
titus intelligit. Poſt hec item exempla vita
rum coram ipſis in pauimento diſponit mul
to plura ꝙ̄ que hic ad preſens apparēt. Eſſe
vero hominum atqꝫ omnium animalium vi-
tas omniformes aſſeruit. Tyrannides enim
in illis extare: partim perpetuas: partim ad
tempus: que medio in ſpacio corruāt: in pau
pertatem delapſe exilium ⁊ inopiam. Extare
⁊ preclarorum virorum vitas partim ſpe-
cie decore: viribus: certaminibuſqꝫ preſtan-
tium: partim maiorum generoſitate nobiliꝫ
Ignobiliumqꝫ rurſus virorum vitas ſimili-
ter. Et mulierum eodem modo. Anime ve-
ro ordinem ⁊ conditionem non ineſſe: eo ꝙ
neceſſe ſit vt aliam vitam eligens conditio-
nis alterius efficiatur. Cetera vero inuicem
partim diuitijs ⁊ paupertatibus eſſe commi-
xta: partim morbis vel ſanitate: partim iſto
rum medium obtinere. Ubi profecto o glau
co omne hominis conſiſtit periculum. Quā
obrem omni ſtudio danda opera eſt vt quiſ-
qꝫ noſtrum omiſſis ceteris diſciplinis: hanc
querat: aſſequaturqꝫ pro viribus diſciplinaꝫ
per quam ⁊ poſſit et ſciat vitam bonam a
mala diſcernere: ⁊ quoad fieri poteſt ex om-
nibus eligere meliorem. Animaduertens
que nunc diximus omnia: quid coniuncta in
uicem vel diſiuncta ad virtutem vite con-
ducant. Necnon intelligat quid pulchritudo
cum paupertate vel diuitijs iuncta: ⁊ quali
cum habitu anime malum operatur vel bo-
num. Quidue nobilitas vel ignobilitas: vi-
ta priuata ⁊ imperium: robur ⁊ imbecillitas:
velox ingenium ⁊ tardum: ceteraqꝫ huiuſ-
modi que natura circa animam ſunt: et que
acquirūtur inuicem copulata faciunt. Ut ex
his omnibus ſingulorum natura valeat con
ſiderare ad anime naturam reſpiciens me-
liorem vitam a deteriori decernere. deterio-
rem eam appellans que iniuſtiorem animaꝫ
efficit. Potiorem autem que iuſtiorem. Re-
liqua vero contemnat. Vidimus enim ⁊ vi-
uenti ⁊ mortuo electionem hanc optimam
eſſe. Cum hac igitur opinione inſtar ada-
mantis firma atqꝫ rata oportet ad īferos ꝓ
ficiſci: ne quis illic diuitias malaqꝫ huiuſmo
di admiretur: neue in tyrannides alias hu-
iuſmodi actiones incidens multa ⁊ inſanabi
lia ſcelera perpetret: ipſeqꝫ rurſus deterio-
ra perpetiatur. Immo vero ſciat mediam
ſemper iſtorum omnium miſſis extremis vi
tam eligere: ⁊ in hac vita ⁊ in futura: ita enī
quiſqꝫ fit beatiſſimus. Quoniam vero qui
tunc redijt illinc nuncius: ſignificauit dixiſſe
prophetam: quod etiam vltimo cum pruden
tia eligenti vita occurrit expetenda: non ma
la ſtudioſe viuenti: ne vel primus eligat ne-
gligenter: vel nouiſſimus propter hoc dole-
at atqꝫ torpeat. Cum hec dixiſſet illum qui
primo ſortem acceperat inquit ilico prope-
rantem tyrannidem maximam elegiſſe: ac ꝓ
pter inſcitiam auiditatemqꝫ haud ſufficien-
ter ſingula prius examinaſſe: ⁊ idcirco latuiſ
ſe illum quod ea in vita fato decretum erat
vt filios ſuos ederet: aliaqꝫ mala plurima ſu
ſtineret. Poſtquam vero per ocium electam
vitam conſideraſſet: eiulaſſe illum electio-
nem noxiam deplorantem: neqꝫ ſeruantem
que propheta predixerat: neqꝫ ſeipſum tan-
quam malorum cauſam criminantem: ſꝫ for-
tunam demoneſqꝫ ⁊ reliqua omnia potius ꝙ̄
ſeipſum. fuiſſe vero illum ex his qui de celo
deſcenderant: qui ſane in ſuperiori vita in ci
uitate aliqua moderata vixerat: virtutemqꝫ
vſu quodam abſqꝫ philoſophie ſtudijs exer-
cuerat. Neqꝫ pauciores ex his qui ex alto ca
dunt ꝙ̄ ex alijs: vtpote malorum ignaros de
cipi eligendo. Eorum vero qui ex terra ve-
nerunt plurimos: quia ⁊ ipſi calamitatibus
laborauerint: et laborantes alios viderint:
haud temere vitam eligere: quam ob cauſaꝫ
ac etiam propter ſortis fortunam bonorum:
malorumqꝫ multis animis mutationem con-
tingere. Porro ſi quis ſemper cum in hanc
vitam venerit: ſincere philoſophetur: neqꝫ
electionis ſors vltima ſibi contingat: ex his
que illinc nunciantur apparet eum non hic
ſolum felicem fore: ſed ⁊ profectionem hinc
illuc: regreſſionemqꝫ huc iterum haud ſane
terrenam ⁊ aſperam agere: ſed leuem atqꝫ ce
leſtem. Hoc quoqꝫ conſideratione dignum
ſpectaculum eſſe dicebat: quomodo ſingule
anime vitas ſingulas eligebant. Miſerabi-
le quippe iſtud: ridiculum viſuqꝫ mirabile.
Electionem vera ſm̄ vite prioris conſuetu-
dinem vt plurimum fieri. Animam enim in
quit: que olim orphei fuerat vidiſſe cygni vi
tam odio muliebris generis eligentem: vo-
lentem videlicet ex mulieribus a quibus oc-

M.E.C.D. 2016

ciſus fuerat naſci. Thamyris vero philome-
ne: cygnum etiam conſpexiſſe ad humane vi
te electionem conuerſum aliaqꝫ muſica ani-
malia: vt conſentaneum eſt: ſimiliter. Ali-
quam vero ex ſortibus leonis elegiſſe vitaꝫ
hāc vero aiacis telamonij fuiſſe dicebat: fie-
ri hominem fugientem: dum armorum iudi-
cium olim datum mēte reuolueret. Poſt hūc
agamēnonis animaꝫ propter erumnas: odio
humani generis. vitam aquile aſciuiſſe. Ata
lantes autem animam cui media quadam
ſors contigerat intuitaꝫ dixit ꝙ maximis ho-
noribus vir certator afficiatur: continere ſe
non potuiſſe quin vitam certatoris eligeret.
Animam deinde Epei panopeenſis ad arti-
ficioſe mulieris naturam protinus aduentaſ
ſe. Longe vero inter nouiſſimas ridiculoſi
Therſitis animam ſimiam induiſſe. Caſu vo
vlixis anime ſortem vltimā contigiſſe. Quo
circa ⁊ ad eligendum vltimam adueniſſe di-
cebat. Preteritorum autem laborum memo-
ria ab ambitione ceſſantem: diuqꝫ priuſquaꝫ
eligeret circumeuntem queſiſſe priuati homi
nis minimeqꝫ curioſi vitam. Eamqꝫ vix tan
dem alicubi iacentem ⁊ neglectam ab alijs
repperiſſe: dixiſſeqꝫ non aliam ſe vitam ele-
cturam fuiſſe: etiam ſi ſortem primam nacta
eſſet: quare vitam illam libenter fuiſſe com-
plexam. Ex feris item alijs in homines tran
ſire animas aſſerebat: ⁊ inuicem commutari
Iniuſtas quidem in feras agreſtes. Iuſtas
autem manſuetorum animalium vitam ca-
peſſere: atqꝫ omnes hunc in modum confici
mixtiones. Cum vitas omnes anime grada
tim vt ſors dederat: elegiſſent. lōgo illas or-
dine ad lacheſim vidit accedere. Lacheſim
vero cuiqꝫ demonem quem ceperat queqꝫ:
ipſius vite cuſtodem preſcribere electorum-
qꝫ operum executorem. Demonem hunc in
primis ad clothon animam ducere: ⁊ ſub illi
us manu reuolutioneqꝫ ⁊ vertigine fuſi: ap-
probare quod ſortita fortunam elegerat. Cū
vero ipſam tetigerit: ſtatim ad atropi filatio
nem ducere immutabilia ſtamina facientem
Illinc poſtea propere neceſſitatis thronum
adire: per quem cum tranſierint omnes: ſub
vehementi calore ⁊ eſtu in campum letheuꝫ
proficiſci: arboribus ⁊ omnibus quecūqꝫ ter
ra naſcuntur: penitus deſtitutum. Recum-
bere igitur ipſas aduentante nocte iuxta a-
melitam flumen aſſeruit: cuius aquam vas
nullum contineat. Atqꝫ ipſius aque bibere a
liquantum cuiqꝫ neceſſarium. Eos auteꝫ qui
prudentiam ducem non habent: vltra ꝙ de-
ceat bibere. Semper vero bibentem omniū
obliuiſci. Cum vero ad mediam noctem dor
miſſent: tonitru ⁊ terremotu excitos repente
alium alio ſurſum ad generationem conſur-
rexiſſe ſtellarum inſtar proſilientes. Se ve-
ro flumine ex illo potare prohibitum fuiſſe
narrabat. Quomodo autem in corpus redie-
rit ignorare: ſed ſubito in diluculo circunſpi-
cientem ait ſeipſum pyra impoſitum conſpe
xiſſe. Atqꝫ ita o glauco ſeruata eſt fabula: ne-
qꝫ perijt: noſqꝫ ſeruabit pariter: ſi ipſi pare-
bimus: ⁊ letheum. ideſt obliuionis fluuium
bene tranſibimus: nullaqꝫ macula animam
inficiemus. Quamobrem ſi meis ſermonibꝰ
obtemperabimus: immortalem fore animaꝫ
arbitrantes: talemqꝫ vt ⁊ mala poſſit ⁊ bo-
na omnia ſuſtinere: vitaꝫ ſemper ad ſuperio
ra ducentem ſequemur: iuſticiamqꝫ cum pru
dentia omni ratione colemus: vt ⁊ nobis ipſi
ſimus: et dijs amici dum hanc ducimus vi-
tam: ⁊ poſtquam virtutis premia reportaue-
rimus tanquam potiti victoria ⁊ triumphis:
⁊ hic ⁊ in millenario annorum itinere: quod
enarrauimus: nos feliciter abeamus. hec
Plato. Sed nunquid hiſtoria hec eſt an fa-
bula? Hiſtoriam eſſe vult Iuſtinus Plato-
nicus martyrqꝫ chriſtianus. Quod equidem
non refellam. Ubi vero Plato apologum fa
bulamqꝫ nominat: exponi poterit hyſtoriam
dici poſſe fabulam: quotiens vltra res ge-
ſtas anguſtiorem habet allegoriam. Quam
ob cauſam Olympiodorus quoqꝫ ait Plato-
nem hiſtorias ⁊ rationes ſepe fabulas appel
laſſe. Et quoniam manes ⁊ iuſticie loca figu
raſqꝫ aliter in Phedro: aliter in Gorgia: ali-
ter in Phedone: ⁊ hic: alibiqꝫ diſponit: per-
ſpicue patet hic preter loci formam ſenſum
quoqꝫ allegoricum continere. Uerum curnā
hic hiſtorico quodam exēplo potius ꝙ argu-
mentationum diligentia myſterium immor-
talitatis aſſeruit? Quoniam ciues ad iuſtici-
am non tam verborum artificio ꝙ exemplo:
⁊ opere ſunt prouocandi. Preterea cur ad id
confirmandum producit in medium hominē
a mortuis reſurgentem? Quia etſi rationi-
bus immortalitas conſtet: ⁊ communis que-
dam iuſticie executio: tamen locum formam
diſpoſitionem vel premij vel ſupplicij ab il-
lo qui interfuerit oportet accipere: quod no-
bis ꝓpe Phedonis finem ſignificatur. Neqꝫ
ab re reſurrexiſſe teſtatur herum Pamphili
um pro ſalute patrie in prelio mortuum: vt
ſignificet eos qui pro publico moriuntur bo
no ad veram vitam reſurrecturos: quāꝙ ex
multis vnus reſurrexit ad noſtram.

M.E.C.D. 2016

De celeſti terra ſm ariſtotelē. Cap. iij.

QUãuis de celeſti terra quā theologi noſtri paradi um vocant: Plato abūde dixerit: audi nihilominus quomodo Ariſtoteles: qui a mltis in theologia adeo inſanire viſus eſt: vt eum demoniacum: Platonem vero diuinum appellarent: hoc dogma etiam comprobauit in primo celi τ mundi circa finē dicēs. Que extra celum nata ſunt eſſe entia: ſunt optimam habentia vitam: τ per ſe quidē ſufficientiſſimam: quam toto complent eterno: nō ſeneſcētia in tēpore: in loco non trāſmutabilia: inalterabilia: impaſſibilia: ab oī motu mutationeqꝫ aliena: vt circa diuina plerūqꝫ rationibus declaratum eſt: oē primū diuinū intrāſmutabile: neceſſariū: ſummum: τ quo nihil aliud melius: nihil diuini⁹: nihil prauū habens: nullorū bonorū indigū: inceſſabili motu rationabiliter mouens: rex omnium finis vniuſcuiuſqꝫ vite tempus: tempus oē τ infinitatem vt ſumma perfectio cōtinens: eternū: ſemp ens: immortale: a quo ceteris cōmunicatum eſt eſſe τ viuere: his clarius: illis vero obſcurius. Hec Ariſtoteles.

De paradiſi ſuperceleſtis gloria ſm chriſtianos. Cap. iiij.

VErum quid vobis Platonem Ariſtotelē ceteroſqꝫ philoſophos: q̄ de celeſti terra locuti ſunt: iamdiutius vſqueadeo laudo? qui ferme nō aliter chriſtianoꝝ vmbre ſūt: q̄ terrena celeſtiū. O verā ſup ethera lucē: lucē vſqueadeo veram vt vere exp̄mi nequeat. O veritatē ſup celū mire lucētē: tā mirabiliter ꝑlucētē: vt ea nemo queat ſatis vnq̄ ꝓ dignitate mirari: cuꝫ admirationē ipſam mirifice ſupet. Hic ſolū veriſſime: clariſſime: optime: letiſſime viuit vbi vita oīs nihil aliud ē q̄ veritas: claritas bonitas: leticiaqꝫ pleniſſima. Hic ī ipſo īmēſo lumine luminū lumīa idearū icūcta cōſpicimus: τ ī luminibus ſingl'a vera clariſſime cōtuemur ꝑinde acſi quis in ſole quidē radios oēs inde manātes: in radijs aūt colores ſingulos q̄ inde creāt inſpiret. Quo fit vt intellectus cupiditas q̄tūcunqꝫ hic ſe ingurgitet τ bibat: ſemp tñ ſitibūda remaneat. At in paradiſo q2 videbit facie ad facieꝫ: τ cognoſcet hō ſicut cognitus ē: euacuabit̄ qđ ex pte eſt: qđ puuli eſt: qđ impfecti eſt. Erit ꝗ īmēſo huic noſtro deſiderio oppido ſatiſfactū: cum illa oīformis eſſentia: q̄ eſt p̄ma veritas: nr̄e ſe intelligētie reuelabit. Tum demū illud adimplebit̄. Uacate τ videte q̄m ego ſum de⁹. De ciuitate illa dicebat ꝓpha. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Et q̄ dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū: cōcupiſcit τ deficit aīa mea ī atria dn̄i. Et ſicut deſiderat ceruus ad fontē aquaꝝ: ita deſiderat aīa mea ad te deū. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū: quando veniā τ appebo ante faciem dei. Hic de fine bonoꝝ: hoc eſt de btītudine: diſputant phī: τ vſqueadeo querentiū in hac vita: τ nuſq̄ inuenientiū btītudinē curioſa ſuccreuit induſtria: vt teſte Auguſtino lib. xix. de ciui. dei. Naturā ſectaꝝ de btītudine loquētiū ad ducentas octuaginta octo Uarro ꝓduxerit: quarū oīm fines ſi que illaꝝ aliq̄d vere bonitatis attingūt: noſter paradiſus abūdāter includit. Nā ſua redūdantiſſima voluptate ſic omnem voluptatis appetitū inebriat: vt liberū arbitriū in ea poſitū peccādi facultate priuetur. Qđ tñ non ē libertatē minui: ſed augeri. Lōge em̄ preſtātior ē libertas ea tñ velle poſſe q̄ diſplicitura ſint nūq̄: q̄ ea etiā velle poſſe i. Cor. xv.
q̄ aliquādo nolle ſit neceſſe. Tūc erit de⁹ oīa in oībus. hoc eſt quicq̄d ſinguli deſiderabunt ſuppeditabit deus: q2 tāta dulcedine mētib⁹ noſtris illabet̄: vt perfecte ꝓpleat̄ qđ dicit̄ a propheta. Satiabor cum apparuerit gloria tua. vel vt in hebreo eſt: imago tua.

Ad quam gloriā peruenire poſſit anima intellectiua. Cap. v.

GLoriā nemo habitabit in monte dn̄i niſi qui hic ingredit̄ ſine macula: vt agnū immaculatū tollentē peccata mūdi ſequatur quocunqꝫ ierit in paſcuis vberrimis. Qui aūt ex hac lachrymarū valle egrediens maculas ſecum detulerit cōpunctionis oleo non linitas: nec ignis incēdio purgari poterit: ſed in tenebras exteriores proijcietur in infernū inferiorē. Deducūtur autem anime ad hunc glorie montem ab angelis ſanctis: vt dn̄s teſtatur de aīa lazari mendici. Nec Luce xvj.
mirū ſi ab his ducant̄ in requiē: quos in labore habuere coadiutores τ cuſtodes: faciem tñ Mat.
dei ſemp cōtemplantes: ait em̄ dn̄s. Angeli xviij.
eoꝝ ſemp vidēt faciē patris mei. Sup quo ait diuus noſter hieronymus. Magna dignitas eſt aīaꝝ: vt vnaqueqꝫ ab ortu natiuitatis ſue habeat ad ſui cuſtodiā angelū deputatū. Huic tu ſpālī orōne cōplacere ſtude: τ in con

M.E.C.D. 2016

ſpectu eius ſemper praue agere pertimeſce.
vt corporis tui proportione diſſoluta: animā
tuam ad glorie montem in iocunditatis cāpo
conſtitutum deducat: vbi quanta gloria: q̄tū
gaudium: quanta deniq; felicitas ſit: enume-
rare quis contenderit: cum apoſtolus raptus
in tertium celū dicat. Nec oculus vidit: nec
.j. Co- auris audiuit ⁊c̄. Anima nempe que hic fide
rith. ij. ſpe: ⁊ charitate eterni patris filio ſubarrata
eſt: cum ſponſo ſuo adducta fuerit: correſpon
dentibus ornabitur atq; dotabitur dotibus: q̄
Dotes ſunt viſio: dilectio: ⁊ fruitio: in quibus tota
anime anime felicitas complectitur: ſi ſecuritatem
addideris de non finiendo. Nam vt inquit
diuus Auguſtinus lib. xiij. de trinitate cap.
viij. Beata vita eſſe nō poteſt niſi ſit immor-
talis. Glorie actus principales ſm̄ quos aīa
in deum conuertitur vt in eſſentiale beatitu
dinis premium: tres diſtinguūtur: videre ſcʒ
diligere ⁊ frui. Rationalis em̄ vis cuius nūc
eſt credere per fidem: ⁊ videre per ſpeculū in
enigmate tunc videbit aperte. Videbimus:
.j. Jo. inquit Johannes in canonica ſua: ipſum ſi-
iij. cut eſt: facie ad faciem. Concupiſcibilis cuꝰ
hic eſt amare: tunc diliget perfecte ſine inter
ruptione. Iraſcibilis cuius hic eſt erigi ⁊ in
ardua tendere per ſpem: tunc apprehēdet cō
tinebitq; certe: continue ⁊ cū ſecuritate. Pri
mo itaq; perficietur intellectus beatifica et
clara viſione. Secundo voluntas perfectiſſi
ma ac ſuauiſſima dilectione. Tertio memo-
ria firmiſſima ſecuritate ⁊ continua retentio
ne: ſicq; tota anima perfecta iucundiſſimaq;
fruitione. Unde Bernardus. Deus futurus
eſt intellectui plenitudo lucis: volūtati mul-
titudo pacis: memorie continuatio eternita-
tis. Quereret aliquis quomodo ibi deū: queʒ
eſſentiale beatitudinis premiuʒ theologi no-
ſtri docent: videbimus. Reſpondebit prudēs
lector deum iuxta nature ſue proprietatem
nec hic: nec poſt finalem reſurrectionem cor-
poreis oculis videri poſſe: cum ipſe ſit incor-
poreus. Ita diſſeruit Auguſtinus ad Fortu
natum ſcribens. Et ſi cuipiam heſitationis
aut diffidētie ſcrupulus remaneat: in teſtes
.j. Jo. aſſumat apoſtolum Johannē dicentem. Deū
iiij. nemo vidit vnq̄: vnigenitus filius qui eſt
.j. Ti- in ſinu patris ipſe enarrauit. Paulum quoq;
moth. diuinum Timotheo ſcribentem de deo. Quē
ſexto. nullus hominuʒ vidit: ſed nec videre poteſt
Cū autem in multis ſcripture locis deuʒ ab
hominibus viſum legimus: non fuit per pro
priam deitatis naturam. ſed per aſſumptam
ſicut ſibi placuit creaturam. Oculis igitur
corporeis quibus hic vtimur non cernemus

ſed oculis mentis deum iam commemorati
viri doctiſſimi videndum aſtruunt. Sic q; in
telligendum aiunt quod chriſtus inquit. Btī Mat-
mundo corde: quoniam ipſi deum videbunt. thi. v.
De his quippe oculis ⁊ Paulus ad Epheſi- Eph. j
os ſcripſit dicens. Det vobis in agnitionem
eius illuminatos oculos cordis veſtri. De fe
licitate animaruʒ in patria ita ſcribit Augu
ſtinus in libro de triplici habitaculo. Erit nē
pe ibi aſſidua lectio libri vite. ideſt eterne ve
ritatis: ⁊ ſumme ſapientie: ⁊ verbi dei que ē
chriſti ieſu viſio: vbi quicquid nos nunc latet
manifeſtuʒ erit. Ibi ratio manifeſta eſt: cur
hic electus eſt ⁊ ille reprobatus: cur hic in re
gnum aſſumptus: ⁊ ille in ſeruiturē redactꝰ.
Cur alius in vtero moritur: alius in infan-
tia: alius in iuuētute: alius in ſenectute Cur
alius pauper ⁊ alius diues. Cur filius adul-
tere baptizatur: ⁊ aliquando filius legitime
coniugis ante baptiſmum moritur. Cur qui
bene incipit viuere aliquando male finit: et
qui male incipit ſepe bene finit. Et omnia ⁊
huiuſmodi multa in libro vite plana ⁊ aper-
ta omnibus erunt. Ibi omnium bonū oībus
patebit. Ibi omnes inuicem ſuas cogitatio
nes cognoſcent. Ibi minimus maiorem ſine
dubio habebit gloriam: q̄ꝫ totum mundi ha-
bens regnum: etiam ſi eternum eſſet. Tan-
ta iocunditas lucis eterne eſt: vt etiam ſi nō
liceret amplius manere in ea q̄ꝫ vnius diei
mora: propter hoc ſoluʒ innumerabiles anni
huius vite pleni delitijs in circūfluentia tē
poralium bonorum recte meritoq; cōtemne
rentur. Non em̄ falſo aut paruo affectu dictū
eſt. Quoniam melior eſt dies vna in atrijs
tuis ſuper milia. Et paulo infra idem Augu Ps.
ſtinus ait. Faciem dei ſi omnes carcere infer lxxxiij.
ni incluſi viderent: nullam penam: nullum
dolorem: nullamq; triſticiam ſentirent. Cuiꝰ
preſentia ſi in inferno cum ſanctis habitato
ribus appareret: continuo infernus in ame-
nū cōuerteretur paradiſum. Et infra in eodē
Ibi per ſpeculum diuine claritatis ⁊ ipſum
deum vt eſt videbimus: quantum poſſibile
eſt creature: ⁊ noſipſos ⁊ ceteros vera ⁊ cer-
ta ſcientia cognoſcemus: Tunc abdita crea-
turarum ⁊ ipſius inferni videndo videbimꝰ
Tunc iuſtis manifeſtum erit quomodo deus
eſt inuiſibilis: incōparabilis. ſine initio: ſine
fine: ante omnia. Quid intereſt inter naſci:
quod ad filiuʒ pertinet: ⁊ procedere quod ad
ſpiritum ſanctuʒ: excepto q̄ꝫ vnus ex vno na
tus ſit: alter ex duobus proceſſit. Et quomo-
do pater non preceſſit filiuʒ tempore ſed ori
gine: nec ſpiritū ſanctū. Et quomodo omia

dei vnum ſunt in deo: excepto quod ad rela/
tionem pertinet. Et quomodo mundus erat
in deo anteq̄ in ſeipſo eſſet non mundus: ſꝫ
deus. Et quomodo vbiqꝫ totus ſine loco:
magnus ſine quantitate bonus ſine quali/
tate. Et quomodo omnia penetrat: munda
⁊ immunda ſine ſui pollutione. Ecce que di/
uus Auguſtinus in prefato libro. inſuper in
ſoliloquio: meditationum manuali Enchiri/
dion cap̄. xciiij. ⁊ in fine de ciuitate dei lucu
lentiſſime proſequitur. In his elyſijs cāpis
videbunt electi intuentes deum. ⁊ hec viſio
totum hominē ſaciabit dicente regio prophe
ta: Satiabor cum apparuerit gloria tua.

¶ De beatitudine celeſtis patrie: ⁊ q̄tū
attinet ad partem ſenſitiuā ſm recētio/
res ⁊ noſtros qui de felicitate ſcripſerūt
Capitulum ſextum.

Sunt qui dicant ex noſtris
illam immenſam partis intel
lectiue voluptatem: de qua a
pud omnes cōſtat vnde ſit: re
dundare ⁊ quaſi ſupereffluere
ac in potentias ſenſibiles deriuari: queādmo
dum experimur ex varijs animi accidentibꝰ
corpus affici: ⁊ quod animo pacato paulo an
te bene valebat: nūc animo perturbato egro
tare. Et q̄uis ad omnium ſenſuum gloriam
modus iſte ſufficiat: tamen de auditu ⁊ viſu
quantum dominus ſeruulo ſuo largitus eſt:
aliquid peculiare venit dicendum. Audient
eñ beati iucundiſſimas dei laudes vndiqꝫ
Ps resonare: iuxta illud prophete. Beati qui ha
lxxx iij bitant in domo tua domine: in ſecula ſeculo
rum laudabunt te. Videbunt item celos: ac
omnem celorum armoniam percipient. Vi/
debunt ⁊ ipſum ieſum ⁊ mariam matrem: ⁊
omnia beatorū oīm corpora glorioſa: que iā
incorruptibilia ⁊ mirabili decore conſpicua:
fiēt intuētiū oculis tam dulce ſpectaculū: vt
qd̄ deſiderari melius poſſit neſcituri ſint. Et
Electo vt Auguſtinus in lib. de triplici habitaculo
rum tri teſtatur. electis dei trina viſio erit. Intel/
na vi/ lectualis: qua puro mentis oculo in ſpiritu
ſio deum videbūt: ⁊ ſuas aīas: ⁊ virtutes inti/
mas: ⁊ ſpūs angelicos. Spūalis: qua ſimili/
tudines corporū in ſpiritu nō fallaci fantaſia
inſpicient: qua viſione etiam hodie fruūtur
ſpiritus iuſtorum a corporibus exempti. Et cor
poralis qua corpora cernēt: quorūdam ſplen
dida vt ſol. quorūdam vt luna: aliorū vt ſtel
le. Id q̄ erit viſu iucūdiſſimū. q̄ ſicut nunc
ex motu corporis animam ineſſe percipimus

⁊ vegetare ac regere membra corporea: ſic
tunc celo ⁊ elementis ⁊ rebus oībus deū eſſe
intimū: ⁊ in qualibet vniuerſi parte totum:
conſeruare: alere: ac gubernare mundi hanc
machinā haud dubio cernemus intuitu. Nūc
id ſatis ratio perſuadet: ⁊ credimus: tamen
ob inſcitiā noſtram naturalem non perpendi
mus. Tunc autem oculos circunquaqꝫ vertē
tes id perpendemus. Tāta enim erit vis in
oculis: tam acuta videndi acrimonia: vt et
corporum noſtrorum ac elementorum ⁊ celi
quantitates: numeros: proportiones: armo/
nias: ſymmetriam: ac naturam omnem beati
viſu penetrantes inebriandi ſint ab vberta/
te domus dei: ⁊ dicturi. Hec requies mea in
ſeculum ſeculi: hic habitabo: qm̄ elegi eam. Ps
Deſtruetur quidem tunc ſc ētia quoad actū cxxxi
non quoad habitū. Paulus. j. Corinth. xiij
ait. Charitas nunq̄ excidit. Et mox. Scien
tia (inquit) deſtruetur. Nec enim tunc intel
ligendo ad fantaſmata ſe conuertet: que nul
la erunt: ſpecies autem remanebunt. Vnde
⁊ diuus Auguſtinus. lib. xiiij. de trinit. cap̄.
ij. Tunc inquit vite huiꝰ mortalis memine/
rimus. ⁊ crediſſe nos aliquando q̄ nō vide
bamus memoriter recoluerimus. Adde q̄
beatis nihil erit inuium: nihil clauſum: nihil
inacceſſum: ſed mira ſubtilitate ac agilita/
te corporis: illuc etiā ſine pedū miniſterio fe
rent quo deſiderabit ardor voluntatis. Sic
erit aīe imperio corpus obediens ⁊ ſubditum
vt aſcenſui nulla moles: nulla cōtinuo motui
laſſitudo: nullus deniqꝫ labor obſiſtat. Nō de
fuerunt qui dicerēt in ceterorum ſenſuū inſtru
mētis generādā a deo qualitatē p quā melli
flua ac nectarea quadā voluptate dulceſcant
Sed quicquid de hmōi qualitate dicendū ſit
vnū eſt certū hoīes eterne vite deſtinatos a
deo per metamorphoſim ſic inſtituendos: vt
nihil in eis ſit non beatum. His premijs do
nantur: his coronis decorantur a deo: non q̄
vrbes aut prouincias: ſed qui carnem: mūdū
ac diabolum vicerunt. Nec premia victori/
bus debita ſolum reddit: ſed plurima ac ma
xima corollaria: donatiuum: congiarium: e
pulum ſuperaddit: que omnia pollicitus eſt
chriſtus in euangelio dicens. Faciet illos di Luce
ſcūbere: ⁊ trāſiens miniſtrabit illis. Ex quo xij
innuitur deum ſanctis ſuis oē hūanitatis ob
ſequiū: omne liberalitatis officiū: omne ma/
gnificentie genus: omne charitatis indicium
exhibiturum. Tunc autem cum carnale pon
dus exuerit anima: libere ab obiectis preſen
tibus immediate abſtrahere poterit ſpecies
intelligibiles: intelligetqꝫ non modo abſtra/

M.E.C.D. 2016

ctiue recedentibus obiectis: ſed etiam intuitiue preſentibus obiectis. Hinc ⁊ Auicenna noſter ſexto naturalium ait Anima ſeparata clarius videbit veritatem ꝙ coniuncta Sunt tamen viri catholici qui noticiam quā de nouo acquirent exute anime fieri aſtruūt per ſpecies: non ab obiectis receptas: ſed a deo influxas.

¶ Anima ipſa contenta eſt hoc ipſo ꝙ bonum ſuum incomprehēſibile ſit: neqꝫ eſſet contenta ſi comprehenſibile eſſet. Et ꝙ beatorum gloria deriuatur ab anima. et qui maiore gloria fulgebit ſuper alios non ſe extollet: nec qui minore alteri inuidebit. Cap̄.vij.

Quid ergo an contenta vis anima: ꝙ vitam tuā nō penit? cōprehēdas: finiaſqꝫ quia ſit infinita. Immo ſcio te hocipſo gaudere ꝙ abſqꝫ fine ſit vita tua bonūqꝫ tuū. Sufficit tibi ab icōprehēſibili feliciter ꝯphēdi: neqꝫ tibi aliq̄d niſi ſit incōprehēſibile ſufficit. Quicq̄d eñ aut veri aut boni offertur quod certos habet gradus q̄uis ꝙ plurimos adhuc plures intellectu requiris: ⁊ vlterius appetis voluntate. Unde nuſq̄ niſi in vero immenſoqꝫ bono potes quieſcere: neqꝫ finē niſi in infinito potes facere. Quippe que a ſolo infinito dependeas: atqꝫ inde vim habeas ratione aliqua infinitam qua ad infinitū vergas atqꝫ progrediaris. Sꝫ hec dictis aduerſari videntur: vbi beatos omibus bonis ſaciari concluſum eſt. Quomodo autem omnibus ſatiabitur et quietus erit: qui in alijs videt que ſibi deſunt tanta bona? Hoc in filijs huius ſeculi fieri nequit: vbi iuxta poete vocem. Inuidus alterius rebus marceſcit opimis. Ibi autem pro inuidia charitas: pro odio perfecta erit dilectio ⁊ tanta: vt in eadē vrbe (quēadmodū expreſſit Augustinus) ꝯ-imium ſingulorum omnium: ⁊ omnium ſingulorum erit per charitatē. ibi nullus ſuperior ſuperbus erit: nullus inferior inuidus. Et in manuali cap̄. penultimo idem Auguſtin⁹ ait. Si quis alius quem omnino ſicut teipſū amares eandem beatitudinem haberet: duplicaretur gaudium tuum: quia non minus gauderes pro eo ꝙ pro teipſo. Si vero duo vel tres vel multo plures idipſum haberent: tantūdem pro ſingulis quantum pro teipſo gauderes: ſi ſingulos ſicut teipſum amares. Ergo quid erit in illa perfecta charitate innumerabilium beatorum angelorum ⁊ hoīꝫ vbi nullus diliget alium minus ꝙ ſeipſum. Non eñ aliter gaudebit vnuſquiſqꝫ pro ſingulis alijs ꝙ pro ſeipſo. Si ergo cor homīs de tanto bono ſuo vix gaudium ſuum capiet quomodo capax erit tot ⁊ tantorum gaudiorꝫ. Et vtiqꝫ quoniā quantū quiſqꝫ diligit aliquē tantum de bono eius gaudet. Sicut in illa beata felicitate vnuſquiſqꝫ ſine comparatione plus amabit deum ꝙ ſe ⁊ omnes alios ſecum: ita plus gaudebit ſine eſtimatione de felicitate dei ꝙ de ſua ⁊ omnium aliorum ſecum. Talis etiā tantaqꝫ erit ibi fruitio ſuper benedicte ac excellentiſſime trinitatis (Nā res quibus fruendum eſt ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus ait Auguſtinus lib. j de doctrina chriſtiana) quanta fuerit ipſius ⁊ cognitio ⁊ dilectio. Eſt enim frui (vt idem ſcribit) amore inherere alicui rei propter ſeipāꝫ ⁊ eſt vti cum gaudio non adhuc ſpei: ſed iam rei. Incognita autem quia amare non poſſumus: vt idem in eodem ſcribit. Fruimur cognitis in quibus voluntas ipſis propter ſeipſam delectata conquieſcit. Idem doctor in manuali ⁊ Soliloquio dominum deprecatur dicens. Oro te deus meus vt cognoſcam te: amem te: vt gaudeā de te: et ſi nō poſſum in hac vita ad plenum: proficiat in me hic noticia tua: vt ibi fiat plena. De beatis dicebat angelus Danieli. Qui autē docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: ⁊ qui ad iuſticiam erudiunt multos: quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Sunt tamē alij qui ſubtiliori fuco de non diſcendo torporem operiunt: dicunt enim celeſtem hierarchiam non in plenitudine ſcientie: ſed charitatis culmine finiri. Unde Seraphin qui denominātur a plenitudine charitatis ſupremus eſt ordo: ſub quo cherubin qui a plenitudine ſcientie nomen accepit. In ſeraphin tamen eſſe minorem ſcientiam ꝙ in cherubin catholici negant: vt patet libro ſcđo ſententiaꝝ. diſt. ix. Tantum igitur Seraphin in ſcientia Cherubin excellit: ꝙtum in charitate excedit. A charitate autē ille ſupremus ordo tanq̄ nobiliori dei dono nomīatur: ad quod profecto ſcientia ordinatur. Cherubin autem non a charitate: ſed a ſcientia nominari debuit: qꝛ iam ſuperior ordo a charitate nomen ſibi vēdicabat. Scientia igitur ſe ſola ad beatitudinem non proficit: ſed ad charitatem ordinata proderit. Scientia enim vt apoſtolus teſtatur ſine charitate inflat. Inflatis autē et ſuperbus in illa celeſti regione aditus nullus patebit.

Ouid.

Lib. xi de tri. cap̄. xi.

Danie lis. xij

j. Corinth. viij

M.E.C.D. 2016

¶ De deo ſm platonicos zoroaſtrem Orpheum ⁊ Sibyllas. Capi. viij.

Deus vnus triplici rōne.

DEus ſummum eſt rerum omnium. Unus ergo eſt deus ⁊ ſimplex. Nempe vna ſumma vnitas: vna ſumma veritas: atqꝫ bonitas deus vnus. Unus inquam apud platonicos triplici ratione. Primo quia ſumma eſt vnitas. Nam ſi quodlibet ſummū eſt vnicum: quid magis vnicum eſt ꝙ ſumma vnitas. Propria quelibet rerum innumerabilium multitudo ad propriam redigitur vnitatem. Multitudo innumerabilium hominum ad vnam humanam ſpeciem. Equorum ad vnam equinam. ſimiliter ⁊ aliorum. Accipe deinde omnes proprias vnitates: que certo ſunt numero terminate: ideſt rerum ſpecies: eaſqꝫ ad vnam communem collige vnitatem: ſcꝫ deum principem ſpecierum: vt ſicut multitudines ſingularum infinite ad finitas vnitates ſpecierum: ſic vnitates ſpecierum finite ad vnicam ſuper ſpecies vnitatē referantur: par eſt: vt ſicut proprius quiſqꝫ rerum ordo ad proprium ſui principium vnum dirigitur: ſic vniuerſus ordo rerum ad vnuꝫ referatur vniuerſale principium. Et ſicut ſingule materie ad vnam materiam: omnia mēbra mundi ad vnum corpus: ſic omnes mundi nature ad vnam naturam: omnes mundi vite ad vnam vitam: omnes motus ad vnum motum: omnes motores ad vnū mundi motorem. Deus igitur mundi vnius ordinator eſt vnus. Unus inquam prima platonicoruꝫ ratione: q2 eſt vnitas. Eſt etiā vnus ſecunda eorundem ratione: quia eſt veritas. Summa enim veritas vna eſt. Nam ſi due ſumme veritates eſſe dicantur: aut vna earum habet quicquid habet altera: aut nō. Si primum detur: vna eſt: nō due. Si ſecunduꝫ neutra eſt ſumma: deeſt enim iſti illud veritatis quod in illa eſt: ⁊ illi quod eſt in iſta. Iterum eſt vnus deus tertia ratione platonicoꝝ quia ſumma eſt bonitas. Summa quippe bonitas quicquid boni reperiri vſqꝫ poteſt cōplectitur. Ergo ſi duas induxeris bonitates ſummas quicquid boni in vna eſt: eſt ⁊ in altera: alioquin neutra eſſet ſumma: ⁊ ſm boni ipſius naturam vnum ſunt nō duo. Necꝫ eſt aliquid aliud illis admixtum preter bonitatis naturam: quia ſumme nō eſſent: ſed inquinate. vnum igitur ſunt omnino. Necꝫ ꝓhibetur deus ab aliquo penetrare per omnia infinite enī puritati virtutiqꝫ reſiſtit nihil: Nec putandum eſt ipſum bonum minus toti adeſſe mundo: ꝙ toti corpori animaꝫ. Minus enī eſt mundus ad deum: ꝙ corpus ad animam: magiſqꝫ eget deo mundus ꝙ corpus anima. Si enī primum patiens qđ eſt materia ⁊ eſſentia: per omnia propagat: multo amplius per omnia ⁊ vltra omnia ſeſe ꝓpagat primum agens quod eſt deus. Deus ideo eſt in omnibus: quia omnia in eo ſunt: que niſi eſſent in eo: eſſent nuſqꝫ: ⁊ omnino nō eſſent. Non enī deſideratur vſqꝫ niſi bonum: nō reperitur vſqꝫ niſi verum. Deus eſt omne bonum: deus eſt omne verum. Deus amplitudo ⁊ plenitudo ipſa eſt. Non video igitur cur nō amplificet per cuncta ſeipſum ⁊ ſingula impleat. Sapienter igitur Orpheus in Saturni hymno inquit. Qui oēs mundi ptes habitas generationis princeps.

Orpheus de deo

Cogitemus ſepe puriſſimam quādam capacitatem: quam nulli vſqꝫ limites capiant: que capiat quecunqꝫ poſſint eſſe vel fingi. Dictat ratio id quod vbiqꝫ nominatur nihil eſſe aliud ꝙ vniuerſam naturam rerum: eāqꝫ eſſe deum. Ideoqꝫ quando dicimus deum vbiqꝫ eſſe: intelligi debere eum in ſeipſo eſſe: atqꝫ econuerſo indubitatum eſt. Preſtantius nāqꝫ eſt ſemꝑ eſſe: quod eſt tanqꝫ intrinſecum: qꝫ vbiqꝫ eſſe: quod tanquaꝫ extrinſecum eſt. Idcirco quod poteſt eſſe ſemꝑ: multomagis vbiqꝫ eſſe poteſt. Facilius eſt enī pigras dimenſiones excedere: qꝫ motionem qualitatis ⁊ temporis efficacem. Deus res nō in ſeipſas: ſed in ſeipſo: nō per earum imagines: ſed per ſuam eſſentiam intuetur. Nō diſtrahitur circa plurima: ſed cuncta conſpicit tanqꝫ vnum. Non laborat vnqꝫ: q2 nō querit: ſꝫ poſſidet. Nō diuertitur a grauioribus vt cōſideret leuiora: quoniam eodem intuitu hec videt ⁊ illa inſtar oculi: qui vno intuitu ſtellas in celo plurimas contuetur. Totum hoc in Apollinis hymno cecinit orpheus. Tu habens mund terminos vniuerſi. Tibi cure eſt principium atqꝫ finis. Per te vireſcunt omnia. Tu ſpheram totam cithara reſonante cōtemperas. Zoroaſtris ſectatores tradunt deum quodāmodo agere ſemetipſum.

Zoroaſtes de deo

Quod in hunc ferme modum quē dicturus ſum: Plotinus expoſuit. Deus eſt actus: nō alterius: nō circa alterum: ſed ſuimet ⁊ circa ſeipſum. Eſt enī actus intra ſe manēs. Quoniam vero actus eſt propter naturam infiniti boni: infinite fecundus: ideo non caret acto. ideſt genito: acto ſcꝫ infinito. At quoniam ⁊ per actum intimum fit aliquid intimum: ⁊ ſolꝰ deus eſt infinitus: quod inde actū ideſt genitū

M.E.C.D. 2016

eſt intra deum eſt ipſemet deus. Deus autē
actus eſt peruigil atqꝫ perpetuus ex ſe in ſe:
circa ſe penitus. Ergo vt agit ⁊ vigilat: ita
prorſus exiſtit. Volendo ſe vult reliqua om-
nia: que ꝓut in deo ſunt: ſunt ipſe deus: ꝓut
ex deo manant: ſunt diuini vultus imagines
De diuina natura diuine cecinit Orpheus.
Orpheus de diuina natura — Perpetuo cardine velocem impetum volu-
tans. De Joue dixit idem Orpheus. Omni
um genitor principiuꝫ ⁊ finis. Et alibi. Om-
nia intus inſpicis: omnia ītus audis: omnia
diſtribuis. Apud ipſum Orpheum deus vo-
catur. Sempiterna vita: immortaliſqꝫ ꝓui-
dentia. Hanc ꝓuidentiam Mercurius eſſe
Plato de deo — dicit generis humani tutricem. Et Plato in
quarto legum lib. inquit deū continere prin-
cipia media fineſqꝫ omnium: ambire cuncta:
ac recte diſponere ſingula. Mitibus religio
ſiſqꝫ viris eſſe propitium: ſuperbos impioſ-
qꝫ punire. Deus vnitatem habet ⁊ ſtatum.
Retinere vtrūqꝫ non poteſt alia intelligen-
tia. Eſſet em̄ deus: nō angel⁹ aut anima. Zo
roaſter ait. Omnia perficit pater ⁊ mēti pre
Zoroaſter. — buit ſecunde. fons vnitatis deus eſt: ꝑ ſeipꝫ
eſt vnitas. De ipſo ita cecinit zoroaſter. Pa
ter ſeipſum rapuit: neqꝫ in mente quidem ꝙ
illum ſequitur ꝓprium incluſit ignem. quaſi
dicat. Nullam habet cum ceteris compara-
tionem. Deus ꝑ ſe mouet agitqꝫ omnia: ipſe
quidem ſtabilis ꝑ ſeipſum. Sibylla erithrea
Sibylla erithrea de deo — de ipſo ait. Unus eſt deus qui ſolus princi-
patur: iſqꝫ ampliſſim⁹ increatus. Deus vn⁹
eminētiſſimus qui fecit celū ſolēqꝫ ⁊ ſtellas
lunāqꝫ: fructiferāqꝫ terram: ⁊ aque maris flu
ctus: ipſum qui ſolus eſt in ſeculū atqꝫ a ſe-
culo factus. Alia ſibylla voce dei. Sol⁹ em̄
deus ſum ⁊ nō alius. Erithrea alibi. Qui au
tem deum honorant verum ſempiternā vti-
qꝫ vitam hereditatis iure poſſident: ſeculi tē
pus ipſi habitantes ad paradiſum ſimuliter
florentiſſimum hortum. Filium dei ducēꝫ ⁊
omnium imperatorem Erithrea predicat di
cens. Omnium nutritorem creatorēqꝫ: qui
dulcem ſpiritū omnibus appoſuit: ac princi-
Sibylla — pem omnium deorum fecit: eum dedit deus
fidelibus viris honorare. Precipit alia ſibyl
la hunc oportere cognoſci cuꝫ ait. Jpſum tu
um cognoſce deum: qui dei filius eſt. Mira
cula chriſti verbo ⁊ iuſſione facta predixerat
ſibylla dicens. Omnia verbo agens: omnem
infirmitatem curans. Et alibi. Uentos com
peſcet: ſternet autem inſanum mare pedib⁹
fideqꝫ calcans. Et alia ſibylla. Fluctus per-
Alia. — ambulabit: morbos hominum reſoluet: viui
ficabit mortuos: arcebit dolores a multis: ex
viuo autem fonte potus ſatietas erit viris.
Chriſtum propter nos ignominioſum fuiſſe
predixerat ſibylla dicens. Miſerabilis igno
minioſus: informis: vt miſerabilibus ſpem
prebeat. Chriſtum moſaycam legem ſolutu-
rum teſtata eſt etiam Sibylla cum ait. Sed
quando hec omnia perfecta erūt que dixi in
ipſum omnis lex ſoluetur. De paſſione chri-
ſti ita ſcribit alia ſibylla. Jn manus iniquas — Sibylla.
⁊ infidelium poſtea veniet: dabunt deo ala-
pas manibus inceſtis: ⁊ oribus immūdis ex-
puent ſaliuas venenoſas: dabit aūt in ver-
bera omnino innocens dorſum: ⁊ collaphos
accipiens tacebit: ne quis agnoſcat ꝙ ver-
bum ⁊ vnde venit: vt mortuis loquatur: ⁊ co
ronam portabit ſpineam. Alia ſibylla iude- — Alia.
am terram increpat inquiens. Cum em̄ ſtul — Sibylla
ta deum tuum non cognouiſti ludentē mor
talium mentibus: ſed ⁊ ſpinis coronaſti: coro
na horridumqꝫ fel miſcuiſti. Et alia ſibylla.
Templi vero ſcindetur velum: ⁊ medio die
nox erit tenebroſa nimis tribus horis. Alia — Alia.
ſibylla ait. Mortis fatum finiet trium die-
rum ſomno ſuſcepto: ⁊ tunc a mortuis regreſ
ſus in lucem veniet primus reſurrectionis
vocatis initium oſtendens.

¶ De verbo dei ſm̄ Platonem.
Capitulum. ix.

PLatonem illum quem vi-
ri ſancti diuinum vocant: au
diamus: qui verbis in Epi-
nomide huiuſcemodi vſus
eſt. Laudem autem non qui
dem alij anno: alū mēſe: alij
nullo in tempore in quo polum ſuum tranſ-
currit mundum vna efficienſquem verbum
illius ordinauit: quod rerum omnium eſt di-
uiniſſimum. Et in epiſtola ad tres ſibi ami-
ciſſimos. Hermiam dico. Eraſton ⁊ Coriſcā
his verbis cautiſſime ſacratiſſimuꝫ hoc dog
ma illis commendauit. Hanc inquit epiſto-
lam omnes tres vna legetis: vel ad minus
duo communiter totiens quotiens poteritis
Oportet enim vos vti hac lege iureiuran-
do confirmata diligentia eleganti: ⁊ ſtudio:
eiuſqꝫ ſorore doctrina: vt per deum princi-
pem oīm p̄ſentium ⁊ futurorū: ⁊ ꝑ patrem ⁊
cauſaꝫ principis ⁊ dn̄m iuretis. Que ſi recte
philoſophent clare ꝙtum homini cōtingere
pōt cognoſcemus. Nonne videtur Plato he
breorū ſcripturis inſudaſſe. Unde nāqꝫ ipſe
niſi ab hebreis diſcere potuiſſet patrē ⁊ dn̄m
deuꝫ appellare: ac deū principis ⁊ dn̄i patrē



M.E.C.D. 2016

nominare? Aut quis vnq̄ apud grecos egyptios: aut ſiculos ad quos Plato nauigauit a diuiniſſimo verbo mundũ dixit eſſe ordinatum. Et qm̄ cauſam refert ad mentem: ideo in Timeo platonici diſputant intellectuꝫ ipſius boni filiũ mundi architectũ ꝓximum extitiſſe. De quo in Epinomide vt diximus: ſcribitur rō diuiniſſima: ſiue diuiniſſimuꝫ verbũ mundum viſibilē exornauit. Appellat auteꝫ hic ipſum bonũ: tum patrem: tum dn̄m: vt ꝑ primum quidē deſignaret mētis patreꝫ: ꝑ ſecundum vero anime dn̄m. Ita forſan platonicus numerus exponet. Ita quoqꝫ platonicus chriſtianus: ſed arrianus poterit ⁊ quiſpiam ꝑ ducem ſanctũ ſpiritum intelligere: ꝑ mentem vero filiũ. Nam vbi Plato patrem dicit: filium pariter ſubintelligit. Ac ſi quis vnam trium ponat eſſentiā. Platonicis quidem videbit̄ aduerſari. Platoni tamē manifeſte nō repugnabit. Platōis verba in noua tranſlatione hec ſunt. Teſtando deum reruꝫ omnium ducē p̄ſentium ⁊ futuraruꝫ ac ducis ⁊ cauſe patrem dn̄m. Plato in ſcd̄a epiſtola de deo ita locutus eſt. Circa oīm regem cuncta ſunt: ipſius gratia omnia: ipſe pulchrorũ omnium cauſa. Circa ſcd̄m ſcd̄a. Tertia circa tertium. Humanus animus affectat qualia illa ſint intelligere: aſpiciens in ea que ſibi cognata ſunt. Platonis verba aliqui ſic interpretantur. Circa oīm regem cuncta ſunt id eſt circa ipſum bonuꝫ ſunt idee: ꝓpter ideas oīa. Circa ſcd̄m. ideſt mentem: ſunt ſecunda ideſt rationes que ſequunt̄ ideas. Circa tertium vero tertia. ideſt circa animā mũdi forme. Significauit aũt deum eſſe rerum cām exemplarem vbi dixit circa. Item finalē vbi ait: eius gratia. Rurſus efficientem quando ſubiunxit. Ipſe cauſa eſt pulchrorum omniũ Qꝛ eñ nōnulla ſint deformia: non ob id hñt ꝙ ab ipſo ſunt: ſꝫ quatenus ab eo degenerāt

## De verbo dei ſm Numenium. Ca. x.

NUmenius ille phꝰ atqꝫ theologus in eo queꝫ de bono ſcripſit libro: his vtit̄ verbis. Qui de primo atqꝫ ſcd̄o deo quicq̄ intelligere gliſcit ſingula prius ordine diſtinguere debet: aliter eniꝫ ſui ſtudij theſaurum effundit. Quod ne patiamur deo huius orōnis duce inuocato: vt cogitatiōis noſtre theſaurũ eliciat: incipiemus. Orandũ aũt prius eſt: deinde diſtinguendũ. Deus primꝰ quidē cum in ſemetipſo ſit indiuiſibilis: ac ſimplex eſt. Deus aũt ſcd̄s ⁊ tertius vnus eſt: ⁊ materie que dualitas eſt inherens vnit eā: q̄uis diſſeparet̄ ab ipſa que tota cupit ⁊ fluit. Et poſt pauca. Nec eñ oportet inquit deum primum creare: ſꝫ creatis dei patrē eſſe. Et progreſſus aliquantulũ. Primũ inquit deum regeꝫ oīm ab omni ope ceſſare oportet. Creatorem vͦo deum oīa gubernare dicimꝰ: a quo interiora mens mittit̄ ad oīa: que ad cōicationē illius ordinata ſunt. Cum igit̄ ad nos cōuerſus deus reſpiciat nos: tũ ipſius radijs fit vt viuamus: corpa quoqꝫ alant̄ ac viuāt. Cum vͦo in altitudinē ſuā deus ſeipſum conuertat: tunc corpa quideꝫ extinguunt̄: mens vͦo viuit vita beatiore. Et alibi ſcribit idem Numenius. Queadmodũ inquit agricole rō quedā eſt ad plantas relata: hoc modo ſe hꝫ p̄mus deus ad creatorē. Primus eñ cũ ſemē oīs vitare ſit res oēs ſeminat: creator vero plātat ⁊ diſtribuit trāſfertqꝫ ad ſingulos nos que inde iacta ſunt. Et aliquātulũ ꝓgreſſus vt oſtendat quõ ſcd̄s deus a p̄mo eſt. Res quidem humane inquit: ab eo qui dat ad accipientem tranſeunt: diuine vero a deo dant̄ ⁊ ab eo nō abſunt: quale quid ſciētia eſt: quaꝫ qui accipit: melior factus eſt: qui aũt dedit: nihil amiſit. Lucerna etiā ab alia lucerna ſic accēditur vt prima nō extinguat̄. materia eñ alterius ab igne alterius accendit̄. Sic ⁊ ſciētia nō recedit a dante: ⁊ tñ in accipiēteꝫ trāſiuit: cuius cā humana nō eſt. Subſtātia vͦo que ſciam habet: idem eſt apud deum dāteꝫ ⁊ apud accipientem. hec Numenius.

## De verbo dei ſm Philonem iudeum Capitulum. xj.

PHilonez etiā audiamus de verbo loquentem: q̄uis nō recte in oībus: dilucidꝰ tñ hec ita exponentē: vt iure quis credere poſſit nō alium eſſe ſcripture ſenſum quam eccl'ia p̄dicat in eo libro quē inſcripſit Qꝛ peiora ſoleant melioribus inſultare: his verbis vſus eſt. Decet oēs qui ſciaꝫ querũt ad deũ patrē mentē erigere: ſi vͦo nequeunt: ad imaginē ſaltē eius ſcꝫ verbũ ſacratiſſimũ. Itē in eodē. Etſi nondũ aliquis filiꝰ dei appellari dignꝰ eſt: ſtudeat tñ ad p̄mogenitum eiꝰ verbũ angelis oībus antiquꝰ ⁊ quaſi p̄ncipem angelorũ in vltionē ſequi. Origo eñ ⁊ deus ⁊ verbũ ⁊ imago ad quā homo creatꝰ eſt ⁊ iſrael iudeus appellat̄. Quare paulo ante ꝓfiſior ad laudes eoruꝫ fui: dicunt oēs

M.E.C.D. 2016

nos vnius hoīs filios eſſe. Nam etſi nōdum digni ſumus exiſtimari dei filij: ſum⁹ tn̄ perpetue imaginis eius vbi videlicet ſacratiſſimi. Dei em̄ imago eſt verbū antiquiſſimum Percepimus etiā a quodā Moſi ſodaliū dictum ee. Ecce hō cui nomen eſt oriens. No-
Zach. vj. ua inauditaqꝫ appellatio: nec rei cōueniens ſi ex aīa ⁊ corpe hominem dici putabis. Sin vo incorpalem illū qui diuinā habet formaꝫ intelliges: cōmodiſſime oriētis: nec noīe appellatus eſt. Hūc em̄ primū filiū pater oīm oriri fecit: quē alibi ꝓmogenitū noīauit. Filius qꝫ patris vias imitatus: ⁊ ad ꝓmitiua illius exēplaria reſpiciēs ſpecies rerum formauit. Hec ſunt ſummatiꝫ que Philo iude⁹ q̄uis a chriſtiana fide alienus: de dei verbo litteris mandauit.

## ¶ De ſpirituſancto. Cap̄.xij.

Spirituſſanctus predicatur deus: qr ex patre filioqꝫ ꝓcedit ⁊ ſubſtantiā eoꝝ habet. Proprio aūt modo quodam dicit̄ ſpūſſanctus ſm ꝙ refert̄ ad patrē ⁊ filiuꝫ ꝙ eoꝝ ſpūs ſit. Spūs dei ſanctus vocatur: qr patris ⁊ filij ſanctitas eſt. Nam cuꝫ ſit ⁊ pater ſpūs: ⁊ filius ſpūs: ⁊ pater ſanct⁹ ⁊ filius ſanctus: ꝓprie tn̄ ipſe vocat̄ ſpūſſanctus tanq̄ ſanctitas coeſſentialis ⁊ cōſubſtātialis amborum. Spūſſanctus ideo nō dicit̄ genitus: ne duo in trinitate filij ſuſpicentur. Ideo nō predicat̄ ingenitus: ne duo patres in ipſa trinitate credant̄: Procedens aūt di-
Johā. xvj. citur teſtimonio dn̄i dicentis. Multa adhuc habeo que vobis loquar: ſed nō poteſtis illa modo audire. veniet aūt ſpūs veritatis qui a patre ꝓcedit: ⁊ de meo accipiet: ille vobis indicabit oīa. Hic aūt nō ſolum natura ꝓcedit: ſed ſemꝑ ad peragēda opera diuinitatis indeficienter ꝓcedit. Hoc aūt intereſt inter naſcentē filium ⁊ ꝓcedentem ſpm̄ſanctum: ꝙ filius ex vno naſcit̄: ſpūſſanctus ex vtroqꝫ
Rom̄. viij. ꝓcedit. Et ideo dicit apl's. Qui aūt ſpm̄ xp̄i nō habet: hic non eſt eius.

## ¶ De trinitate ſm philoſophos ⁊ poetas. Capitulum.xiij.

Pythagorici trinitatē rerū omnium menſurā eſſe voluerūt: ob eam arbitror rōnem ꝙ deus ternario res numero gubernet: atqꝫ etiā res ipe eo numero terminent̄. Id ſibi voluit diuin⁹ ille Orpheus ⁊ vates ⁊ poeta: qui Iouem principium medium ⁊ finē vniuerſi vocauit. Id etiā zoroaſter ita referens. Omnia ꝑficit pater: ⁊ menti ꝓbuit ſcđe. Itē etiā ꝓſequit̄. Pater ſeipſum rapuit neqꝫ in mente que illū ſequit̄ ꝓprium incluſit ignē. Ariſtoteles ipſe ꝑfectionez eoꝝ que infra actiuoꝝ paſſiuorūqꝫ (vt phyſicis verbiſ vtar) ſpherā incluſa ſunt in tribus cōſiſtere dimenſionibus cōprobauit. Maro ille virgilius id in bucolicis minime preterijt. Necte tribus nodis numero deus impare gaudet. Inſuꝑ primo celi Ariſtoteles de numero ternario inquiēs. De tribus dicim⁹ oē. Per hūc ꝓfatus eſt adhibuiſſe noſmetipſos magnificare deū vnum eoꝝ ꝓprietatibus eminenteꝫ que creata exiſtunt. Mercurius egyptiorum rex ⁊ ſacerdos qui ab oībus dicit̄ Triſmegiſtus quaſi ter maximus: in libro de ptāte ⁊ ſapientia dei in pimandro ita ait. Ex voluntate dei que verbuꝫ cōplexa: pulchrūqꝫ intuita mundū: ad eius exēplar reliqua ſuijpſius elemētis vitalibuſqꝫ ſeminib⁹ exornauit. Mēs aūt deus vtriuſqꝫ ſexus fecunditate pleniſſimus vita ⁊ lux cū verbo ſuo mentē alteram opificē peperit: qui quidem deus ignis atqꝫ ſpūs numen: hec Triſmegiſtus. Et vt omnē refellam: ſi quiſq̄ cōtingeret exoriret̄ ve ſcrupulus: neminen latere debet qđ Thomas de ꝑhis antiquioribus expoſuit. Eos ſiquidem etſi diuina ꝑſonarum myſteria ꝑ ꝓpria: que ſunt patnitas: filiatio: ⁊ ꝓceſſio: minime cognouerint: quibuſdā tn̄ eſſentialibus attributis que ꝑſonis appropriata ſunt ꝑinde a teꝫ potentia patri: filio ſapientia: bonitas ſpirituiſancto contribuit̄: conſtat eos cognouiſſe Recte igit̄ cōſultiſſimeqꝫ ſibi cōſuluiſſe dubitet nemo: qui chriſtianam ⁊ ſubijt ⁊ obſeruat religionem: cum hec vnica etiā gentiliū ſententia ſancta veraqꝫ ſit.

## ¶ De trinitate ſm chriſtianos ⁊ catholicos. Capitulum.xiiij.

Etſi difficilis inter ceteras ſit trinitatis ꝑquiſitio: que fidē cōprobat: cū fides non in rōne: ſꝫ potius in iclinatione quadā cōſiſtat: qua hoīes rōnali appetitu cooperāte diuino lumine in finē ꝓprium dirigunt̄: difficillima tn̄ videt̄: ꝙ ī eadē eſſentia ſint tres ꝑſone: que fere oēs hebreos ⁊ infideles ab hac veritate auertit: Ad qđ attingendū diuerſi fideles eā ſunt ꝓſecuti. Et licet poti⁹ in pria hec veritas a nobis ſit poſſidenda: vbi ꝑ eſſentiā videbit̄: ſciri tn̄ pres



M.E.C.D. 2016

ꝓpter inſtantiam eorum: qui fidei aduer-
ſantur: coacti ſunt ⁊ de hac ⁊ alijs diſſerere q̄
ad fidem ſpectant: modeſte tamē ⁊ reuerēter
abſqꝫ cōprehendendi ꝑſumptione. Nec talis
inquiſitio eſt inutilis cum ꝑ eam eleuetur a-
nimus ad aliquid capiēdum veritatis: quod
ſufficiat ſaltem ad excludendos errores. Cō
ſiderando igitur eſſentiam diuinā: que vti ꝑ-
fectiſſima omnes ꝑfectiones in ſe complecti
tur: ⁊ inter ceteras intelligere ⁊ velle: in qui
bus deo aſſimilamur. Gene. j. Qui ſunt duo
actus eſſentiales in deo: in nobis aūt acciden
tales. ⁊ actione immanēte in nobis produci-
tur verbum. Cum volumus de aliqua re co-
gitare formamus idolum repreſentatiuū il-
lius: quod in nobis eſt accidens: ⁊ aliud ſm
diuerſitatem rerum: in deo aūt nullū eſt ac-
cidens: erit ergo ſubſtantia ſubſiſtens ab in-
tellectu diuino producta. Nec poterit dici in
tellectus: ſed ſubſtātia genita ſimilis produ-
centi in natura eadem: in hypoſtaſi diſtincta
quam quid ſit non facile comprehendimꝰ: ſꝫ
quid nō eſt: qm̄ dicimus talem imaginē ſiue
verbum nō eſſe accidens: nō eſſe finitum: qꝛ
non coequaretur intellectui diuino infinito:
Nec pōt dici intellectus cum ab ipſo ꝓduca
tur: ſimile tamē ſibi in ſubſtantia: que dici nō
poteſt niſi generatio: qꝛ ꝓductio ſibi ſimilis
Ariſto teles. in ſubſtantia dicitur generatio: vt ab Ariſto
tele habet̄. ij. de anima. opus naturaliſſimū
viuentibus eſt generare tale quale ipſum eſt
Verbum ergo dictum ſeu genitū nomen filij
ſibi vendicat. Primum vero ſuppoſitū ꝑ in-
tellectum dicens ſeu generans nomē patris
qm̄ ſibi ſimilem ab eterno ꝓduxit: vt patet ꝑ̄
mo ſententiaꝝ. ⁊ ꝑ Thomam. iiij. cōtra gen-
tiles. Voluntas vero que preſupponit actū
intellectus cognoſcentis ſub ratione boni: q̄
bonitas in deo eſt infinita: in quam volūtas
infinita tendit: ⁊ a qua progreditur amor infi
nitus: cum voluntas ſit infinita: amatum in
finitum: coequatur amor amanti ⁊ amato: q̄
amor dici nō poteſt accidens: ſed ſubſtantia:
cum improbatiſſimum ſit in deo eſſe aliquod
accidens. Erit ergo ſuppoſitum ⁊ a patre: et
a filio ꝑ voluntatem ꝓcedens: ⁊ ab eis diſtin
ctum: quod nō eſt niſi amor: ⁊ ſpirituſſanctꝰ
quem tertiam ꝑſonam nominamus. De tali
veritate dicitur Geneſ. xviij. Abraam tres
vidit ⁊ vnum adorauit. Probatur etiam ps.
cix. Dixit dn̄s dn̄o meo. ideſt pater filio: ſede
a dextris meis. Et in eodem. Ex vtero ante
luciferum genui te. Que generatio a deo di-
cta: nō poteſt intelligi niſi de generatione in
diuinis: cum ante luciferum nihil eſſet in hu
manis. et ps. ij. Dominus dixit ad me filius
meꝰ es tu: ego hodie genui te: ⁊ ſubdit. Poſ
ſeſſionem tuam terminos terre. Que nō poſ
ſunt intelligi niſi de filio dei. Et ps. lxxj. An
te ſolem ꝑmanet nomen eius. erat ergo ante
creationem ſolis. hoc idem ſenſit textus ps.
xliiij. Eructauit cor meum verbum bonum:
vbi de verbo diuino genito a patre. Et ſub-
dit. Sedes tua deus cum ſit vocatiui ca-
ſus: ⁊ ſecunde perſone vocetur a deo loquen
do de verbo diuino eum deum vocat: ⁊ ſecū-
dam ꝑſonam in diuinis oſtendit. Et in eodē
ps. dixit. Vnxit te deus: id eſt te verbū: vn-
xit te deus ſcꝫ pater: te deus ſcꝫ ſpirituſſan-
ctus loquendo ſemper ad ſecundam ꝑſonam
Et Eſaias cap. xlv. Tantum in te eſt deus
⁊ nō eſt deus abſqꝫ te. vere tu es deus abſcō
ditus: deus iſrael ſaluator. Et ps. lxvj. Be-
nedicat nos deus deus noſter: benedicat nos
deus. Ecce ꝙ ter dicit deꝰ qđ nō ſecus niſi de
tribus diuinis perſonis ſentiendum: ⁊ metu
ant eū: vt vnitatem eſſentie oſtenderet. Et
eccleſiaſtici. j. Fons ſapientie verbum dei:
id eſt filium dei. Et ſapientie. ij. loquēdo de
filio dei. gloriatur ſe patrē habere deum. tē
temus que vētura ſunt illi. Si em̄ eſt verus
filius dei: ſuſcipiet eum: ⁊ liberabit eum. hec
cogitauerunt ⁊ errauerunt. Et eſaias dicit ca
pi. vj. Et clamabant alter ad alterum: ⁊ dice
bant. Sanctus: ſanctus: ſanctꝰ dn̄s deus ex
ercituum. Et ꝓuerbiorum. iij. ponunt in deo
tria. Nā iudei dicūt in deo eſſe tres midoth
ideſt tres ꝓprietates. De ſpirituſancto ſcri-
bitur ſapientie. ix. cap. Senſum tuum. ideſt
filium tuum: quis ſciet niſi tu miſeris ſpiri-
tumſanctū tuū de altiſſimis. Et eſaie. xliiij.
Effundam ſpiritū meum. Et. xlij. Dedi ſpiri
tum meum ſup eum. ⁊ Geneſ. j. Spiritꝰ do-
mini ferebatur ſup aquas. Et zacharie. xij.
Dicit dn̄s. effundam ſup domum Dauid: ⁊ ſu
per habitatores hieruſalem ſpiritum gratie.
Et ſapien̄. j. Spiritus dn̄i repleuit orbē ter
rarum. Et ps. xxxij. De ſpiritu oris eius om
nis virtus eorum. Et ezechiel. xxxix. vbi dixit
Non abſcondam faciem meam ab eis: eo ꝙ
effuderim ſpiritum meum ſuper omnem do-
mum iſrael.

¶ De angelis ſm platonicoꝝ opinionē zoroa
ſtem: Ariſtotelē Auicēnā ⁊ hebreos. C. xv.

ANgelum prorſus immobilē
eſſe nōnulli ex platonicorū fa-
milis arbitrant̄: eſſentia: virtu
te: actione: qm̄ ſemꝑ ſit idem:
eque poſſit: intelligat ſemꝑ oia.

M.E.C.D. 2016

ſimul. ⁊ velit eadem: ⁊ quantū in ſe eſt: agat ſubito quicquid agit. Sunt autē angeli immobilē vitam agētes abſq; corporibꝰ. Quis enī neget icorporee ſubſtātie ſm generis ſui naturā conuenire magis vt extra corpus ſit: q̄ vt in corpore? Ideoq; plures illius ſpēs a corpore ſeiunctas q̄ coniunctas eſſe debere. Quod enī generi cuilibet naturalius eſt: id in eo exiſtit vt plurimū. Tales quidē ſunt angeli: qui ſi corpora mundi mouent: ipſi motis corporibus nullo modo mouētur. Anime tamen dū corpora trāſferunt: ipſe quoq; ferūtur. Motor qui vna cum moto corpore peruagatur: perpetuū ſtabilemq; tenorē ⁊ ordinē mouendi non ſeruat: niſi preſit illi motor immobilis. Ideo mundane reuolutionis perpetuus ordo teſtatur eſſe aliquos ſuper aīas motores imobiles. Sic alicubi erit actio ꝓcul a paſſione. vt ſicut corpora mouent̄ quidē nō mouēt: ſic āgeli mouēt ⁊ nō mouent̄. De quibus inquit Zoroaſter cum ait. Mundus habet intellectuales rectores imobiles. Angelos eſſe: atq; eſſe multos Ariſtoteles in libro. xj. diuinorum abunde ſatis probat. Hebrei autem poſterioreſq; philoſophi mentes illas: angelos: nunciosq; nomināt. Quorum precipuos non eſſe pauciores q̄ decem alicubi diſputat Auicēna noſter. Alibi vero multoplures ſignificare videt̄. Ariſtoteles aūt haud quaq̄ pauciores eſſe q̄ celeſtes motus eūq; numerū probabili ratione cōputaſſe fatetur. Quod autē neceſſariū ſit: ſapientioribus ſe dimittere: quaſi qui ſuſpicabatur: ne forte mētes ille ſm actionē ſuā propriā ꝓcipuāq;. i. itelligētiā potiꝰ q̄ ſm actionē cōem atq; poſteriorē ideſt motū eēnt dinumerāde

¶ De angelis ſm dionyſium areopagitam. Iamblicū ⁊ Proculum Cap. xvj.

Subſtantie intellectuales: que optime ſūt ac ꝑ ſe exiſtūt: fineſq; ſunt corporalium oīm que illius grā ſunt ꝓcreata: longe plures numero ſunt: q̄ ⁊ ſpherarum motus ⁊ corpora omnia. Quod dionyſius areopagita teſtatur dicens: plures eſſe intellectualiū ſpecies ſeparatas: q̄ corporalium. Merito potentiſſimus vniuerſi creator opus ſibi ſuum q̄ſimillimū reddere ⁊ potuit ⁊ ſciuit ⁊ voluit. Simillimū vero ī hoc ipſo potiſſimum procreauit: ꝙ abſolutas mētes: q̄ ipſi oīm ſimillime ſunt: vltra cōiū-
Capl'o vij. ctas materie formas imēſo (vt ita dixerim) ſpatio dilatauit. Hinc illud Danielis ꝓphete. Milia miliū miniſtrabāt ei: ⁊ decies centena milia aſſiſtebāt ei. In diſtinguēdis aūt ordinibus angelorꝫ Dionyſius ternario nouenarioq; numero ıprimis: necnō interdū ſeptenario vtit̄. Quinetiā duodenariū in chriſtianorꝫ miſterijs reperimus. Idem ⁊ Proculus Iamblicuſq; platonici poſt Dionyſiū obſeruarūt. Supremos enī ⁊ medios angelos ternario ⁊ nouenario diuidūt. Sequētes autē ſeptenario: poſtremos deniq; duodenario ordinū numero ptiūtur. Qm̄ vero apud platonicos gradus corporꝫ ſunt rationaliū aīaꝝ vmbre. Aiarum vero gradus ſunt imagines angelorꝫ: iccirco nōnulli angelorum ordines: ſm ordines corporꝫ ſimul aīarūq; diſtinguūt

¶ De ordine in ſpiritibꝰ: ⁊ q̄ angelos ⁊ animos ſemper fuiſſe falſum ſit ſm platonicos: Auicennā ⁊ Plotinum. Cap. xvij.

Spiritus ille ſupremus eſt: qui fuit ſemper ⁊ erit: is ē deꝰ. Sunt ⁊ ſpūs infimi beſtiarū: q̄ nec ſemp fuere: nec erūt. Medij ſint oportet duo q̄daꝫ ſpūs inter extrema plurimū diſcrepātia: q̄ ꝑtē ꝑmi illius ſpūs habeāt: partē ſpirituū infimorū. Quo igit̄ pacto hos medios componemus? Nūquid dicemꝰ eos fuiſſe ſemp: ſed nūq; deſinere? Minime. Qd enī fuit ſemp: id ꝑ infinitā virtutē vixit in infinitū: infinita virtus nūq̄ minuit̄. Quare ſi fuerint ſemp: ſempq; ⁊ erūt: atq; pares in duratione ſunt deo: non medij ſpūs. Ergo vt ı pſeuerātia medij ſint: oportet eos cepiſſe q̄nq;: deſinere nūq̄. Qui etſi ex nihilo facti ſunt: non tn̄ vertent̄ in nihilū. Ipſum qd dicimus nihilū: in eorꝫ creatione neq; materia: neq; effector ipſorꝫ eſt: ex quibus fiant. Neq; etiā terminus forſitā vn̄ fiant. Neq; etiā terminus reuera: ſed dicit̄. Non ergo cogunt̄ ipſius ſequi naturā ꝑ quā in nihilū reuertant̄: quā quidē naturam ante reiecerant: q̄primū in eſſe prodirent: immo naturā illā ſue cauſe ſeruāt: vn̄ eſſentiā acceperunt: vt per eandē infinitā virtutē in ipſo eē ſeruent̄ ꝓcul a nihilo. ꝑ quā ex nihilo emerſerūt in eē poſthabito nihilo. Haud ergo abſurdum eſt: quod ab infinito principio: atq; infinito fine. ideſt deo proxime procreatur: cogitare finem non habiturū: cū multa etiā que ab initio ac termino quodā finito procedunt rite conſiderentur abſq; fine procedere Sic enī ab vnitate numerus. Sic a puncto mathematica linea. Sic a preſenti momēto futurū tēpus abſq; fine nihilo prohibente. ꝑ



M.E.C.D. 2016

gredi cogitatur. Aliquid vero creatum fore
ſemp: pſertim animā nō christiana dumtaxat
religio: ſed etiā Aboali noster tanq̄ philoſo
phus probat. Itaqꝫ angeli vnū quidē mediū
obtinent inter deū ꝛ beluas. Alterū mediuꝫ
ſtatim poſt angelos ſortite ſunt hoīm anime
que cū angelo conueniunt eo q̄ ſemp erunt.
Differūt autē eo q̄ nō fuerunt ſaltem p oīne
tempus vt angeli: qui ab initio rerū orti na
turali ordine ante celi curſum cuius comes ē
tēpus: licet non fuerint per omnem eternita
tem: tamē per omne tempus fuere. Anime
noſtre poſt temporis ortum nate cedunt an
gelis. Neqꝫ tamen ſunt temporales. Nam
deus per idipſum eternitatis ſue punctum
quod ſemper eſt idē ꝛ vniuerſum ſuperemi
net cōplectiturqꝫ temporis ambitū in quo an
gelos procreauit: animas quoqꝫ hominū pro
creat. Igitur ſupra tēporis peſſiones fiunt
hominū anime: q̄uis fiant poſt tēporis ortū
Anime vero brutoꝝ ꝛ poſt ortum tēporis: ꝛ
ſub temporis paſſionibus generantur: quia
non fiunt a deo per eternitatē dei proxime:
ſed per celorū cōuerſiones aīarūq̄ virtutes
Quo fit vt nō viuāt ſemp. Nam ꝛ mutationi
tēporis ſunt obnoxie: que per celi motū ſunt
facte ſub tempore. Et ſi quid habent precla
ri id totū defluit iugiter ab ipſo tertie eſſen
tie fonte: cuius ipſe nō riuuli ſūt: ſed vmbre
Iccirco platonici eas non putant idola que
dam anime mundi: vel anime ſphere illius
quam habitāt: mediaſqꝫ inter eſſentiā tertiā
diſponūt ꝛ corporū qualitates. ad hanc tamē
eſſentiā reducunt eas vt vmbras. Hinc Plo
tinus ille philoſophorum maximus inquit.
Quemadmodū ab vno vultu multe per ſpecula
multa diffunduntur imagines: ſic ab anima
ſphere in corpora brutoꝝ multa anime vni
ſimulacra multa. Corpora inq̄ brutoꝝ quib
hūane non inſunt aīe. vbi em̄ he ſunt: ibi po
tētia irrationalis rationalē aīe noſtre ſubſtā
tiā ſequit velut vmbra. Aīe ꝟo nr̄e quotidie
creantur. Sed cur noue quotidie a deo crean
tur? An non poterat deus mundo conſtructo
creare ſimul animas cunctas: quemadmodū
cunctos in mundi exordio angelos procrea
uit? Reſpondebit chriſtianus. Non decuit.
Sed de his alias. Secundum ergo platoni
cos ſuper angelum eſt deus. Quoniam ani
ma eſt mobilis multitudo: Angelus autem
multitudo immobilis. Deus immobilis vni
tas.

Differūt aīe ꝛ āgeli

¶ Quid anima rationalis ſm platonicos. Cap. xviij.

Animam rationalē ſubſtā
tiam eſſe platonici affirmāt
alioquin ſubſtantiā perfecte
cōprehendere ꝛ diffinire nō
poſſent. Nō poſſent vel eſſe
aliquid preſtātius accidēte:
vel q̄tum accidens a ſubſtantia deficiat iu
dicare atqꝫ metiri. Dicunt non eſſe corporeā
ꝛ mortalem. Non enim incorporea ꝛ immor
talia caperent: atqꝫ a corporalibus mortali
buſqꝫ diſcernerent. Dicunt q̄uis rationis ſit
particeps: non tamen ratione ipſam: vt qui
dam exiſtimant eſſe. Nam ꝛ in rerum ratio
nibus aſſignandis a veritate: ꝛ in rebus agē
dis a ratione aberrare non poſſent. Potius
igitur a ratione aberrat: qui animam eſſe ra
tionē affirmat: q̄ qui negat. Proinde ratio
aut ſubſtantia eſt: aut qualitas. Si ſubſtan
tia ratio ſm eſſentiaꝫ eſt ſumma abſoluta ac
penitus infinita: qualis nō anima: ſed ſolus
eſt deus. Si qualitas eſt accidens virtuſqꝫ
potius q̄ anima eſſe videtur. Animā vero q̄
ſubſtantie corporis formando mouendoqꝫ in
partes contrarias atqꝫ ſiſtendo libere domi
natur: qualitateſqꝫ quodammodo cōtrarias
viciſſim induere poteſt: nemo qualitatem ac
cidēſqꝫ eſſe audeat affirmare. Quo em̄ pacto
vel accidens vel occidens dici poteſt: que p
omnia tam ſubſtantiarum: q̄ accidentiū ge
nera ſpecieſqꝫ eque diſcurrit. Reflectitur q̄
in ſeipſam: tum affectu tum cognitiōe: atqꝫ
iccirco etiā vita: vtpote q̄ ſibimet inhereat:
nō ſubiecto ſiue corporeo inſtrumēto totiēs
agit quotiēs attingit: eligit īcorporalia: eaqꝫ
a corporeis recte diſcernit. Inclinationi cor
porali ſepe repugnat. Neqꝫ quieſcit in corpe
Deniqꝫ q̄to longius ſe a corpore ſeuocat: tā
to efficatius intelligit: ac melius feliciuſqꝫ ſe
habet. Anima igitur ē ſubſtātia incorporea
rationalis ꝛ immortalis corpori regendo ac
commodata. Hanc antecedere corpus multi
inter platonicos arbitrantur. Peripatetici
econtra. Pariſienſes aūt noſtros quos oīs
catholicus inſequtur: reor peripateticos eſſe
ꝛ cū iſtis de creatiōis ordine ſentio Nihil em̄
magis ad hominē pertinet q̄ que de aīa di
ſputāt. Sic ꝛ delphicū illud preceptū imple
tur. Noſce teipſum. Et cetera oīa ſagatius:
que vel ſupra animā: vel infra animam ſunt
inueſtigātur. Quo em̄ pacto capere alia abū
de poſſumus: niſi animam ipſam per quaꝫ ca
piēda ſunt alia capiamus? An non abutitur
anima qui intueri eam non ſtudet: per quam
ꝛ cuius gratia intueri cuncta deſiderat? Aīa
rationalis quemadmoduꝫ oēs fere platonici

Quid aīa.

Pariſienſes peripatetici ſunt

M.E.C.D. 2016

conueniunt: in orizonte. ideſt in cõfinio eter-
nitatis ⁊ temporis poſita eſt: qm̄ inter eter-
na ⁊ temporalia naturam mediam poſſidet: ⁊
tanq̄ media rationales vires actioneſqꝫ ha-
bet ad eterna ſurgentes. Habet quoqꝫ vires
operationeſqꝫ ad tēporalia declinantes. Me-
Diuerſe inclinatiões vñ oriantur. rito igitur cum ex diuerſis naturis inclina-
tiones diuerſe naſcantur: eoipſo ꝙ animam
videamus: tum ad eterna: tum ad tempora-
lia vergere: eam ex vtriſqꝫ naturis conſtitu-
tam eſſe cognoſcimus. Partem quidem illā
anime ſuperiorē Plato noſter in regno Sa-
turni. id eſt mentis ⁊ prouidentie: Inferiorē
autem in regno Jouis. ideſt vite fatiqꝫ loca-
uit. Quapropter anima Jani bifrontis in-
ſtar vultum geminū habere videtur aureum
ſcꝫ ⁊ argenteū. illo ſaturnia: hoc iouialia re-
ſpicit. Aſpiciendo aūt iudicat atqꝫ appetit.
Eterna amare preſtat: q̄ iudicare. Difficilli-
me iudicantur bene. Male amari nunq̄ pñt
dūmodo ardenter amentur: que nunq̄ nimis
immo neqꝫ ſatis amantur. Tēporalia iudica-
re ſatius ē admodū q̄ diligere. Judicant̄ vt
plurimū ſatis belle. ſed vtplurimū turpiter
diliguntur. Profecto iudex rei iudicande for-
mā in ſe transfert: amator vero ſe trāſfert in
amati formam. Satius eſt inferiora ad nos
attollere iudicādo q̄ nos ad illa amando deij-
cere. Satius eſt ad ſuperiora nos per amorē
erigere: q̄ illa ad nos demittere per iudiciū.
Verū quādo ſepatus animus eſt: progredit̄
Aīa ſeparata aliter cognoſcit q̄ ꝯiūcta aliter q̄ in corpore. Nam in corpore animus
a ſingulis ad ſpecies: a ſpeciebus tranſit ad
rationes. Separatus aūt econtra. Nempe a
familiaribus ſuis naturaliter tunc incipiens
in diuinis rationibus naturali intuitu natu-
rales videt ſpecies: ac ī ſpeciebus quaſi ſub
ita quadam argumentatione: et tamen mo-
mento inſpicit ſingula. Hinc circulus ab eo
fit a tempore ad eternitatem: ab eternitate
rurſus ad tempus. Ergo quemadmodum ita
coniunctus materie fuit vt ſeparabilis foret
⁊ aliquādo ſeparatus exiſteret: ſic deinde ita
ſeparatus exiſtit vt rurſus iungibilis: ſic et
aliquando vinctus. A naturis procedunt vi-
res. Nature a viribus iudicantur. Nam ab
infinita potentia: ſapientia: bonitateqꝫ regi-
tur. Non igitur fruſtra vires ſunt naturales
Hac argumentatione ad animorum circui-
tum ſempiternum: vti veriſimiliter fortaſſe
poſſunt platonici. Eadem veriſſime ad cor-
porum humanorum reſurrectionem hebrei:
chriſtiani: mahumetiſte vti poſſe videntur.
Anima igitur in corpore ſm̄ platonicos pro-
cedit cognoſcēdo a ſingulis ad ſpecies: a ſpe-
ciebus ad ideas. Extra corpus ediuerſo pro-
greditur. ſcꝫ ab ideis ad ſpecies: a ſpeciebus
ad ſingula. Scd̄m etiā Platonē vna in hoīe Anīa vna tres vires.
anima eſt tres in anima vna vires. Opere-
precium eſt ipſum audire in. iiij. de repu. lib.
ita hac de re diſputantem: vt hoc ipſum ha-
beat certū: anime ſcꝫ ſubſtantiā eſſe vnā: vi-
res vero eiuſmodi ſimul in aīa plures: ſic em̄
inquit. Res vna eademqꝫ contraria quedaꝫ
aut agere aut pati eodem tempore ſm̄ idem
⁊ ad idem nunq̄ poteſt. Qꝫ ſi quid moueri ſi-
mul ⁊ quieſcere videat̄: aut id per aliā quidē
ſui partē mouebitur: per aliā vero quieſcet.
ceu ſi quis alterā manū moueat: altera quie-
ſcente. Aut certe ratione alia mouebit̄: alia
vero nequaq̄. quēadmodū ſphera in rectum
quidē nō mutat̄: ſed interim rotatur in orbē
dū fixa ꝑmanet circa centrū: ergo centro ma-
net: circūferentia voluitur. Quid em̄ ꝓhibet
quo minus vna ſit aīa viribus tribus muni-
ta: que q̄uis proprietate inuicem diſcrepēt:
vbiqꝫ tm̄ in eadē aīa ſimul ſint vbicunqꝫ to-
ta ſimul eſt anima.

Quid celū. anima: angelus: deus: atqꝫ de differentia viſibilis lucis ⁊ inuiſibilis. Et ꝙ lux ſit in elementis: celo: anima: angelo: et deo ſm̄ platonicos. Cap. xix.

CElum eſſe dicūt platonici
lucē quādam abſqꝫ materia
quodāmodo corporalē. aīam
lucē quādā ſine q̄titate ma-
gnā. Angelū lucē ſine motu
celerrimā. Deū lucē abſqꝫ q̄-
litate optimā atqꝫ potētiſſimā: cuius calorē
volūtate prius certiuſqꝫ ⁊ vehemētius expi-
mur: q̄ꝫ intelligētia lumē. In hoc potiſſimū
differt lux inuiſibilis a viſibili: ꝙ viſibilis q̄-
dē tam in igne q̄ꝫ in celo extrinſecus veniēs
illuīet priuſq̄ calefaciat. Inuiſibilis autem
ecōtra intriſecus agēs quodāmodo calefacit
añq̄ꝫ illumīet. Ideo ī illa a viſu ad tactum.
In hac q̄ſi a tactu quodā ī viſuꝫ ꝓgredimur
Hūana pulchritudo videt̄ priuſq̄ꝫ amet̄. Di-
uina vero amat̄ vt videat̄. Sꝫ in illa q̄ vi-
det ſpe miſerabiľr poſſidetur: In hac videre
nihil ē aliud q̄ꝫ feliciter poſſidere. Igit̄ fru-
ſtra nimiū ꝯtraqꝫ ordinē nature laborat: qui
cūqꝫ deū abſqꝫ ſingulari eius amore cultuqꝫ
credit ſe poſſeſſurum: vel repturū ſperat an-
teq̄ꝫ amaturū. Scd̄m platonicos etiā lux in
elementis facile perſpicitur oculis: quorum
complexio conſtat ex elementis. Lux in celo
quāuis amplior: difficilius tamen aſpicitur.
remotior em̄ oculoꝝ qualitas ē a celo lux in

anima nullo modo videtur: ſicuti neque lux ſolis a noctua: quia nimia eſt: neque ad eam corpalis ſenſus ullam habet proportionem: ſed rationalis anime diſcurſu aliquo cogitatur. Lux in angelo neque videtur: neque etiam cogitatur. Eſt enim ſupra ſenſus proportionem: & ſupra temporalis diſcurſionis capacitatem: verumtamen intelligitur. Congruit enim anima cum angelo in ſua quadam intelligentia ſtabili: potius quam mobili cogitationis diſcurſione. Lux in deo quia etiam limites intellectus excedit omnino naturali hominis intelligentia non intelligitur: ſed creditur potius & amatur: atque amata gratis infuſa videtur. Huius nempe amore accenſus animus quo flagrat ardentius: eo refulget clarius: diſcernit quoque verius fruiturque ſuavius. Hinc Plato aſſerit divinam lucem: non rationis digito demonſtrari: ſed perſpicua pie vite ſerenitate capi. Igitur apud platonicos guſtus animi amaro corporis humore infectus divinorum ſaporem aut nullo modo: aut vix & rariſſime guſtat. Ideo ad lucem intelligibilem intuendam mentis obſtacula tria enumerat.

Tria mētis obſtacula.

Primum: quia eſt coniuncta corpori. Secundum quoniam animus ad corpus afficitur. Tertium: quoniam animus vertit aciem ad corpea. Ratio eius immortalitatis eſt quoniam intelligit incorporea ſine corporis inſtrumento. Attingit formas ſeparatas: ſeparatasque coniunctas: intelligit non nihil ad cuius intuitum proprium fantaſma aliquando non eſt neceſſarium. De eius immortalitate Cato maior apud Ciceronem ita locutus eſt. Quod ſi in hoc erro quod animos hominum eē immortales credam: libenter erro. Nec mihi hunc errorem quo delector extorqueri volo. Sin mortuus: ut quidam minuti philoſophi cenſent: nihil ſentiam: non vereor me hunc errorem meum mortui philoſophi irrideant. In hunc fere modum quamquam exactius ſanctiſſima quedam cavillatio proditur: qua redargutum philoſophum quendam impium ab religioſo noſtro homine ferunt. Quero (inquit) abs te immortalis eſt anima nec ne: Si mortalis: credentes eam immortalem nulla commoda comitabuntur. At ſi fuerit immortalis: & id non crediderimus: maxima in nos detrimenta redundabunt. Non eſt ambigendum illam eſſe immortalem: nec ab hoc quiſpiam recte diſſentire poterit: niſi mentis emote & penitus abalienate fuerit. Miſſas ergo facientes gentilium opiniones auctoritateſque & rationes etiam efficaciſſimas a noſtris theologis: qui pariſienſi ſtilo ſcripſerunt excogitatas: Auguſtinum Ambroſium: Gregorium atque Hieronymum perquiramus qui ſatis ab unde de animi immortalitate ſcripſerunt.

¶ De demonibus. Cap. xx.

Spiritus illi demones appellantur: qui in celo ab omnium rerum opifice creatos de celi ſublimitate deiecti: partim in terre infimo: partim in hoc aere veluti congruo ſibi carcere damnati ſunt: nocendi ſemper cupidi: a iuſticia ſemper alieni ſuperbia tumidi: fallacia callidi: invidencia lividi. Et quoniam Porphirius alios bonos: alios malos demones putat: age iam videamus: certiſque rationibus approbemus malignos eſſe omnes demones: quos gentilitas loco deorum eos veneretur. Quod quidem hoc modo demonſtrare conabimur. Omne quod bonum eſt: non prodeſſe non poteſt: & econtra quod malum eſt. Demones autem & dii gentilium Saturnus Juppiter: Juno: minerva: & ſimiles: ac inviſibiles virtutes: que in ſimulacris. & per ſimulacra operantur: non ſolum brutorum immolationibus animalium: quod iniuſtum & abominabile Theophraſto & Porphirio eſſe videtur. verumetiam cede & ſanguine hominum ſummopere gaudent. Quomodo igitur boni demones iſti erunt: & non ſceleſti atque pernicioſi ſpiritus.

¶ Quattuor vite genera ſecundum hebreos chriſtianos & philoſophos. Cap. xxi.

In univerſo genera vite quattuor ſunt: celeſtis: purgatoria: mundana: infernalis. Summum vero beatitudinis celeſtis vite Plato concludit in Epinomide ubi ait Animum purgatiſſimum omni tum mutabilitate firmatum: tum multiplicitate collecta ſeſe in propriam unitatem intellectu ſuperiorem omnino conferre: perque hanc in unitatem divinam intelligibili mundo ſuperiorem iam tranſferre: deoque potius vivere quam ſeipſo: cui certe mira quadam ſupra intelligentiam ratione ſit coniunctus. Sed de vita celeſti in ſuperioribus ſatis dictum eſt. Purgatoriam vero vitam: que a multis hereticis negatur: Plato etiam cum celeſti affirmat. unde in Sympoſio ait. Purgatas animas que divinam pre ceteris pulchritudinem amaverunt: tandem in ipſum divine pulchritudinis pelagus ſeſe prorſus immergere: divinoſque ibi liquores non tantum bibere: ſed etiam in alios iam ex ſeipſis effundere. Purgatorium hic intelligit cum dicit:

Vita celeſtis

Purgatoria

M.E.C.D. 2016

purgatas animas. Dauid regius propheta
idem teſtatur cum ait. Tranſiuimus ꝑ igneꝫ
ij. Ma ⁊ aquam: ⁊ eduxiſti nos in refrigerium. Iu-
cha. xij dam machabeum virum fortiſſimū cōmen
datum legimus: q̄ꝛ. xij. milia drachmas argē
ti miſit hieroſolymam: eas ibi offerri ꝓ pec-
catis mortuorum: iuſte ⁊ religioſe de reſurre
Ibidē ctione cogitās. Audiui ⁊ ſepius in officio qḋ
j. Cori eccleſia de mortuis frequētat. Inſuper ⁊ ibi
thio. iij additur. Sancta ergo ⁊ ſalubris eſt cogita-
tio ꝓ defunctis exorare: vt a peccatis ſoluan
tur. Apoſtolica quoq̄ꝫ tuba ad Corinthios a-
Mat- perto ſermone de purgatorio inſonuit: cuꝫ in
thei. v quit. Uniuſcuiuſq̄ꝫ opus quale ſit ignis ꝓba-
bit. Audi ⁊ euangeliſtā Mattheū: hic domi-
num dixiſſe refert. Eſto conſentiens aduerſa
rio tuo ⁊c. Et ſequitur. Ne in carcerē mitta
ris. Amen dico tibi nō exies inde donec red-
das nouiſſimum quadranteꝫ. Et infra. Qui
dixerit verbuꝫ in ſpiritū ſanctum non remit-
tetur ei neq̄ꝫ in h̄ ſeculo: neq̄ꝫ in futuro. Sūt
Vita i igitur vt infert ſanctiſſimus Gregorius: que
ferna- dam peccata que in alio ſeculo remittuntur.
lis. De vita infernali ſcribit Plato in Phedone
ita. Qui vero ob ſcelerum magnitudinē inſa
nabiles eſſe vidētur: qui videlicet ſacrilegia
multa ⁊ magna: vel cedes iniquas: vel alia
horum ſimilia ꝑpetrauerint: hos omnes con
ueniens ſors mergit in tartarum: vnde nun
q̄ egrediunt̄. Et de purgatorio ita ꝓſequit̄.
Qui aūt ſanabilia quidem peccata: ſed ingē
tia cōmiſerint: veluti ſi qui contra patrem vl̄
matrem irati ꝑ vim aliquid fecerint: ſed peni
tentia ducti: eos in cetera vita coluerint: vel
qui ſimili quodam pacto fuerint homicide:
Vita eos in tartarū quidem neceſſe eſt cadere. Sꝫ
mū da- ibi ꝑ aliquod tempus a fluctu eijciuntur: finē
na. q̄ꝫ malorum accipiunt. De vita mundana Ia
Iaco- cobus apl̄s inquit. Que eſt enī vita veſtra?
bi. iiij. vapor eſt ad modicū parens ⁊c. In duorum
primorū fratrum nominibus mōſtrata eſt to
tius poſteritatis conditio. Cayn enim inter-
pretatur poſſeſſio vel lamentatio. Abel vero
vanitas vel luctus. Quid his appellationi-
bus oſtendit̄: niſi poſſeſſionibus hominū la-
ps. lx- menta coniungi: ⁊ omnia cum luctu ⁊ vani-
xix. tate collabi. Et in pſalmo dicit̄. Quoniā om
ibideꝫ. nes dies noſtri defecerunt: ⁊ in ira tua defe-
cimus. Sequitur. Anni noſtri. ideſt vite cur
ſus: ſicut aranee meditabuntur. Vita enī no
ſtra dupliciter meditatur vt aranea: ⁊ q̄ ſem
per araneaꝝ more meditamur inſidias: quo-
tidieq̄ꝫ ad opes: ad honores: mille retia ten-
dimus. Et q̄ opera noſtra ſicut aranearuꝫ te
le fragilia modico quouis vento diſſipentur

Cum enī credimus in portum noſtra traxiſſe
negocia: quicquid diu nitendo cuderamus: Virgi.
leuiſſimi rumuſculi aura: ⁊ vnius verbi vo- iij. ge
ce demergitur. De hac vita poeta clariſſimus orgi.
inquit. Optima queq̄ꝫ dies miſeris mortali-
bus eui Prima fugit: ſubeunt morbi triſtiſ- xiiij. ca
q̄ꝫ ſenectus Et labor: ⁊ dure ſubit inclemen- pi.
tia mortis. Et Iob clamat. Breues dies ho
minis ſunt: numerus menſiū eiꝰ apud te eſt
Conſtituiſti terminos eius qui preteriri non xvij. ca
poterunt. Et item illud. Si ſuſtinuero: ideſt pi.
etiam ſi patienter omnia tulero: infernus do
mus mea eſt: hoc eſt in ſepulcruꝫ iturus ſum
Moritur enī iuſtus pariter ⁊ iniuſtus: ⁊ in xxx. ca
puluerem redit omnis caro. Et profecto cum ps. cij.
ſancto Iob dicere poſſumus. Comparatus
ſum luto: aſſimilatus ſuꝫ fauille ⁊ cineri. Nā
⁊ in pſalmo dicitur. Recordatus eſt quoniam
puluis ſumus: homo ſicut fenum: dies eius
tanq̄ flos agri ſic efflorebit. Quoniam ſpiri-
tus. ideſt anima pertranſibit in illo ⁊ nō ſub-
ſiſtet: ⁊ nō cognoſcet amplius locum ſuum.
Nam per morteꝫ ſic de locis ac domibus no ps. xl-
ſtris eijcimur: vt q̄ꝛ nunq̄ amplius redimus viij.
ea ignorare videamur. Et ī alio pſalmo. Re ps. xxx
linquent alienis diuitias ſuas: ⁊ ſepulcra eo- viij.
rum domus illorum in eternum. Et in alio.
Ecce menſurabiles poſuiſti dies noſtros: et
ſubſtantia mea tanq̄ nihilum ante te: verū-
tamen vniuerſa vanitas omnis homo viuēs
Omnia namq̄ꝫ que in hac mundana vita poſ
ſidentur vana ſunt: ⁊ omnis homo viuēs va Ibideꝫ
nus eſt. ſubdit̄ enī. Theſaurizat ⁊ ignorat cui Reſpō
ꝯgregat ea. Vera igitur illa vox eſt. Teipm̄ ſum A
cognoſcēs felix Creſe eris. Nam cum quis polli-
ſe diligēter explorat: ⁊ quid ac quanti ſit eſti nis del
mat: continuo cum Horatio dicet. Puluis et phici a
vmbra ſumus. Et ad deum cum Iob clama pud xe
bit. Contra folium quod vento rapitur oſtē- nophō
dis potentiam tuam: ⁊ ſtipulam ſiccam per- tem.
ſequeris. Et ego quaſi putredo conſumen- ca. xiij.
dus ſum: ⁊ quaſi veſtimentum quod comedi
tur a tinea.

¶ Auree ꝓpoſitiones ex platonicorū: ⁊ ꝓ
cipue Plotini theologia excerpte. Ca-
pitulum vltimum ⁊ vniuerſale oīm iam
dictorum contentiuum.

Mundus intelligibilis. id
eſt ens primum eſt verū vni
uerſum: atq̄ꝫ magnum: quoni
am ⁊ cuncta entia eſt: ⁊ eſt in
q̄libet ſui totū. Nec eſt in vni
uerſo. Et cum dicitur vbiq̄ꝫ

M.E.C.D. 2016

eſſe: eſt ipſum quod appellatur vbiq;. Mundus vero ſenſibilis eſt vere paruum qz vbiq; conſtat ex paruis. Atq; eſt in mundo ſuperiore: nõ tanq̃ in loco continente: nec tanq̃ in interuallo quodã vacuo: ſed tanq̃ in efficiẽte: ſeruante: ſiſtẽte mouente: cõprehẽdẽte

Mundus intelligibilis excellentia poteſtatis vires ſuas ꝑ omnes partes mũdi diffundit: ⁊ vnicuiq; parti totus adeſt: interea ſupeminens.

Vna eſſentia prima ideſt mens diuina vbiq; tota eſt. Similiter vna mundi aĩa. Nec multitudo partium mundanarum impedit: quo minus vna ſit vbiq; tota: Nec vnitas p̃me mentis ⁊ anime prohibet quin multe p̃terea mentes ſint ⁊ anime.

Omnis intellectualis anima eſt exp̃ſſa imago ⁊ virtus quedam intellectus primi per eſſentiam immobilis: quoniam ab immobili ſolum exiſtit eſſentia.

Anima noſtra tota: totiſq; viribus cuilibet mẽbro adeſt: q̃uis alia membra vires inde alias ⁊ magis minuſue accipiant.

Similiter ad mũdi partes anima mundi atq; mens diuina ſe habet.

Quod in mundo corporeo eſt extenſio quãtitatis: id in mundo vite eſt poteſtatis exceſſus. Et quando ille dicit̃ eſſe hic ⁊ ibi: nullã ibi localem cõditionem ſuſpicari debemus: ſed quicquid vbicunq; eſt: totum illum mox inuenire preſentem.

Si vniuerſus ille vite ideſt animarũ intellectualium cetus: vna cum prima mente ⁊ anima prima conſpirans ſemper totus ⁊ indiuiduus eſt vbiq;: ſequitur nec ille vſquã locali motu accedat ad corpora: ſ; effectu quodam: nec corpora ad illum niſi quadam preparatione formabili: ferme ſicut ignis ad proximum ſulphur: vel lumen ad contiguũ diaphanum atq; viciſſim.

Mundus ſenſibilis tribus precipue modis eſt diſperſus. Extenſione diuiſioneq; locali. Item ſucceſſione temporali. Rurſum mutua qualitatum contrarietate. Mundus vero intelligibilis ideſt prima idearum plenitudo: nullam admittit eiuſmodi diuiſionem. Similiter neq; mundus vite ideſt aĩarum intellectualium cetus cum prima mẽte eiuſq; ideis mirabiliter copulatus.

Mundus intelligibilis: ac etiã mundus vite ſi nullam in ſe diuiſionem admittit ꝑtinentem ad locum. tempus: contrarietatem: nec ab vllo ſubiecto locoq; dependet: merito totus ſemꝑ eſt vbiq;.

Communis oĩm ſentẽtia: atq; ipſa rõ dictat vnũquemq; deorum vbiq; ſimul exiſtere. ſ; vt deus vniuerſum ſimul obſideat locum: nõ cogitur rarefieri aut diuidi: alioquin corporeus foret: ⁊ debilitaretur: ⁊ interiret. Eſt igitur idem vbiq; totus

Si conſideres in prima mente ideas cũctas atq; ſingulas: mox in qualibet idea agnoſces totam plenitudinem idearũ: eius tamẽ idee diſtincta ꝓprietate ſeruata. Itẽ intellectualis quidẽ anima: ſi plura viciſſim formet corpora: vna eſt in multis. Sed penes mundũ intelligibilem multa potius in vno ſunt: vel circa vnum.

Anima noſtra intelligit plenitudinem idearum ſcz conuerſa ad intellectum ſuum: neq; tñ illic ꝑ idearum imagines: ergo ipſa ꝑ intellectum eſt vniuerſum. Atq; ita in vniuerſali rerum forma oẽs anime ſunt quodãmodo vnum: q̃uis ſua quadã ſingule ꝓprietate diſtincte. Quatenus aũt ab intellectu digrediuntur inter ſe diſiunguntur.

Mẽs diuina ꝑ ſuas ideas in materiam agit nõ extrinſecus more artis humane: ſ; intrinſecus modo artificioſe nature: nec eſt ſeiuncta ſm locum a materia. alioquin loco ꝓprio deputabitur: nec mixta materie: alioquin minime dominabitur.

Vna mundi machina ⁊ fabricata eſt ab vna mente: ⁊ vegetatur ab vna anima: tota ſimul vbiq; preſente.

Hec tria rerum p̃ncipia ſunt vbiq;. Ipſum bonũ: Item diuinus intellect⁹: qui ipſa pulchritudo eſt. Rurſus vita mundi. Hec occultis tractibus ad ſe oĩa rapiunt: colliguntq; ĩ vnũ appetẽtia bonũ ⁊ pulchritudinem atq; vitam.

Mẽs diuina ſicut ꝑ indiuiduã eternitatem que tꝑis cauſa eſt: totum tꝑs adequat: ⁊ ſuperat: ita ꝑ indiuiſibilem eſſentiam: virtutẽq; infinitam totum ſpacium obtinet: et excedit. ipſa videlicet ſpacium ⁊ que ſunt in eo vbiq; ꝓcreans ⁊ conſeruans.

Si vnum ipſum bonumq; idem eſt: merito multitudo quo longius diſcedit ab vno atq; vniõe: eo fit deterior. Igitur ſi fingat̃ multitudo vel infinita: vel quomodolibet vnitatis expers: erit ipſum malum.

Homo eſt aĩa intellectualis rõnaliſq; ſimul ⁊ ſenſualis. Atq; hec aĩe humane cõditio examuſſim ad idee noſtre characterẽ eſt exp̃ſſa.

Anima noſtra ſenſum a deo radicitus hab; vt ſenſu quodam ſemꝑ vtatur.

Intellectus primus fecunditate lucis exuberante in q̃plurimos ſeipſum intus naturaliter ꝓpagat radios ideales. Ex hac propa-

gatione ſimul ⁊ naturali: naturales reruꝫ forme foras tanꝙ̄ lumina ꝓfluunt.

Cum Plotinus velit ideam hoīs cum idea equi cōmiſceri nō poſſe. Item intellectū noſtrum in diuinis ꝑpetuo ꝑmanere: rōnemq; ab intellectu ꝓxime regi. Rurſus diuinā aīe noſtre naturā ad inferiora nequaꝙ̄ ꝑcipitari: ſꝫ viciſſim anniti hec ad illam: cōſequens erat dicere humanam ſpeciem in equinā minime ꝑmutari.

Cum in ente primo ſit primus numerus origo rerum: merito illic eſt omnis reruꝫ numerus. Item cum ſit prima forma: ture illic res inter ſe formarum gradibus differunt tanꝙ̄ ſpecies. Rurſus in vita intelligentiaq; perfecta idea quelibet rerum. hic etiam non viuentium vita eſt ⁊ intelligentia quedam.

Vita ⁊ intelligentia prima ⁊ animal perfectiſſimum: omnes quotcūq; cogitari poſſunt vite ⁊ intelligentie: ⁊ animalium gradus ſpecieſq; continet.

Sicut corporeum celum formas animalium inferiorum etiam vilium in ſe continet ratione non vili: ſic intellectuale celum totius mundi formas modo quodam preſtantiore poſſidet ꝙ̄ celeſti.

In prima vita omnium effectrice ſunt omnia viua. Et cum ſit prima forma ob efficaciam vite mirabilem: in ſeipſam penitus ꝓpagabilis: omnia ibi viuentia formaliter diſtinguntur.

Vita menſq; prima: quoniam eſt omniuꝫ formarum ꝑma: ideo ſimpliciſſima omniuꝫ: vniformiſq; ꝙ̄ maxime. Tum vero q; oīm principium eſt: ideo eſt etiam omniformis.

Cum intellectus primus ſit vita prima: ſola intellectualis vita eſt vera vita.

Quod primo procreatum eſt ab ipō bono: totum penitus bonum eſt. Sed in eo eſſentia quidem eſt inchoatio quedam ortuſq; operis boni: vita vero adoleſcentia boni. Intelligentia ſpēſq; idealis bonū illic eſt adultuꝫ.

Querentibus quid ſit ipſum bonum: intellectus palam occurrit nobis vt bonum: quoniam ⁊ per ipſum de bonis reuera iudicamꝰ ac malis. Et ordo ſpecieſq; rerum ⁊ vita ab intellectu ꝓcedit. Vita quinetiā adulta quaꝫ animus optat: eſt intellectus.

Vita: intelligentia: ſpecies: boniformia appetenda ſunt: quoniaꝫ illa eſt actus circa bonum: iſta actus iam determinatꝰ a bono: hec ipſe terminus impreſſus a bono.

Abſq; mirifica primi boniꝰ gratia: nec amātes vlle: nec amantur.

Primum rerum principium idem eſt atq; ipſum bonum.

Finis ītellectualis aīe ē expeditꝰ ⁊ ſūmꝰ actꝰ ītelligētie in ipm vniuerſi bonum prorſus intentus.

Ipſum bonum vniuerſi principium non ſolum mentem animamq; procreat: ſed etiam radio his infuſo velut amatorio quodam hamo aſſidue reuocat ad ſeipſum. Ubi radium tum in anima: tum in mente: tandem in lumen vitale gratioſumq; conuertit. Atq; hec vtrobiq; eſt ipſa felicitas.

Cum pulchritudo quelibet a quocunq; ametur ſemper appetatur: ſub ratione boni: neceſſarium eſt ipſum bonum eſſe pulchritudinis principium ⁊ amoris.

Ipſum bonum ita eſt ab omni multiplicitatis mobilitatiſq; ſuſpitione ſemotum: vt anima illo fruens intelligentiam exuere cōpellatur quodāmodo actioni cuidam multiplici mobiliq; conſimilem.

Scala ꝑ quam aſcendit ad principiuꝫ: ſeptē gradus habet. Primus eſt purgatio animi. Scđs cognitio operꝫ diuinorum ſingulatim cōparata. Tertius contēplatio ordinis: quo opera inferiora reducunt ad ſupiora gradatim. Quartus cōparatio quedam ꝓportionalis ex ordine hmōi ad diuinū ſeſe conferens. Quintus negatio ꝑ quā cuncta que concipis ſepares a principio. Sextus ſupplex ad deū oratio: vt ipſe intellectualis mundi pater te reddat mundū intellectualē actu. Es eīm potentia mundus hic ab initio. Septimus vt cū ipſe intellectualis mūdus euaſeris: vlterius amore boni cōcitus ex ſtatu intellectuali transformeris in bonum ſupius intellectu.

Cum ipſa eſſentia rō ⁊ alia ſit ⁊ īferior ꝙ̄ rō boni nō recte ꝑdicatur eſſe de bono.

Etſi bonū ob ſummā ſimplicitatē nihil de ſe quaſi intrinſecus loquēdo cōponit: nō tamē ſibimet obſcurū eſt ⁊ incertū. Ipſum ſiquidē certitudinis eſt origo: paterq; luminum.

Tria ſunt ꝑcipua reruꝫ principia. bonū mēs anima mundi.

Intellectus in contēplando viuit liber: liberoq; decreto conſtituit ad contemplationem actiones oēs ꝑuatas publicaſq; referre.

Si aīa ꝑ virtutē intellectualeꝫ fit qūq; libera: ſequit vt intellectus ꝑmo ſit liber. Item ſi intellectus vitā poſſidet: ſummope liberā atq; voluntariā: qm̄ ipſi bono ſit ꝙ̄ proximꝰ: merito ipm bonū eſt ipſa libertas.

Non licet fingere ꝯtingēter eueniſſe: vt hoc ipm qđ nunc oīm principiū eſt: oīm ſit principium: quaſi cōtingere potuerit aliud ⁊ aliter affectum fore principium.

M.E.C.D. 2016

Summus deus rectius dicit̃ ſuapte natura libertas: ꝗ nature ſue dominus

Quocunqꝫ modo eſſentia voluntas ratio in deo nominari poſſint: penitus idez ſunt. Si ergo ſicut naturaliter eius eſſentia fert: ita deus vult ⁊ agit: viciſſim quoqꝫ quemadmodū vult ⁊ agit: ſic eius natura ſe habet. Eſt igitur neqꝫ fortuna: neqꝫ fato: ſed propria voluntate quod eſt.

Quicquid eſt preter primum: conſtat ex multis partibus aut viribus in vnā totius formā conciliatis

Quelibet eſſentia naturalem ſibi multitudinez poſſidet ab initio. atqꝫ interea eſt aliquid vnū. Nec vlla ad res habitudine facit quicꝗ. Sed res ab illo fiunt quaſi non faciente ſicut non mutato mutantur.

Etſi deus eſt vbiqꝫ: perſpicue tamen in ſummo intelligentie lucet. Ad hanc lucem perſpiciendam forme omnes non ſolum imaginabiles: ſed etiam intelligibiles tāꝗ nubes obſtant. Has igitur omnes procul diſcute: diuinā lucē mente ſerena feliciter percepturus

Anima rationalis media eſt inter formas diuinas atqꝫ naturales. neqꝫ ineſt corpori: ſed adeſt. ⁊ vitam ex ſe propagat que ineſt corpori ex qua ⁊ corpore fit animal vnum compoſitum.

Idem aſt anima rationalis: atqꝫ ipſa natura ratiōalis anime: que etſi ſeparata eſt ſm eſſe a corpore: producit tamen vitam coniunctaz corpori in vno animalis eſſe. Ideo Plotini opinio inter Alexandri ⁊ Auerrois opiniones media eſt.

Anima rationalis etſi in ſeipſa cōſiſtit: quodammodo tamen vergit ad corpus: quod intellectuali ſubſtantie minime conuenit.

Niſi cognoſcatur quomodo anima cōiungitur corpori: non cognoſcetur que actiones: vel paſſiones ſint anime proprie: ⁊ que compoſiti.

Anima rationalis in ſe conſiſtit: actioneſqꝫ rationales proprias habet: ⁊ ſenſum quēdam poſſionis expertem. Producit autem in corpore vitam irrationalem: cuius ſenſus circa corporis paſſiones verſatur.

Anima rationalis copulatur per intellectum ſuum menti diuine: per illam deo: Sic ⁊ irrationalis vita anime rationali ſubnectit̃: Intellectus autez ⁊ proprius eſt ⁊ communis.

Peccandi cauſa eſt in anima irrationali: noſtroqꝫ animali: in anima vero conſenſio. Itē rationalis circuitus medius eſt inter quietem motumqꝫ rectum.

Rurſus quomodo intelligentia ⁊ ratio ſe habeant inuicem atqꝫ ad imaginez ex Plotino perpendes.

In anima rationali neqꝫ proprie peccatuz ē: neqꝫ pena: ſed in vita irratiōali: que eſt imago anime: que anima hinc abeunte ꝗuis nō ſit vlterius imago: eſt tamen quidam vitalis actus anime radicitus inſitus

Anima rationalis per ſe ratiocinatur: nō ꝑ corporis inſtrumētum. Intelligit quoqꝫ per intellectum proprium. Intelligit etiam per communem: qui quaſi forma quedam eſt proprij cuiuſlibet intellectus.

Si anima nō eſt forma ſimplex in ſe exiſtēs: ſuſcipit paſſiones: ſi autem eſt talis forma: non ſuſcipit.

Anima ⁊ in ſe viuit: ⁊ viuificat corpus: eoqꝫ vtens vt inſtrumento: nō ſubditur corporis paſſionibus.

Anima non miſcetur neqꝫ ineſt corpori: ſed adeſt toti: ideo non ſuſcipit paſſiones. Atqꝫ etiam ſi miſceretur vel ineſſet: non ipſa proprie ſentiret ⁊ pateretur: ſed compoſitum.

Difficile dictu eſt quomodo perturbationes ad compoſitum potius ꝗ ad partem alteraz referātur: quia nondum quomodo cōpoſituz fiat eſt manifeſtum.

Anima rationalis in ſe exiſtens preſidet animali humano ab ipſa genito. In illa eſt ſenſus ſine paſſione atqꝫ ratio: In hoc autē ſenſus cum paſſione

Anima rationalis per intellectū ſuum quaſi caput intellectui diuino coniungitur: per hūc deo. Item per imaginationem ſuam coniūgitur animali ſuo: per hoc corpori. Verū etſi cuncte anime ad cōmunem redigantur mentem. quia tamen proprijs ſingule modis accipiunt: ⁊ illa videtur propria fieri: et anime alios ſibi proprios intellectus inde reportant.

Que animalis noſtri propria ſunt: quodammodo etiam ad nos pertinent: ⁊ vita animalis non extinguitur: ſed animam ſui cauſam comitatur. Itē virtutes intellectuales ſunt in anima: morales in animali.

In pueris regnat animal ⁊ imaginatio anime. Intellectus ⁊ ratio altius occupantur.

Item vita brutorum propria ex anima pendet rationali vel noſtra vel alia.

Non compoſitum: ſed anima ipſa ratiocinatur atqꝫ intelligit: tum per intellectum proprium: tum etiam per cōmunem.

Quāuis animus per virtutes deo fiat ſimilis: tamen deus non habet virtutem: ſed eſt virtutis exemplar: ⁊ que virtus in anima eſt qualitas: penes deum eſt eſſentia.

M.E.C.D. 2016

Intelligere ſm analogiam quandam de in⸗
tellectu diuino dicitur atqꝫ de animo.
Anima neqꝫ eſt ipſum bonum : neqꝫ ipſum
quod dicitur proprie boniforme.
Sapientia in mente diuina eſt quaſi tactus
In noſtra mente quaſi contactus: In ratio⸗
ne quaſi figura viſibilis.
Anima per virtutem quaſi per imaginem
fit ſimilis deo exemplari virtutum.
Anima per virtutes ciuiles quaſi menſuras
formaſqꝫ eius propius ad diuinam ſimilitu⸗
dinez accedit: ꝙ materia naturales formas
accipiendo.
Puritas querenda eſt: vt purgatus animus
conuertatur ad proprium intellectum: ⁊ ab
hoc ad diuinū: vt inde virtutibus exempla⸗
ribus reformetur.
Plotinus confirmat virtutis finem eſſe deo
frui.
Philoſophicum: muſicum: amatorium inge
nium facile concurrunt.
Ingenium philoſophicum magis ſolutum
eſt: ꝙ alia ingenia: ⁊ ſolo indiget duce ꝑ ma⸗
thematicam diſciplinam ad ſapientiam me⸗
taphiſicam.
Metaphiſici officium eſt per omnia entia
proficiſci diuidendo: componendo: definien
do: demonſtrando: ac deniqꝫ vltra entia pro
gredi.
Omnes facultates a metaphiſica principia
trahunt: ſine qua ⁊ ſcientie non ſunt: ⁊ mo⸗
res ſunt imperfecti.
Ingeniū amatorium reuocandum eſt a pul⸗
chritudine corporis ad pulchritudinē moꝝ:
deinde ſcientiarum: deinde mentis.
Ingenium philoſophicum natura ſolutum
eſt a materia: ac ſolo indiget duce ad diuinā
pulchritudinem per certos diſciplinarum
gradus.
Beatus eſt qui ſola mente viuit.
Una vita eſt ſumma: id eſt ſummus: alie per
multos gradus inde dependent.
Idem eſt prima eſſentia: prima vita: prim⁹
intellectus. Ipſe intellectus ē ſummū vite.
Rationalis natura poteſt cōſequi vitā btām
quando ſcꝫ intellectu formatur ⁊ agit.
Felix vnicum bonū vult: cetera propter ip⸗
ſum eligit.
Eſt in mente ſapientia eterna: ad quam cuꝫ
attingit ratio: animus eſt beatus.
Si eadem ratione gradu ſcꝫ perfectione vi⸗
uerent omnia: ſimiliter poſſent omnia bene
viuere: Sed vita ipſa eſt ipſe intellectus:
In alijs autem viuere diſtat ab intellectu.
id eſt ab ipſa vita plus ꝙ genere.

Homo poteſt vitam beatam aſſequi: quate⸗
nus conſequitur intellectum ſcilicet ꝙ actu
totus animus fiat intellectus.
Finis vltimus eſt bonum ſimplex ſcꝫ intelli
gibile. cetera vero non finis: ſed ad finem.
Felix bonum intelligibile ſolum vult. Ab
alijs vel bonis vel malis non dependet.
Beatus bonū intelligibile ſeruat integrum
in ictu fortune.
Beatus rationis ſue ſuperiorē oculum eter⸗
ne iam effixit intelligentie: vnde beatus eſt:
etiam ſi inferior rationis oculus proſpiciat
alia.
Beatus maxime omniuꝫ viuit: quoniaꝫ vita
eius eſt tota ſimul in eo quod optimū eſt vni
ta. neqꝫ externa proſpicit vt optanda vel me
tuenda.
Beatus non eget voluptate aliqua extra mē
tem. ſummus enī actus intelligentie eſt ſum
ma voluptas.
Homo eſt ſolus rationalis animus. Homo
beatus eſt animus qui iam intellectus eua⸗
ſerit: ideo que ad ſenſum pertinent: beatus
nihilipendit.
Et qui bonum intelligibile poſſidet: nihil ad
di poteſt boni bonorum aliorum preſentia:
nihil demi boni oppoſitione malorum.
Uir ſapiens ⁊ qui beatus futurus ſit: ſolum
ſe confert ad mentem: ſolum⁹ pendet ex deo.
Cetera vel contēnit omnino: vel ſine pertur
batione gubernat.
Mentes omnes eternitate fruuntur in eter
num. Rationales vero nature aliquando: et
he ꝙdiu fruuntur ſtabiliter agunt.
Natura rationalis ⁊ poteſt ⁊ debet formari
quandoqꝫ mente: et tunc actu vnico poſſidet
omnia.
Beatitudo conſiſtit in quadā preſentis boni
poſſeſſione: cui prorogatio tēporis per ſe ni⸗
hil addit preteriti aut futuri ratione: ſed tan
tum ratione preſentis.
Felicem ad ſummū putamus eum: qui cūcta
iam vera conſpicit: cunctiſqꝫ potitur bonis:
Sed vera ſimul omnia videt in vna forma
veri. ideſt mente diuina. Cunctiſqꝫ ſimiliter
bonis fruitur in vno fonte bonorū. ideſt ip⸗
ſo bono. Cum igitur per vnam formam: per
vnum fontem ⁊ vera cōſpiciat: ⁊ hauriat bo
na: nimirum vno intuitu vera contuetur oīa
vno ſimiliter hauſtu combibit omnia bona.
Pulchritudo eſt gratia quedam: que magis
eſt in his que videntur: ꝙ que audiuntur ma
gis etiam que cogitantur: neqꝫ eſt proportio.
Pulchritudo que videtur: mentis pulchritu⸗
dinez repreſentat. Pulchritudo que auditur

M.E.C.D. 2016

refert anime pulchritudinem. Itez nemo de mentis et anime pulchritudine loqui aut debet: aut poteſt: niſi eam ipſe poſſideat.

Materia deformitatē quidem habet naturalem: formoſitatem vero peregrinā. Sed aīa turpitudinē quidē aduentitiā: pulchritudinē vero natiuam. Item pulchritudo diuine mētis eſt vt lumen. Pulchritudo mentis humane ſcz in virtute intellectuali eſt vt color aliquis luc idiſſimus. Pulchritudo anime ſcz in virtute morali eſt quaſi figura.

Bonū vnicuiqꝫ proprium eſt actio naturalis expedite directa ad ipſum vniuerſi bonū: qđ eſt principium omniū atqꝫ finis.

Que ſunt infra aīam non habent veram vnitatem: eſſentiam: ſpeciem: ideoqꝫ nec bonitatem verā. Anima vero ⁊ ſuperiora habent illa tria vera ⁊ hanc veram.

In oībus eſt aliqđ ipſius boni. ideſt vnitas: eſſentia: ſpecies: ⁊ vbi hec tria ſunt vera: ibi quoqꝫ verum bonum vbi autez imaginaria: imaginarium.

Intellectus tam humanus ꝙ̄ diuinus ē ſemper in actu ꝙ̄uis ratio ex potentia progrediatur in actum.

¶ Hec ſunt candidiſſime lector: ex ꝙ̄pluri mis perpauca: que de theologia Plotinus ipſe platonicus: a chriſtianorum ſententijs non omnino diſſona: aſſeruit. Cuius mentez non fuiſſe a chriſtiana lege penitus alienam ex eo conijcere poſſumus: ꝙ cum Ammonij ſemper chriſtiani diſcipulus fuerit: ⁊ chriſtianiſſimi Origenis ſemper amicus. Cōueniſſe dicitur vna cum origene atqꝫ Heremnio: ſe nunꝙ̄ ab inſtitutis Ammonij diſceſſurum: idqꝫ ſicut promiſerat ſeruauiſſe. Preterea gētilium deorum cultum alto animo aliquādo contempſiſſe: Amelio adhūc exhortātē: Porphirius ipſe diſcipulus eius eſt teſtis.

¶ Index capitum commētariorum in aſclepium.


¶ Unde primi hoīes ortum habuerūt apud antiquos in littera. A.
Philoſophi aiunt primos homīes egyptum protuliſſe. B
Quid Oſiris ⁊ Iſis. C
Dij gentium. D
Mercurius triſmegiſtus egiptios docuit. E
Mercurius tres inſtituit voces. F
Oſiris multa a mercurio ꝑcepit. G
Hercules dux exercitus. H
Hermapolis a mercurio conditur. I
Aſclepius mercurij diſcipulus. K
Grecorum ad egyptios tranſitus. L
Artes liberales ab egyptijs inuente. M
Minas rex egypti N
Moyſes iudeis leges dedit O
Primus apud egyptios legiſlator Mercurius triſmegiſtus. P
Sacerdotes egyptij. Q
Mercurius ⁊ Aſclepius primi theologi. R
Greci pħi ad egyptios trāſierunt. S
Aſclepij ad regem Ammonē verba T
Grecorum philoſophia verborum ſonus. V


¶ Index capitū partis ſecunde in Aſclepium.


In principio deum inuocat AA
Omnium principium deus. BB
Deus amplitudo ⁊ plenitudo CC
Quid materia DD
Quid ſol. EE
Quid luna FF
Minerue templum GG
Iuſticia regina omnium HH
Primum principium deus II
Quid demon. KK
Octo ſphere circa ſolez. LL
De nouem muſis. MM
Quid angelus ſm Proculū platonicū. NN.
Omnia deus OO
Quid idea PP
Quid imago QQ
De muſica ſiue harmonia RR
Morbi harmonia curantur. SS
De regno. TT
Tres mundi partes. VV
De regno ſaturni XX
Deus rex regum. YY
De deo ſm iamblicum ZZ
De trinitate ſm triſmegiſtum ⁊⁊
Quid mercurius ſm Calcidium ꝯꝯ
Quid mors apud ſocratem ℞℞


¶ Tertie partis in Aſclepium capita


De deo ſm philoſophos. A
De materia B
De fato C
De ſole ⁊ luna D
De Idea E
De diuina ſubſtantia. F
De homine G
De ſeptem ſtellis H


¶ Quarte partis capita in aſclepiū.

M.E.C.D. 2016

Quo tempore floruerunt Mercurius: Aſclepius: Moſes: Athlas: Prometheus et ceteri antiqui. A
Apis apud egyptios primus deus appellatus. B
Quo tempore Democritus et Pythagoras: ⁊ ceteri philoſophi floruerunt. C
De hebreorum antiquitate D
Quo tempore Cyrus regnauit. E
Tempus ⁊ ſpacium a moſe vſqꝫ ad Cyrū. F
Qui ſcripſerint ante homerum G
Qui fuerint ſapientes apud grecos H
Quo tempore Thales vixerit I
De troie euerſione K
Iudei ante troiana bella egyptū exierūt. L.
Quo tpe Joſue regnauit: et qui poſt eū. M
Primus phyſicus apud grecos: et quo tēpore ſeptem ſapiētes floruerūt. N
Natiuitas platonis O
Diſcipuli platonis. P
Primus philoſophus pythagoras Q
A grecis nihil habuit pythagoras. R
Diſciplina Jonica S
Dictum platonis de grecis T
De heraclito V
Mirabilia apollinis reſponſa nihil hominibus contulerunt. X
Egyptiorum ⁊ hebreorum theologia grece philoſophie anteponitur a doctis. Y
Greci verba tantum habent noua. Z
Gallorum diſciplinam italice eloquentie anteponunt. ⁊
Lucius plotius Ciceronis p̄ceptor Lugdunenſ. fuit. ꝛ
Auſonius poeta. Proſper et complures alij celeberrimi auctores galli fuerunt. Ibidem.


Finis tabule.

M.E.C.D. 2016

¶ Eruditiſſimo atq; in omni diſciplinarum cognitione cõſummatiſſimo: totius item gallie philoſophorũ principi Jacobo fabri ſtapuleñ. Simphorianus chãperius Lugdunenſis phiſicus. S. P. D.

CUm diuini Platonis ſententiam: qua nõ ſolum nobis natos aſtruit verum ortus noſtri partem ⁊ patriam ⁊ amicos ſibi vendicare: atq; (Platonis ſnia.) homines (vt placet ſtoicis) hominum cauſa generari: mecum animo volutarem: tu mihi Jacobe doctiſſime, viſus es preter reliquos mortales vnus eam ſtudioſius executus. Quippe qui non cõtentus tibi dũtaxat bonas acquiſiſſe diſciplinas: verum ⁊ verbis ⁊ ſcriptis eas ceteris etiam communicare: manibus atq; pedibus (vt aiunt) elaboraſti. Nec ea qua ⁊ reliqui mediocri videlicet contentus doctrina: ad earũdem penitiora atq; abſtruſiora: immo ad medullas vſq; ſugendas penetraſti: atq; e fontibus: vnde ⁊ gratius bibuntur aque: veritatis ipſius merum saporem haurire ſtuduiſti. quã ſine fictione didiciſti: ⁊ ſine inuidia communicas: ⁊ honeſtatem illius non abſcondis. (Ouidius. Hieronymus.) Inſtar item Pythagore atq; Platonis aliorumq; inſigniũ philoſophorũ exteras luſtraſti regiones: atq; diuerſos adiiſti populos: necnon ipſam per vniuerſum orbem famatiſſimaꝫ italiam doctorum ingeniorum altricem laborioſiſſime peragraſti: tum vt eos quos ex libris atq; fama noueras: corã q̃ videres: tũ vt ab eis bonas litteras ad tuos aduehres. Unde non pauca tuo ſtudio atq; labore volumina omni diſciplinarum genere ⁊ ad nos peruenerunt: ⁊ in lucem ex calchographorum officinis bonarũ artiũ ſtudioſis haud parum fructus allatura: q̃ emendatiſſima prodierũt. Et vt cetera tũ in dialecticis: tum in philoſophia miſſa faciamus: diui dionyſii opera tuis ſcholiis illuſtrata viſuntur. Item illius vetuſtiſſimi theologi: quem Mercurium triſmegiſtum vocant: duo opuſcula: vnum de ſapientia ⁊ poteſtate dei: alterum de voluntate diuina: tuis cõmẽtariis ornatiora vidimus: atq; nõ ſine magna animi delectatione perlegimus. Quo factum eſt vt Aſclepii item theologi: eiuſdemq; hermetis ſeu ſi mauis Mercurii triſmegiſti diſcipuli atq; auditoris opuſculũ theologicuꝫ paucis admodum cognitũ: noſtris vtcũq; auctum ſiue clarius cõmentariis imprimi atq; in lucem emittere: curaremus. Quod ſi quis ex imperita multitudĩe: atq; ex innumera inuidorum turba hunc hermetis non fuiſſe auditorẽ contendere auſus fuerit: ipſius Mercurii triſmegiſti de voluntate diuina: qui Aſclepius inſcribitur: legat atq; intel(Lactãtius.)ligat libellum: in quo Aſclepius Ammonẽ regem alloquẽs introducitur. Cui ſi nõ habuerit fidem: Lactantium firmianũ virũ doctiſſimũ: nec minus catholicum diuinarũ inſtitutionũ lib. ii. audiat: atq; patientem accõmodet aureꝫ. de vtroq; eñ ſic ait. Deniq; affirmat eos Hermes qui cognouerunt deũ non tñ ab incurſibus demonũ tutos eſſe: verum etiã ne fato quidem teneri. Et paulo poſt de Aſclepio ita inquit. Aſclepius autem auditor eius eãdem ſententiam latius explicauit in illo ſermone profecto quem ſcripſit ad regem ⁊c̃. Sed cum diutius heſetabundus atq; anceps animus fluctuaret: cuiuſnam auſpicio fretus in lucem hoc opuſculũ progredi ſinerẽ: tu mihi ob omnium diſciplinarũ peritiam: qui antiquorum ſapientiam ſtudioſiſſime indagare non ceſſas: perq̃ idoneus viſus es: cui hanc noſtrarũ lucubrationũ bonaꝫ partem dicaremus. Qui eñ preceptoris diſciplinã foues atq; ab inuidorũ dẽtibus defendis: auditoris quoq; a preceptoris imitatione nõ degenerantis doctrinã (mea quidem ſententia) tueri atq; ab iniuria vẽdicare dedignaberis minime. Sed tamen ſi quid in eo mancũ aut mutilũ aut imperfectũ offenderis: id emendare atq; priſtine velis reſtituere veritati obnixius tuam humanitatem etiam atq; etiam cõprecamur Uale totius rei litterarie decus. Lugd. ãno dñi. M. ccccc vii. ix. kalẽdas Junii.

M.E.C.D. 2016

❡ Diffinitiones Aſclepij Hermetis triſmegiſti diſcipuli ad Ammonē regem per ludouicum lazarellum ad patrem ſuū Johānē ay. ad latinū e greco traducte


| | |
|---|---|
| De deo | De diuina ſubſtantia |
| De materia | De homine |
| De vitio | De adminiſtratione plenitudinis |
| De fato | De ſeptem ſtellis |
| De ſole | De homine ſm imaginem. |


❡ De intellectuali ſubſtantia.

MAgnum tibi ſermonē o rex miſi: omniū aliorū tanq̄ verticem et cō mentariū: non ſm multoꝝ opinionē cōpoſitum: ſed habentē multam illis cōtrarietatē. apparebit eñ tibi ⁊ meis quibuſdā ſermonibus diſcrepans. Hermes quidē preceptor meus ſepe mecum ⁊ priuatim: ⁊ Tatio interdum preſente diſputans dicebat: q̄ opinio incidens in meis libris ſimpliciſſima foret: ⁊ manifeſta confuſio alias couſtructio. Ex contrarijs aut occulta exiſtentia atq̄ etiam obſcuriſſima occultataꝫ verborum intelligentiaꝫ haberet: ⁊ q̄ grecorū volentiū noſtrā linguā propriā interpretari maxima ſcriptorum erit peruerſio et obſcuritas. Sermo aūt propria lingua expoſitus habet clarū verborum intellectum Etenī ipſa vocis qualitas: et egyptiorū nominū lingua inſeipſa habet actū dictorū. Quantū igitur poſſibile eſt o rex omnem (vt potes) ſermonē ſerua inconuerſum: ne. ad grecos perueniant talia miſteria: Neue grecoꝝ ſuperba locutio atq̄ diſſoluta ac veluti calamiſtrata: debileꝫ faciat grauitatem: validitatem: atq̄ actiuam nominū locutionē. Greci enim o rex verba habent tantum noua: demonſtrationum actiua. Et hec eſt grecorū philoſophia verborum ſonus: Nos aūt non verbis vtimur: ſed vocibus maximis operū. Inchoabo ſermoneꝫ inde deū inuocans omniū dominū ⁊ factorem: patrem circū ⁊ omnia exiſtentia vnuꝫ ⁊ vnū exiſtens oīa: omnium eñ plenitudo vnum eſt: ⁊ in vno non exiſtente ſecundo vno: ſed vtrorūq̄ vno exiſtente. Et hunc mihi ſenſum ſeruato o rex vltra totū orationis negotiū. Si eñ quiſpiam aggrediat̄ id quod omnia ⁊ vnū videt̄: quod ⁊ idem eſſe ab vno ſeparare: accipiens omniū vel

De materia.

vnius appellationē in multitudine: et non in plenitudine: oīa eñ vnū eſſe oportet: ſi quidem vnū ſunt: Sunt aūt: ⁊ nūq̄ eſſent vnū exiſtētia: ne plenitudo ſoluat̄. Vide igitur in terra multos fontes aquarū. in terra ⁊ ignis in mediterraneis partib' ſcaturientes: ⁊ ibidem tres naturas apparentes: ignis ⁊ aque ⁊ terre ex vna radice pendentes: vnde ⁊ omnis materie creditū eſt eſſe erariū. Et cōfert quidē ad ipſius gubernationē: reſumit autem deſuper exiſtentiam. Sic eñ celum ⁊ terrā ſemper opifex Dico quidem ſol ſubſtantiam quedam inducens: materiā aūt reducens: ⁊ circa ipm ⁊ ipſam omnia trahens: ⁊ a ſeipſo omnia dans omnibus. ⁊ lumen copioſum largitur.

De ſole. De luna.

Ipſe enim eſt cuius lumen: ⁊ actus: nō ſolum in celo ⁊ aere: verum etiam in terra vſq̄ in intimam profunditatē abyſſi perueniūt. Si autem quedam eſt intellectiua ſubſtātia: hec eſt ipſius ſoliditas: cuius ſucceſſiua acceſſio eſſet ipſius lumen. Vnde autē hec cōſiſtat: vel influat ipſe ſolus nouit: vel in loco ⁊ natura prope exiſtente ſuīpſius ne a nobis viſus ſit: coniectura autem cognitus ⁊ intellectus. Huius autem ſpectaculum non eſt conicctantis. ſed ipſa viſio ſplendiſſima circunluſtrat omnem mundū ſuperpoſitum ⁊ ſuppoſitum. Medius eñ locatus in verticem geſtans mundum: Et tanq̄ auriga bonus mundi currū confirmans ⁊ religans in ſeipſum: ne vllo modo inordinate feratur. Sunt autē habene vita ⁊ anima ⁊ immortalitas ⁊ generatio. Di-

f

miſit igitur ferri non procul a ſeipſo: ſed (ſi oportet verum dicere) cum ſeipſo. Et hoc
modo fabricātur omnia. immortalibus quidem ſempiterna permanentia retribuens
τ ſublatione luminis ſuſpēſus quantum remittit ex alterutra parte ad celum ſpectā
te: immortales partes mū di intuente. Occupanti autem et circunluſtranti omnem
aque τ terre τ aeris locum viuificans τ permouens generationem. Et mutationi-
bus que in his partibus mundi ſunt: animalia circunuolutionis modo commutās
τ transformans in mutua genera generum: τ ſpecies ſpecierum reciprocante inter
ſe mutatione. quemadmodum τ in magnis corporibus facit opificium. Omnis em̄
corporis permanentia mutatio τ immortalis quidem indiſſolubilis. mortalis autē
cum reſolutione. Et hec differentia eſt immortalis ad mortalem. τ mortalis ad im-
mortalem. Quemadmodum enim lumen crebrum. ſic τ animalium paritates ipſius
crebra τ indefectibilis loco τ subminiſtratione. Etenim demonum chori circum ip-
ſum multi τ varij cohortibus ſimiles. contubernales τ ab immortalibus non ſunt ꝑ
cul. Inde autem ſortiti horum regionem que ſunt hominum intuentur. que a dijs
demandantur exequuntur. procellis tempeſtatibus τ fulgetris τ mutationibꝰ ig-
nis τ terre motibus. inſuper etiam fame τ bello vlciſcentes impietatē. Hec enim eſt
Deorum τ hoim officia — hominum in deos maximum vitium. Deorum enim eſt benefacere. hominum autē
pietatem colere. demonum vero vlciſci. Reliqua enim que homines audent. aut er-
ror. aut temeritas. aut neceſſitas (quam fatum vocant) aut ignorantia. Hec omnia
apud deos iudicio non ſunt obnoxia. Sola autē impietas iudicio ſubiecta eſt. Ser-
uator τ enutritor eſt omnis generis ſol. Et quemadmodum intelligibilis mundus
ſenſibilem mundum complectens. implens ipſum condenſans varijs τ omnium con
formibus ſpeciebus. ſic τ ſol cuncta in mūdo circū̄plectens condenſat omnium ge-
De demonibus. — nerationes τ corroborat. deficientium autem τ influentium recipit. Sub hoc autē
poſitus eſt demonum chorus. potius autē in re. Multi enim iſti τ varij ſub aſtrorū
angelis ordinati ſunt vnicuiqꝫ eorum pares in numero diſpoſiti. Igitur ſubmini-
ſtrant vnicuiqꝫ ſtellarum boni τ mali exiſtentes per naturas. hoc eſt operationes.
demonis enim ſubſtantia eſt operatio. Sunt autem quidam ipſorum mixti ex bono
τ malo. Hi omnes qui intra ſe negotiorū poteſtatem ſortiti ſunt. τ terre tumultum.
et variam perturbationem operantur. τ communiter ciuitatibus τ gentibus. τ pri-
uatim vnicuiqꝫ. Effingunt enim τ excitant animas noſtras in ſeipſos. inſidentes
neruis noſtriſqꝫ medullis. τ venis τ arterijs τ in ipſo cerebro peruenientes vſqꝫ ad
vltima viſcera. Genitum enim noſtri vnumquemqꝫ τ animatum ſuſcipiunt demo-
nes ſm ipſum officium generationis miniſtri qui conſtituti ſunt vnicuiqꝫ ſtellarum.
Iſti enim per momentum mouentur. non idem permanentes. ſed circunuoluti ſunt.
Iſti igitur in duas partes anime ingreſſi per corpus vertunt ipſam vniuſcuiuſqꝫ ad
propriam operationem. Rationalis autem pars anime expers imperij demonum
reſiſtit. accommodata ad receptionem dei. quapropter in rationali radius lucet per
ſolem. Hi autem omnes pauci ſunt. horum ocioſi ſunt demones. nemo enim aliquid
poteſt. neqꝫ demonum. neqꝫ deorum ad vnum radium dei. Alij autem omnes agun
De fato — tur τ feruntur. τ ſm animas. τ ſm corpora a demonibus diligentes τ amantes illorū
operationes. Et verum non eſt ei qui erret. aut errare faciat. Terrarum igitur admi
niſtrationem hanc omnem gubernant per inſtrumenta noſtrorum corporum. Hanc
autem gubernationem Hermes fatum appellauit. Pendet igitur intelligibilis

M.E.C.D. 2016

mundus a deo.ſenſibilis autem ab intelligibili.ſol vero per intelligibilem ⁊ ſenſibi
lem influxum mundum a deo bono ſubminiſtrat.hoc eſt opificij.Circa autem ſolem
octo ſunt ſphere ab ipſo pendentes.vna non errantium.ſex errantium.et vna circa
terram.Ab his autem ſpheris pendent demones.a demonibus vero homines.Et
ſic omnia ⁊ omnes ſunt a deo pendentes.Quapropter pater quidem omniu̅ deus
opifex vero ſol.mundus vero inſtrumentum opificij.Et celum quidem intellectua-
lis ſubſtantia gubernat.celu̅ autem deos.demones vero dijs ſubiecti homines re-
gunt.Hec eſt deorum ⁊ demonum militia.Hec autem deus facit per hos ſibiipſi.⁊
particule dei omnia ſunt.ſi autem omnia prticule dei omnia ergo deus.omnia igitur
faciens.ſeipſum facit.⁊ nunq̄ ceſſat.ſiquidem ⁊ ipſe inceſſabilis ⁊ veluti deus finem
non habet.ſic nec operatio ipſius principium vel finem habet. Si autem intelligis
o rex ſunt ⁊ corporu̅ incorporea.et incorporeorum corpora. Qualia inquit rex.Aſcle.
Que in ſpeculis apparent corpora.non videntur ergo tibi incorporea.Nam ſic ſe ha
bet o Tati.Tatius.Diuine intelligis.Rex inquit. Sunt autem incorporea et alia
corporea veluti idee.Tatius. Non vide̅tur. Igitur in corpore exiſte̅tes corporee et
incorporee apparentes non ſolum animatorum.verum etiam inanimatorum.Aſcle
Bene dicis o Tati.Sic refractiones ſunt incorporeorum ad corpora. ⁊ corporum
ad incorporea.hoc eſt ſenſibilis ad intelligibilem mundus.et intelligibilis ad ſenſi
bilem. Quapropter adora imagines o rex tanq̄ et ipſas habentes ideas ab intelli
gibili mundo. Rex igitur ſurgens dixit.Tempus eſt o propheta de hoſpitibus cu
ram gerere.in ſequenti aute̅ deinceps de reliquis theologizabimus.melodieq̄ dul
ciſſime harmoniam pollicentibus.Si in oſtentatione organorum diſcordantia prom
ptitudini impedimento ⁊ ridiculum eſſet inceptum.inſtrumentis enim ad vſum egro
tantibus.neceſſe eſt muſicum a ſpectantibus irrideri.Hic certe ſine labore artem lu
denti non reddit.Ab illis autem egrotans organum accuſatur.Enimuero ſm̄ natu-
ram muſicus deus cantuum harmoniam non ſolum operatur.verum etiā vſq̄ ad par
ticularia inſtrumenta familiarem numerū melodie trāſmittit.Indefeſſibilis eſt de⁹.
non enim deo congruit defatigatio. Si autem tunc volenti artifici veluti maxime
certare de muſica iandudum etiam et tybicinibus melleis inſtrumentis melodie ſua
uitatem operantibus ⁊ calamo ⁊ plectro cantu ſuauitatem perficientibus nō muſici
ſpiritum vituperat.non preſtantiorem culpat.immo quidem hinc decentem reddit
honorem.inſtrumenti autem condemnat rauciditatem. q̄ maxime pulchris impedi-
mēto fuit.Muſicam enim ad melodiam impediuit ⁊ ſuauitatem ⁊ ſuauem cantum
auditoribus eripuit. Et ſic corp⁹ noſtrū circa corpus.ne quis ſpectatorū imbecillita
tis gratia pium noſtrum genus vituperet.Sed cognoſcite q̄ indefeſſibilis eſt ſpiri-
tus dei.ſemper autem eodem modo ſcientiam habens propriam.felicitates conti-
nuans.beneficijs eiſdem per omne veretur.Si autem maxime fidis artifici ad per-
fectam varietatem materie vſus non obſequeretur. ſufficit autem muſicus ipſe quo
ad potuit.ne in ipſum culpam referamus.eodem imbecillitatem damnemus quod
modo tenorem demittens noſtro eleuans concinne cantionis vicinū deſtruxit.Ne-
mo enim imbecillitate circa organum facta vnq̄ muſicum accuſabit. Sed quantum
inſtrumentum impedimento fuit. tantum muſicus connixus eſt comperenſione ſepe
ad tenorē cadentē.maiorē etiā amorē in illū muſicū auditores referūt.nūc tn̄ ↄtra ip̄z
culpā cōuertūt Sic ⁊ vos o honoratiſſimi itus iteꝝ muſico ꝓpriā aptate lyram.Aſc.



M.E.C.D. 2016

Equidem video quendam artificum etiaz abſqꝫ operatione per lyram: ſi quando ma
gnum argumentum fuit apparatus tanq̃ ipſo ſepe vſus inſtrumento. O fidium mi-
niſterium per arcana aptantem vt opus ſit quod auditores honoris gratia poſiti ob
ſtupeſcant. Dicitur quidem ⁊ quodam artifice citharedum contēnente: neruo rupto
a preſtantiore. Dicitur quidem quendam citharedum muſice prefectū deum habuiſ
ſe propiciū. Siquidē certamen citharede facienti neruus ruptus impedimeto contē
ptus illi fuit p̄ſtātioris benignitas ei neruū ſuppleuit: ⁊ excellētie gratiā p̄buit. Iā
dudū em̄ eius fidibus ſm̄ preſtātioris prouidētiā incidentē circa eā ſuppleſſe ſuauita
tem: ⁊ nerui locum cuſtodiſſe: citharedūz vero nerui ſupplemento a dolore liberantez
victorie habuiſſe preſtantiam. Sic igitur vt ſentio ⁊ ipſe patior o honoratiſſimi. Nu
per enim imbecillitatem confiteri viſus ſum ⁊ paulo ante deficere: preſtantioris autē
potentia erga regem melodia ſuppleta modulari: Quamobrem finis vtilitatis erit
regum laudatio: ⁊ ex illorum tropheis orationis officiuz. Age igitur eamus: hoc em̄
modulator vult: ⁊ ad lyram aptauit: atqꝫ eo ſuauius modulabitur ac mitiora decanta
bit quo maiorem cantum natura ſubminiſtrat. Poſtq̃ igitur in regem ipſumihi maxi
me lyra aptata eſt: ⁊ laudum tenorem habet ⁊ intentionem ad regias laudes: excita-
uit ſeipſum primum in ſummum omniū regem bonum deum. Et altius exorſus can-
tum ſecundo ordine ad deos qui per imaginem illius ſceptigeram maieſtatem habēt
conuertet. Siquidem ⁊ ipſis regibus charum eſt ex alto primum cantum incedere: ⁊
vnde ipſis victoria data eſt: inde ⁊ bona ſpei per conſequentiam deduci. Ueniat igit
modulator ad maximum regem omnium deum: qui immortalis quidem eſt per totū
ſempiternus: ⁊ ex ſempiterno potentiam habēs. Honeſtus victor primus: a quo oēs
victorie. In reliquum tempus victoriam conſequentibus conceduntur. Ad laudes
igitur deſcendere nos oratio feſtinat: ⁊ ad communis ſecuritatis ac pacis prefectos
reges quibus iamdudum maxime imperium a preſtantiori deo ampliatum eſt: qui-
bus victoria ante illius dexteram conceſſa eſt: quibus brauia ante belli rem fortiter
geſtam preparata fuerunt: quibus trophea ⁊ ante congreſſum: quibus non regna-
re ſolum: verū etiam fortiter facere conſtitutum eſt: quos ⁊ ante motum ſtupeſcit bar
barus. Sed feſtinat oratio in principio reſoluere finem: ⁊ in laudationem preſtantio
re. Deinde ⁊ diuiniſſimorum regum pacez nobis adminiſtrantiū terminare orationē
Quemadmodū enim ex preſtantiore et ſuperiore potētia incepimus. ſic in ipſum rur
ſus preſtantius refrangemus finem. Et veluti ſol omniuz nutritor germinis exiſtēs
primus ipſe oriens fructum primitias manibus maximus colligit tanq̃ ad fructuuz
exceptionem radijs vtens. Manus em̄ ipſi radij plantarum dulciſſimi primū excer
pens. Sic centrum ⁊ nobis a preſtantiore exorſis ⁊ illius ſapientie vnum adeptis ⁊
hoc ad noſtras animarum ſuperceleſtes plantas vtentibus rurſus ad ipſum conten
dende ſunt laudationes. huius ipſe nobis omnem infundet germinationem. Deo
quidē omni ex parte integro: ⁊ noſtrarum patri animarū miſteriorū oris ⁊ vocum lau
dationem referri cōuenit. Et ſi pro dignitate non poſſumus dicere pares: dicēdo nō
exiſtentes. Necqꝫ em̄ antiqui patres pro dignitate celebrare poſſunt: veruz pro virili
parte conuenienter laudem reddunt. ⁊ veniam habent propter hoc. Magis autem
ad ipſum glorie deo cedit q̄ maior ipſe ſit ſuis generationibus. ⁊ prohemia et gratia
et medietas ⁊ finis laudationum eſt confiteri patrem infinite potentie: infinitorum
terminorum. Sic ⁊ regis laudes. Natura em̄ nobis hominibus tanq̃ ꝓgenitis ab
illo exiſtentibus laudationes inſunt. Petenda autem eſt venia. q̃uis maxime hec
ante petitionem a patre concedere. Quēadmoduz antegenitos ⁊ antiquos nō ſolū
eſt inbecillitatis remoueri patrē: verum gaudere per deſperationem. Sic⁊ cognitio
totius que vitam omnibus prebet: et laudationem in deum quam nobis largita eſt.

M.E.C.D. 2016

Deus enim bonus exiſtens ⁊ ſemper apparens ⁊ in ipſo per omne perpe tue excellentie habens finem immortalitatis aũt exiſtẽs ⁊ in ſeipſo infini tam finitionẽ circũplectens: ⁊ per omne perennis ab operatione iſtius et in hunc mundum prebens pollicitationem auſeruatricẽ laudationez. Nõ eſt igitur illius inter ſe differentia. Non eſt illius mutua viciſſitudo. Sed omnes vnũ ſentiunt: vna etiam oĩm precognitio: vna eis mens: pater vnus ſenſus per eos operans harmoniã omniũ. Siquidẽ deũ laudemus: veruz deſcendamus ad eos qui ab illo ſceptra acceperunt. Oportet ẽm a regibꝰ exorſos ⁊ ab his exercitatos etiaz aſſuefacere ſeipſos ad laudes ⁊ celebra re erga preſtantius pietatẽ. Et primũ quidẽ principiũ laudationis ab exer citatione. exercitationẽ aũt propterea exercent: vnũ nobis ſit ⁊ exercitatio pietatis erga deũ: ⁊ in reges laudatio. Oportet etẽm his reddere remu nerationes: que tante pacis tranquillitatem nobis explicuerũt. Regis autem virtus ⁊ nomen ſolum prebet patrem. Rex enim propterea dictus eſt quoniã regno ⁊ amplitudine inced it: ⁊ ad pacis ſermones imperiuz ha bet: et ꝙ excellere natus ſit regno barbarico: ⁊ nomẽ nota ſit pacis. Pro fecto ẽm appellatio regis ſepenumero ſtatim hoſtem remittere conſueuit Atqui ⁊ ſtatue huius maxime veratis proſtrationes exiſtunt pacis. Jam vero ⁊ ſola imago regis viſa victoriam operata eſt: atq; intrepiditatem et inſaucietatem conceſſit indigenis.

Diffinitionũ Aſclepij hermetis triſmegiſti diſcipuli finis.





M.E.C.D. 2016

## ¶ Commentarium domini Simphoriani Châperij phyſici Lugdunen. in Aſclepij Mercurij Triſmegiſti diſcipuli diffinitiones theologicas ad Ammonē regē in quattuor ſectū partes.

*Primū deorū genus*

QUoniā apud egyptios deorū genus primum fuiſſe fabulant poete: aſtrorūq ab his veteres obſeruatiões repertas: plurima quoq ac preclara excellentium viro geſta feruntur digna memoratu: ab rebus eorum hiſtoria ordietur. Tradūt egyptij (Diodoro teſte) ab orbis initio primos homines apud ſe creatos cum bonitate felicitateq ſolitum propter Nilum. qui et multa generat: et ſua apte natura: que genuit facillime nutrit. Nam et arūdinum radices prebet et lotum: et egyptiam fabam: et quem dicunt orſeum: multaq preterea ad victum hominū expoſita. Prima animantia apud ſe orta ea vtuntur coniectura: q nunc etiam in thebaidis agro certis tēporibus multi ac magni generent mures. Qua ex re plurimum ſtupent homines cum videant quorū dam anteriores vſq ad pectus: et priores pedes murium partem animatam moueri: poſteriori nondum inchoata ſed informi. Et hoc perſpicuum fieri aiunt ab ipſo orbis ortu primos homines egyptum protuliſſe. in nulla enim orbis parte accidit eo modo animalia creari. Igitur (vt dicūt) primi illi homines olim in egypto geniti: hūc mūdi ornatū conſpicientes admirantesq vniuerſorum naturam: duos eſſe deos et eos eternos arbitrati ſunt: ſolem videlicet et lunam. et hunc quidem Oſiridem: hanc Iſidem certa nominis ratione appellarunt. Et oſiridem quidē greca interpretatione: vt qui ſuis radijs veluti pluribus oculis terram ac mare luſtraret: multos oculos habentem dixere. Cui rei poete quoq verba congerunt: ſolem omnia conſpiciētem dicētes atq audientē. Hos deos arbitrati aſſerunt illos vniuerſum circuire orbem ac nutrire: augereq oīa tribus anni temporibus: motu continuo perficientes orbem: vere: eſtate: ac hyeme. Hec inuicē contraria annū conficiunt firmata concordia. Deorum alterum igneum eſſe ſpiritalem: alteram humida atq frigida. Aer vtriq cōmunis. Ab eis itaq generari atq nutriri corpora omnia rerumq naturam ſingularem a ſole et luna perfici. Ferūt inſup alios ex his genitos qui fuerint mortales. ſapientia vero et in humanū genus beneficijs īmortalitate potitos. Horum quoſdam in egypto regnaſſe: partimq eo fuiſſe nomine: quo et dij celeſtes: partim proprio vocitatos. Solem: Saturnum. Rheam Iouem quoq a nonnullis Ammona appellatū: Iunonem: preterea vulcanum: veſtam vltimo Mercurium triſmegiſtum. Volūt egyptij hunc primū et verba in ordinem redegiſſe: et multis indidiſſe rebus nomina. Fuiſſe quoq litterarum inuentorem aiunt: inſtituiſſeq quo honore quibuſue ſacris coleretur dij. Is primus obſeruator aſtrorum curſus fuit: et vocum armonias adinuenit. Paleſtre numerorumq et ad corpora curāda medicine artis: lyre inſuper ex neruis triū chordarum inſtar triū anni temporū repertorem tradunt. Tres eñi inſtituit voces: acutam: grauem: et mediā. Acutā ab eſtate: grauem ab hyeme: mediam a vere ſumemus. Hic et grecos docuit verborum interpretationem: vnde et ipſum hermē hoc eſt interpretem appellarunt. Deniq et qui tempore Oſiridis regis fuere ſacrarum litterarum ſcriptores: hec eadem ab illo accepta referunt. Oſiridem etiam plurimum ſuo conſilio vſum: Olee quoq plantā ab eo non a Minerua: quemadmodū greci dicunt: repertam. Oſiridem vero tanq virum bonū glorieq cupidū ingentem exercitum coegiſſe: vt peragraret orbem: doceretq mortales plantare vites: ac tritici et ordei ſegetem: pecorumq fructum: exiſti-

*Marginalia:* A — Primi hoīes vbi creati. B — Duo dij ſol et luna. C — D — E Triſmegiſti inuēta. F — G Oſiridis vtile inſtitutum

M.E.C.D. 2016

mans ſi homines ab agreſti vita ad
cultiorem mitioremqꝫ traduceret: ho-
nores ſe quod ⁊ conſequutus eſt poti
turum immortales. Non enim priſci
illi tantum: ſed poſteri etiam propter
inuentas ab eo ſegetes beneficij me-
mores pro maximis dijs habuere. Tra
dunt autem Oſiridem egypti regno
conſtituto rerumqꝫ omnium cura Iſi
di vxori permiſſa tradidiſſe ei Mer-
curium triſmegiſtum: cuius conſilio
(quoniam prudentia videretur excel
lere) inter amicos vteretur. Ducem
vero exercitus omniumqꝫ: que ſue di
tionis erant reliquiſſe herculem. Hūc
mercurium aſſerunt occidiſſe Argum
egyptijs prefuiſſe eiſqꝫ leges ac litte-
ras tradidiſſe. Hic in tanta hominum
veneratione fuit: vt in deorum nume
rum relatus ſit. Templa illius numi-
nis cōſtructa q̄plurima. Nomen eius
proprium ob reuerentiam quandam
pronunciare vulgo ac temere nō lice-
bat. Primus anni menſis apud egy-
ptios nomine eius cognominatur. Op
pidum ab eo conditur: quod etiā nūc
grece nominatur Hermapolis. ideſt
mercurij ciuitas. Triſmegiſtum vero
ter maximum nuncuparunt: quoniam
⁊ philoſophꝰ maximꝰ: ⁊ ſacerdos ma
ximus: ⁊ rex maximꝰ extitit. Poſt em̄
Oſiridem ab egyptijs rex appellatus
eſt. Mos enim egyptijs erat ex philo
ſophorū numero ſacerdotes: ex ſacer
dotum cetu regem eligere. Hic inter
philoſophos primus a phiſicis ac ma
thematicis ad diuinorum contempla
tionem ſe contulit. Primus de maie-
ſtate dei: demonum ordine: animarū
mutationibus ſapientiſſime diſputa
uit. Primus igitur theologie appella
tus eſt auctor: eum ſequutus eſt Aſcle
pius eius diſcipulus: quem in libro de
volūtate diuina: cui Aſclepius nomē
eſt: ſub forma dialogi introduxit. Hic
Aſclepius ſecundas antique theolo
gie partes obtinuit. Aſclepij ſacris
initiatus eſt Orpheus. Plura em̄ ve-
tera egyptiorum acta non ſolum ab
indigenis eſtimantur magni: ſed et
apud grecos quoqꝫ non parum admi
rationis habent. Itaqꝫ qui plurimum
doctrina excelluerunt in egyptū trāſie
re. vt ⁊ leges eorū: ⁊ ſtudia cognitio

*H*

*Mercurius triſmegiſtus pro deo habitꝰ*

*I*

*Quare triſmegiſtus dicitur*

*Mos egyptiorū in rege eligēdo*

*Primꝰ theologus*

*R*

*L*

ne digna perciperent. q̄nis em̄ ſciret
egypti aditum externis difficilem: ta
men omni ſtudio olim illuc accedere
appetiuerunt: in quibus antiquiores
extitere Orpheus: poetaqꝫ Homerus
Deinde poſteri nonnulli: Samius py
thagoras: ac legumlator Solon. Aſ-
ſerunt egyptij litteras: aſtrorū curſus
geometriā arteſqꝫ plurimas ab ſe fuiſ
ſe repertas. Optimas inſuper ab ſe
inſtitutas leges. Quorum maximum
ferunt eſſe argumentum: annis am
plius tribus milibus ⁊ ſeptingētis in
digetes reges egypto imperaſſe. Eā
qꝫ prouinciam ceterarū orbis eſſe fe
liciſſimam: que nullo potuiſſent pacto
fieri: niſi optimis moribus ac legibus
vixiſſent: eruditiqꝫ omni doctrinarū
genere fuiſſent. Non enim quemad
modum apud grecos vnus homo: aut
vnica mulier ſacris preerat: ſed plu
res in cultu deorum honoreqꝫ verſa
bantur qui eandem ſacrorum curam
filijs tradebant. Hi omnes immunes
erant: ſecundumqꝫ poſt reges hono
ris dignitatiſqꝫ locum tenebant. Poſt
enim antiquam egyptiorum vitam:
quam deum heroumqꝫ tēpore fuiſſe
fabulantur: tradunt perſuaſiſſe primū
multitudini ſcriptis vti legibus Mi
nā magni animi virum: viteqꝫ inter
omnes probate. Finxiſſe autem eas
Mercurij triſmegiſti datas precepto
tanq̄ magnorū bonorum cauſā futu
ras. Queadmodū apud grecos aiunt
in Creta quidem Minoen: apud lace
demonios Licurgum feciſſe: quorum
alter Ioue: alter Apollinē ſuarum le
gum auctorem extitiſſe dixit. Plures
quoqꝫ nationes eo modo tradunt le
ges ſuſcepiſſe: q̄ obtēperātibꝰ multorū
bonorum cauſa fuere. Arianeis nāqꝫ
ſcribunt Zatraſtem ſimulato nomie
dediſſe leges. Getis eodē mō zamol-
xis veſtā proferēs leges tulit. Apud
Iudeos Moſes Abiao. quē deū vo-
cāt acceptas leges dare ꝑ ſe ferebat: ſi
ue putantes rem mirandam ac diuinā
maximeqꝫ mortalibus vtilē leges eſſe
ſiue ⁊ citius populi ob rei excellentiā
deū timore: legibus obtēperarēt. Pri
mus igiꝰ apud egyptios legūlator dr
vir prudētia excellēs Mercuriꝰ triſ
megiſtꝰ ꝑ Minā magni aī virū, ꝓbatū

*M*

*Artiū ⁊ ſcientiarum inuētio.*

*Sacerdotes egyptiorum.*

*Quando egyptij leges acceptauerūt*

*N*

*Quo pacto leges date*

*O*

*P*

*Legūlatores egyptiorum.*

Secundus apud egyptios vir huma-
na prudentia excellens Saſochis.
hunc ⁊ ad deum religionem cultumqꝫ
multa prioribus legibus addidiſſe per-
hibent: geometrieqꝫ fuiſſe inuentorē:
ac incolis aſtrorum curſus oſtendiſſe.
Tertium Sooſim regem tradunt: qui
ad rem militarem ⁊ belli munia pluri
ma contulit inſtitutis ſuis. Quartus
ſcribitur rex Bucchoris tuliſſe leges
poſt hūc legibus multa addidit Ama
ſis rex: ⁊ de his precipue que ad mo-
narchas pertinent. Sextum ferunt
Darium xerxis patrem legibus egy-
Q ptiorum addidiſſe. Itaqꝫ ſacerdotes
eorum haud aſpernatus theologia ab
illis geſtiſqꝫ que libris ſacris contine
bantur preceptis. Priſcorum regum
magnificentiam: ⁊ in ſubditos huma
nitatem hiſtoriam complexus eſt. Cer
te virtutem illorum imitatus ab egy-
ptijs ſolus viuens deus appellatꝰ eſt
Fuere igitur apud egiptios reges ſex
R qui leges illis tradidere: quorum pri-
mus fuit Mercurius triſmegiſtus.
Ex theologis autem etiā primꝰ mercu
rius fuit. Mercurio ſucceſſit ī theolo
gia Aſclepius eius diſcipulus apud
egyptios. Sed qui ex grecis ſapien-
tia ⁊ doctrina prediti in egyptum pri-
ſcis temporibus tranſierint: vt theo-
logiam leges doctrinam illorum per-
ciperent: recenſebimus. Scribunt eo
rum ſacerdotes in ſacris contineri li-
bris tranſiſſe primum ad egyptios
Orpheum: Muſeum: Melampodē
Dedalum: Homerum poetam: ⁊ ſpar
S tanum licurgum. Deinceps Solonē
athenienſem: Platonem: ac Samiū
pythagoram. Eudoxum quoqꝫ mathe
maticum: ac Democritum abderitem.
In egypto certe perceperunt omnia
que illos apud grecos admirabiles fe
cere. Nam Orpheus hymnos deorū
plurimos orgia ⁊ inferorum fictionē
attuliſſe tradunt. Et ideo dicit Aſcle
T pius hic in hoc opere ad ammonē re-
gem. Quantum poſſibile eſt o rex om
nem (vt potes) ſermonem ſerua incō
uerſum: ne ad grecos perueniant ta-
lia myſteria. Neue grecorum ſuperba
locutio atqꝫ diſſoluta ac veluti calami
ſtrata: debilem faciat grauitatem: va
litudinem: atqꝫ actiuam nominum lo-
cutionem. Greci enim o rex verba ha

Greci ad egyptios ob eorū doctrinā trāſierunt.

bent tantum noua: demonſtrationum
actiua. Et hec eſt grecorum philoſo-
phia verborū ſonus. Nos autem ſci
licet egyptij non verbis vtimur: ſed
vocibꝰ maximis operū: hec Aſclepius. V

Prime partis cōmentariorum
in Aſclepium finis.

Pars ſecunda commentariorū
in aſclepium Hermetis diſcipulū

ASclepius
videns ma
giſtrum ſu AA
um Herme
tem in cu-
iuſlibet vel
magni: vel
parui ope-
ris princi-
pio deum i
uocare ſolitum ait. Inchoabo ſermo-
nem inde deum inuocans omniū do-
minum ⁊ factorem: patrem circum et
omnia exiſtentia vnum: ⁊ vnum exi-
ſtens omnia. Omnium enim plenitu-
do vnum eſt: ⁊ in vno non exiſtente
ſecundo vno: ſed vtrorumqꝫ vno exi-
ſtente. Deum enim egyptij dixerunt
amorē in omnibus ad omnia eſſe om-
nium auctorem: ſeruatorēqꝫ exiſtere: Deus
⁊ artium vniuerſarum dominū ⁊ ma- oīum
giſtrum. hunc merito Orpheus appel auctor
lauit Solertem bigenium: omnium
claues habentem. Quamobrem ipſa
vnitas: veritas: bonitas: quam inue-
nimus ſuper angelum ex mente Triſ
megiſti omnium eſt principium: deus
vnus: veruſqꝫ ⁊ bonꝰ. Primo eſt vnꝰ BB
quia ſumma eſt vnitas. Nā ſi quod-
libet ſummum eſt vnicum: quid ma- Deꝰ eſt
gis vnicum eſt quam ſumma vnitas: pro vnus.
pria quelibet rerum innumerabilium
multitudo ad propriam redigitur vni
tatem. Deus igitur mundi vnius ordi
nator eſt vnus. Secundo eſt vnus:
quia eſt veritas. Summa enim veri
tas vna eſt. Tertio eſt vnus: quia ſum-
ma eſt bonitas. Summa quippe bo-
nitas quicquid boni reperiri vſquā po- CC
teſt complectitur. Deus ideo eſt in om
nibus: quia omnia in eo ſunt: que niſi Deꝰ in
eſſent in eo: eſſent nuſquā: ⁊ omnino nō oībus
eſſent. Deus amplitudo ⁊ plenitudo eſt.

M.E.C.D. 2016

Deus ampli‑tudo ꝛ pleni‑tudo.

ipſa eſt. Non video igitur cur nō am‑
plificet per cuncta ſeipſum ꝛ ſingula
impleat. Cogitemus ſepe puriſſimã
quandam capacitatem quam nulli vſ‑
quam limites capiant: que capiat que‑

CC

cunq; poſſunt eſſe vel fingi. Ratio di‑
ctat id quod vbiq; nominatur nihil eē
aliud ꝙ̄ vniuerſam naturam rerum:
eamq; eſſe deum. Ideoq; quando di‑
cimus deum vbiq; eſſe: intelligi debe‑
re eum in ſeipſo eſſe atq; econuerſo.
Preſtantius eſt ſemper eſſe: quod eſt
tanꝙ̄ intrinſecum: ꝙ̄ vbiq; eſſe: quod
tanꝙ̄ extrinſecum eſt. Idcirco quod

Materia omnium ſubiectum.

poteſt eſſe ſemper: multomagis vbi‑
q; eſſe poteſt. Facilius eſt enī pigras
dimenſiones excedere: ꝙ̄ motionem
qualitatis ꝛ temporis efficacem.
¶ Dum dicit Aſclepius omnis mate‑
rie creditum eſt eſſe erarium: cum ſit
ſm̄ Ariſtotelem vnicuiq; ſubiectum.

DD

Et ſicut primum in natura qui deus
eſt: agit in omnia nihil patitur ita vl‑
timum: quod eſt materia corporalis
pati oportet ab omnibus. Agere ve‑
ro per ſe: in aliud minime: cum nihil
ſit infra ipſam quod ab ipſa patiatur.
Materia igitur que nature ſubijci‑
tur cum ſit informis non a ſeipſa: ſed
a natura forme ad formam ducitur na‑
turalem. Quambrem preter omnes

EE

huiuſmodi formas ineſſe oportet om‑
nibus ꝛ preeſſe ſubſtantiam quãdam
incorporalem per corpora penetran‑
tem: cuius inſtrumenta ſint corporee
qualitates: Quam formam dicit Aſ‑
clepius deum eſſe. ¶ Cum Aſclepi‑
us ait. Dico quidem ſol ſubſtantiam
quedam inducens. Materiam autẽ
reducens: ꝛ circa ipſum: ꝛ ipſam om‑
nia trahēs: ꝛ a ſeipſo omnia dans om‑
nibus ꝛ lumen copioſũ largitur. Ipſe

Solis ꝛ lune virtutes.

enim eſt cuius lumen: ꝛ actus non ſo‑
lum in celo ꝛ aere. Verum etiam in
terra vſq; in intimam profunditatem
abyſſi perueniunt. Intellige ſolē om‑
nium eſſe moderatorem. Jamblicus
egyptiorum ſententia ita narrat.
Quicquid habemus boni: habem⁹ a
ſole: videlʒ vł ab ipſo ſolo: vł ſi et ab
alijs id quidem: vel a ſole abſolutum
vel a ſole per alia. Item ſol elemen‑
talium omnium virtutum dominus.
Luna virtute ſolis generationis do‑
mina. Ideo Albumaſar per ſolem in‑
quit ꝛ lunam vitam cunctis infundi.

FF

Moſes celeſtium dominum in die ſo‑
lem putat: in nocte lunam quaſi no‑
cturnum ſolem. Solem quidem domi‑

Sol ĩ medio colloca‑tur.

num omnes in mundo medium: quã‑
uis ratione diuerſa collocauerunt.
Chaldei quidem medium planetarũ.
Egyptij vero inter duos mūdi quina‑
rios. Nempe ſuper hunc planetas qn‑
q; : ſub hoc lunam ꝛ quattuor elemen‑
ta. Propinquiorem vero terre ꝙ̄ fir‑
mamento poſitum a prouidentia pu‑
tant: vt eius feruente ſpiritu ꝛ ingēs
lune: aeris: aque: humor: ꝛ craſſa ter‑
renorũ materia foueretur. Quas ob

Orpheus de ſole

res Orpheus Apollinem viuificum
celi oculum appellauit. Atq; ſumma‑
tim hec: que dicam ex hymnis orphi‑
cis congregantur. Sed oculus eter‑
nus omnia videns. Superueniens
celeſte lumen: celeſtia temperans et
mundana. Harmonicum mundi cur‑
ſum ducens ſiue trahens. Mundi do‑
minus Juppiter immortalis mundi
oculus circumcurrens: habens ſigil‑
lum: omnia mundana figurans: luna
ſtellis grauida. Stellarum luna regi‑
na. hec Orpheus. Apud egyptios mi‑
nerue templis aureum hoc legebatur GG
inſcriptum. Ego ſum que ſunt: que e‑
runt: ꝛ que fuerunt. Velum meum re‑
uelauit nemo. Quem ego fructũ per‑
peri: ſol eſt natus. vbi apparet ſolē mi‑
nerue ideſt diuine intelligentie par‑
tum: florem: fructum eſſe. Theo‑
logi veteres Proculo teſte: dicebant
reginam omnium: iuſticiam e medio HH
ſolis throno per cuncta ꝓcedere: om‑
nia dirigentem: quaſi ſol ipſe ſit om‑
nium moderator. Phyſici veteres ſo‑
lem cor celi nominauerunt. Heracli‑
tus luminis celeſtis fontem: pleriq;
Platonici in ſole mūdi animam collo‑
carunt: que ſpheram ſolis totam im‑
plens per globum illum quaſi ignem
tanquam per quod effundit radios:
quaſi ſpiritus inde per omnia: quibus
vitam ſenſum motum vniuerſo diſtri‑
buit. Unde autem hec conſiſtat: vel
influat (ait Aſclepius) ipſe ſolus no‑
uit: ipſe enī tanꝙ̄ auriga bonus mun‑
di currū cōfirmans ꝛ religãs in ſeipm̄ II
ne vllo modo inordinate feratur. Pri‑

Orpheus de Ioue.

mum principiũ ſuipſius gratia agit
mouetq; cuncta diuine. De Joue di‑

M.E.C.D. 2016

dit orpheus. Omniū genitor: principi
um ⁊ finis. Omnia intus inſpicis: oīa
intus audis: oīa diſtribuis. Apud or-
pheum deus vocat̄ ſempiterna vita:
immortaliſqꝫ ꝓuidentia. Hanc ꝓuidē
tiaz Mercurius triſmegiſtus eē dicit
generis humani nutricem. Et diuus
Plato in quarto legū lib. inquit deuz
cōtinere principia: media fineſqꝫ oīm
ambire cuncta: ac recte diſponere ſin-
gula. Mitibus religioſiſqꝫ viris eſſe
ꝓpitium ſuperbos impioſqꝫ punire.
RR ❡ Cum de demonibus dicit Aſclepiꝰ
eſſe aliquos mixtos ex bono ⁊ malo: q̇
intra ſe negocioꝝ ꝑtātem ſortiti ſunt
⁊c. Que hic dicit: non ſatis accōmode
vident̄ poſſe oīa ad piam trahi intelli
gentiam: ſed errorem gentium ſequi.
Aſclepius tn̄: oraculo plenus multa
hic de demonibꝰ ⁊ fato diſcutit: de deo
de verbo: de mundo: de materia: nihil
eſſe in mundo vite expers. Guberna-
tionem aūt rerum fatum appellauit:
Fatū. lex ſiquidē diuina eſt fatum. De demo
nibus demonſtratuz iam eſſe puto: in
chriſtianorū hiſtorijs oēs ſeductores
eſſe atqꝫ maleficos: nulli magꝭ rei ſtu-
dentes ꝙ̄ veritatis euerſioni. Ita cū
magnos in genere hoīm errores pro
ſpexerint: fatorum etiā neceſſitate fal
ſa oēs pene gentes deceperunt: a qui
bus erroribꝰ nemo ipſos mortales ꝙ̄
dn̄s ⁊ ſaluator noſter ieſus xp̄s libera
uit. ❡ Scribit Aſclepius circa ſolem
ZZ octo ſpheras eſſe ab ipſo dependētes
vnā nō errantiū: ſex errantium: ⁊ vnā
circa terram. Sed qm̄ neſcio quō hic
ſub hoc Apolline quaſi poete ſumus
MM etſi nō boni: liceat parumper cōfabula
ri. De muſis nouē veteres in ſole nu-
Nouē muſe mina collocarūt. Nam aut ſubſtantiā
eius ꝯtemplamur: aut vires. in ſubſtā
tia eſſentiam: vitam: intelligentiam
eſſentiā celiū: vitā: rheā. Intelligētiā
vero ſaturnū eoruz more cognomina
mus. Si vires ſolis poſt ſubſtātiam
contēplemur: fecunditatez quidē eius
Iouē noīabimus ⁊ Iunonē. Lucē vo
Apollinez ⁊ Mineruā: colorē deniqꝫ
venerē atqꝫ bacchum. Iam vo phebū
⁊ bacchum qui pre ceteris in ſole plu-
rimum dominant̄ antiqui ſemꝑ iuue-
nes exprimebant: qm̄ ſi quis nouerit
lucez coloremqꝫ ſolis ea ſinceritate pror
ſus ⁊ ꝓprietate: qua illic exiſtunt ſuſci

pere: ad vſumqꝫ ſuum ⁊ modum accō
modare: iuuētutem inde ꝑpetuam re-
portaret: vel ſaltez centū atqꝫ viginti
ſolis annos impleret. Uerum poſt no
uem hec numina intima ſoli ad nouē
circa ſolem Muſas progrediamur.
Quid igitur nouem circa phebuz mu-
ſe: niſi nouem Apollineorum genera
numinum per ſpheras mundi nouem
diſtributorum. Ueteres autem celos
tantum octo cognouerunt. Sub igne
vero celeſti: quaſi nonum celum ae-
rem purum adhibuerunt: qualitate:
videlicet motuqꝫ celeſtem. In quali-
bet vero ſphera diuinos ſpiritus ocu-
lis occultos diſpoſuerunt: gradatim NN
ſtellis ſingulis dedicatos: quos Pro-
culus platonicus etiā angelos ⁊ Iam
blicus inſuper archangelos principa-
tuſqꝫ cognomināt. Sed qui inter eos
vbiqꝫ precipue ſunt ſolares antiquio-
res appellauere Muſas: ſcientijs qui
dem omnibus preſidentes: maxime
vero poeſi: Medicine: Muſice expia
tionibus: ⁊ oraculis: atqꝫ vaticinijs.
Cum autem ait Aſclepius. Ab his
autem ſpheris pendent demones: a
demonibus vero homines: nō videt̄
poſſe ad religionem veram trahi. hec
omnia que dicta hic de Muſis ⁊ ſphe
ris ſunt: magis antiquitatem ꝙ̄ veri
tatem ſapiunt: ⁊ nō ad piā trahi poſſe
intelligentiā: ſed errorē gentiū ſequi
vident̄: iam reuertamur ad Aſclepiū
❡ De deo iterum Aſclepius ita inq̄t. OO
Hec autē deus facit ꝑ hos ſibiipſi: et
ꝑticule dei oīa ſunt: ſi aūt oīa ꝑticule
dei: oīa ergo deus: oīa igit̄ faciens: ſe
ipm facit ⁊ nunqꝫ ceſſat ⁊c. hic edocet
oīa vnū eſſe: ⁊ oīa vnū: vnius vt a q̄
oīa: vnū vt oīa effecta in cā ſunt vnū
a quo diuina rō diuinūqꝫ verbū: torrē
ti fluuio e ſummo in pronū ꝑcipiti ra-
pacitate currēti ſimillimū: oīa ꝑmeat
illabit̄ oīa: influitqꝫ in oīa: ⁊ hec diuīa
rō: diuinūqꝫ verbū. quidnā aliud ꝙ̄ di
uina ſapientia oīm artifex: que cuz ſit
vna oīa pōt: ⁊ in ſe ꝑmanens oīa no-
uat. Et Paulus ad romanos. xj. Qm̄
ex ipſo ⁊ ꝑ ipſum ⁊ in ipſo ſunt oīa.
❡ Ideas Aſclepius dicit rex intelli- PP
gibiliū imagines. Uere em̄ res apud
egyptios ſunt idee: rōnes ⁊ ſemina.
Corpoꝝ vero forme vmbre rex potiꝰ
ꝙ̄ vere res eē vident̄. Quēadmoduz

M.E.C.D. 2016

veri corpis vmbra exactã atqꝫ diſtin-
ctã corpis figurã nõ indicat. Ita cor
pora diuinoꝝ naturam ꝓpriam nõ de-
QQ monſtrant. ¶ De imaginibꝰ Aſclepiꝰ
inq̃t. Adora imagines o rex tanꝙ̃ et
ipſas habentes ideas ab intelligibili
mũdo. Sꝫ q̃d de adorãdis imaginibꝰ
Imagi xpiani ſentiant paucis aperiã. In con
nes ad uentu trecentoꝝ quinq̃ginta antiſtitũ
orande Nicee celebrato: vt ſemel decerneret̃
ſint eſſent ne ſanctoꝝ imagines tẽplis re
necne. ſtituende: an res in oẽ tp̃s abolenda
Magno oĩm cõſenſu ẽ decretũ: vt ro
mane eccl'ie ritu in tẽplis haberent̃:
additaqꝫ eſt colendi forma duobꝰ car-
minibꝰ cõplexa: vt res ab oĩ idolatrie
ſuſpitiõe abeſſet: viſunt̃ hodie verſus
hi venetijs ĩ aurea ede figurati: vetu
ſta litteraꝝ forma: vt ex greco fuerũt
in latinum verſi. Nam deus eſt quod
imago docet: ſed nõ deus ipſa. Hanc
videas: ſꝫ mẽte colas qd̕ cernis ĩ ip̃a.
RR ¶ Aſclepiꝰ de muſica ſiue harmonia
loquẽs ait. Enimuero ſꝫ naturã muſi
cus deus cantuũ harmoniã nõ ſolum
operat̃: verum etiã vſqꝫ ad ꝑticularia
inſtrumẽta familiarem numerum me
lodie trãſmittit. Indefeſſibilis eſt de
us. Nõ em̃ deo ꝯgruit defatigatio ⁊c.
Duo Muſice aũt melodie genera duo tra
gene- duntur. Eſt em̃ graue quoddam ⁊ con
ra mu- ſtans. Eſt ⁊ aliud molle atqꝫ laſciuum
ſice. illud vtentibus vtile: hoc noxium in
libris de repu. ⁊ legibus Plato indi-
cat. Illi in conuiuio vraniam muſam
alibi polymniam p̃fecit. Alij primũ
illud genꝰ: alij ſcd̃m amant. Illoꝝ a-
mori obtẽperanduꝫ adhibendiqꝫ ſoni
ſunt quos expetũt: iſtoꝝ appetitui ob-
ſiſtendũ: illoꝝ nãqꝫ amor celeſtis eſt.
iſtoꝝ vero vulgaris. Profecto ſi quis
tanta muſaꝝ arte diligẽtiaqꝫ cõcentus
offerret auditui: quãta nature artiſue
cura: vel ſapores guſtui: vt mollia ta
ctui offerantur: ꝓculdubio cognoſce-
remus Apollinẽ multomagis animũ
rapere melodia ꝙ̃ vel bacchus vino
guſtũ: vel venus pruritu tactũ ſoleat
occupare. Plato em̃ aĩam effectricem
ſeruatricẽ: motricẽ: oĩm naturaliũ mu
ſicis p̃cipue numeris rõnibuſqꝫ deſcri
pſit: numeris inq̃ nõ mathematicis ac
cidentibꝰ: vt quidã calũniant̃: ſꝫ idea
libus numeroꝝ metaphiſiciſqꝫ rõnibꝰ
cõſtitutam. Deus igitur vt Aſclepiꝰ
optime ſcribit: cãtuũ harmoniã nõ ſo
lum operat̃: verũ etiã vſqꝫ ad ꝑticu-
laria inſtrã familiarẽ numeꝝ melodie
tranſmittit. Totum hoc in Apollinis Orphe
hymno cecinit Orpheus. Tu habens us de
mũdi terminos vniuerſi: tibi cure eſt deo.
principiuꝫ atqꝫ finis: per te vireſcunt
oĩa. Tu ſpheraꝫ totã cythara reſonan
te contẽperas. Et ſapientie. xj. ſcribi
tur. Oĩa in menſura ⁊ numero ⁊ pon-
dere diſpoſuiſti. Et quẽadmodũ medi
ci peritiſſimi certos inuicẽ ſuccos cer
ta quadam rõne cõmiſcent: ꝑ quam in
vnã nouãqꝫ formã plures atqꝫ diuer-
ſe materie coeant: ⁊ vltra vim elemẽ-
talem: virtuteꝫ quoqꝫ celeſtẽ mirifice
nãciſcant̃: qd̕ in andromachi tyriaca ⁊
in mythridatis cõfectione eſt manife
ſtum. Silr̃ artificioſiſſimi muſici gra
uiſſimas voces quaſi materias frigi-
das: voces itẽ acutiſſimas q̃ſi calidas
rurſus mediocrit̃ graues vt humidas
mediocriter ⁊ acutas ⁊ ſiccas tanta rõ
ne contẽperant vt vna quedaꝫ forma
fiat ex pluribꝰ, que vltra vocalẽ virtu
tem ꝯſequat̃ inſuꝑ ⁊ celeſtẽ. Quod q̃-
dem ex eo qd̕ democritꝰ theophraſtuſ
qꝫ aiunt: ⁊ pythagoras effectu ꝓbauit
euidẽter apparet. Nã certis cõcentibꝰ
morbi quidã taꝫ corpis ꝙ̃ animi mira SS
biliter curati dicunt̃: vt nõ miꝝ ſit ve
teres ſapiẽtes in idẽ. ideſt apollineuꝫ
numeꝝ tã medicine ꝙ̃ muſice originẽ
retuliſſe. Vtraqꝫ em̃ medicina ẽ: ſꝫ al-
tera quidẽ ex corpe aĩam: altera vero
ex aĩa curat corpꝰ. Accõmodatiſſime
etiã apollini melodie fonti vaticiniuꝫ
tribuerũt. Sola em̃ melodia ab oĩbus
quotcũqꝫ diſtrahũt animũ retrahens
cõtrahit in ſeipſum: in auditũ quẽdaꝫ
vt ita loquar: interiorẽ: quo nõ voces
ſolũ: ſꝫ ⁊ rõnes vocũ ꝑcipiuntur: ſeda
tiſqꝫ ꝑturbationibꝰ celeſti cõtemperat
harmonie: diuinaqꝫ celitꝰ effundit ora
cula. Profecto q̃libet ſphera mobilis
taꝫ elemẽtalis ꝙ̃ celeſtis, ꝓ figura ſua
tanta harmonia a deo mouet̃ in orbẽ
minant: agreſtis minus mãducabilis dome-
ſtico: ac in cunctis vehementior: verũ dome
ſticus mãducabilis quidem: ſed imbecillior
ſunt autem acute ⁊ calide potentie: ⁊ ob hoc
attenuantis. Radix igitur obtinet quiddam
inflatiuum: ⁊ perinde venerem exuſcitat. ſe-
men domeſtici quidem quiddam habet exa-
cuens venereꝫ: ac agreſtis prorſus ſufflatio
nis expers eſt: ⁊ ob hoc vrinam mouet ⁊ mẽ
ſtrua.

¶ Dactili. Pſellus. dulces magis nu- Pſellꝰ
triunt: acerbeſcentes proſunt ſtomacho: ⁊ vẽ de vi-
trem compeſcunt omnino: omnes difficulter ctus rõ
concoquuntur ⁊ aluuꝫ aſtringũt ſi plurimus ne ad
vſus fuerit eorum. ¶ Raſis. Dactili calidi conſtã
ſunt ⁊ groſſi: multumqꝫ dant nutrimentum. tinum
Qui ſi comeſtione multa accipiãtur: vſu ſan lib. ij.
guinem in interioribus generant groſſum: Raſis
denteſqꝫ corrumpunt: ſanguinem quoqꝫ ac iij. al.
phlegma accreſcere faciunt. ca. xxi

¶ Dragagantũ. ¶ Galenus. Virtus
eius prima eſt virtus que deſiccat: ⁊ ſecun- Gale-
da que conglutinat: ⁊ tertia eſt virtus q̄ frã- nus in
git acuitatem rerum calidarum ⁊ acutarum: tyriaca
⁊ cum hoc qꝫ glutinat ſicut gummi arabicuꝫ

M.E.C.D. 2016

non deſiccat: ⁊ propter hoc additur rebus la-
xatiuis: quod non fit de gummi arabico.
Aabugerig. ℂ Abugerig. Eſt frigidum: ⁊ in eo eſt humi
ditas: ⁊ confert tuſſi: ⁊ vlceribus oculi: ⁊ re-
primit acuitatem medicinarum laxatiuarum
eſt bonum vlceribus veſice: ⁊ aſperitati gut
turis et lingue ⁊ laxat ventrem.

ℂ De littera. E.

Endiuia.
Enula.
Epythymum.
Epatica.
Elleborus.
Euphorbium.
Eſula.
Ebulus.
Eupatorium.
Eruca.

E Ndiuia latine dici-
tur: arabice aūt hūde-
be. ℂ Auicenna. En-  (Auicē na.)
diuiarum alia eſt hor-
tulana: ⁊ alia ſilueſtris
ℂ Conſtantinus. En-  (Cōſtātinus i lib. graduum.)
diuia de amaritudine
⁊ ponticitate compoſi
ta: ⁊ ſicca eſt in ſecundo gradu: ſtomachum
confortat: oppilationem aperit: diuturnas fe
bres curat: arteticos de calore mitigat.
ℂ Iſa c. Endiuia generat ſanguinem peio  (Iſaac. in dietꝭ particularibꝰ.)
rem. ℂ Galenus. Humores putrefactos mū
dificat: ⁊ diu febricitantibus conueniens eſt  (Galenus.)
ℂ Serapion. Endiuie virtus eſt ſicut vir-  (Serapion.)
tus lactuce. ℂ Iſaac. Endiuia ſilueſtris que  (Iſaac.)
frigida eſt in initio primi gradus ⁊ ſicca in fi
ne eiuſdem: habꝫ ſtipticitatem ſtomachū cō
fortantē: que ſi manducetur aut ſuccus eius
potetur morſui ſcorpionis ꝓdeſt. Radix eius
ſi potetur cōtra venenum auxiliatur: ⁊ ꝓuo-
cat menſtrua: ⁊ cor confortat.

ℂ Enulam quidam zinziber de ſem noīant.
ℂ Galenus. Uirtus enule prima calefacit ⁊  (Galenus.)
humectat. Nam in ea eſt humiditas ſuꝑflua
indigeſta: ⁊ eſt ſecunda virtus que adiuuat
ad excreandum humores viſcoſos ac groſſos
in pectore ⁊ pulmone: ⁊ calefacit mēbra egra
ab egritudine frigida ſicut ſciatica: ⁊ ab emi-
granea: ⁊ cōfert fluxibilitati mēbrorum facte
ab humiditate. ℂ Diaſcorides. Quando bibi  (Diaſcorides.)
tur decoctio eius ꝓuocat vrinā ⁊ mēſtrua: ⁊
quādo teritur radix eius ⁊ miſcetur cum mel
le ⁊ fit inde loch confert tuſſi: ⁊ coartationi
anhelitus: ⁊ attritioni neruorum: ⁊ tumori-
bus ac morſibus venenoſis: ⁊ eſt bona radix
ſtomacho. Aufert iram ⁊ triſticiā: fortificat
os ſtomachi: mundificat pectus.

ℂ Epythimū in cunctis potētia validius eſt
thymo: arefaciens ⁊ calefaciens in tertia di-
ſtantia. purgat autē atram bilem ſeu humo
rem melancholicum. ℂ Damaſcenus. cōfert  (Damaſcenus)
ſpaſmo. Et doſis eius eſt infuſi, a. ʒ. j. vſqꝫ
ad. iiij. ⁊ ſicci triti ab. ʒ. j. vſqꝫ ad. ʒ. ij. ß. cum
aliis medicinis. ʒ. j. ſola.

ℂ Epatica. ℂ Galenus naſcitur in lapidibꝰ  (Galenus.)
humectis: ⁊ cadit ſuper eum ros ⁊ ſimilis lē
ticule. Et virtus eius prima infrigidat infri
gidatione pauca ⁊ deſiccat: et ſecunda abſter
git: et tertia prohibet impetiginem et apo-
ſtemata calida: cōfert yctericie: et ſedat apo-
ſtemata lingue: ⁊ ꝓhibet fluxum humorū ad
mēbrum. eſt enī ſicca ⁊ ſtiptica.

ℂ Elleborus vterqꝫ albus ac niger abſtergē
di calefaciendiqꝫ potentie eſt: ideo curant vi
tiligines: ⁊ impetigines: ⁊ ſcabies: ⁊ lepras
fiſtulāqꝫ calloſā. atro curaueris intra biduū
aut triduū: abiicit callum. Ponūtur in tertio
ordine calefacientiū ⁊ arefacientiū. Purgat
aūt niger humorē melācholicum per ventrē
in primis inferiorem. Albus autem per ſupe
riorem: ꝑ vomitum craſſos glutinoſoſqꝫ hu-
mores purgando: mouet etiam inferiorem.
ℂ Abenmeſuai. Doſis ellebori albi eſt a. ʒ.  (Abenmeſuai.)
j. vſqꝫ ad. ʒ. ij. Et caueat ſibi qui recipit elle
borum ne incurrat ſpaſmum. Doſis ellebori
nigri eſt a. ʒ. j. ß. vſqꝫ ad. ʒ. ij. ℂ Meſue. Di-  (Meſue.)
ximus vitari album: qꝛ prefocatiuus eſt. Ni
grum aūt debere ſumi: ſicut concordant om-
nes: ⁊ ꝓprie rectificatum ſm artem ⁊ legem
⁊ nō conuenit niſi robuſtis: ⁊ animoſis corpo
ribus: ⁊ ꝓprie tempore veris. Doſis eius eſt
a charatis. vj. vſqꝫ ad tertiam. ʒ. vel vſqꝫ ad
ʒ. j.

ℂ Euphorbium tenuium partium potentie
eſt. ℂ Raſis. Euphorbium vehemēter eſt ca  (Raſis iij. al. capi. xliij.)
lidum: quod ⁊ aquā expellit fortiter: atqꝫ pa
raliſi: ⁊ ſimilibus egritudinibꝰ confert. in ocu
lis vero poſitum initianti aque cataractarū
auxiliatur. ℂ Bedigoras. Euphorbium quā  (Bedigoras.)
do miſcetur cum aliquo oleo ⁊ fit linitio cum
eo confert paraliſi multum: ⁊ pondus. ʒ. iij.
ex eo occidit: quia vulnerat ſtomachum ⁊ in
teſtina. Et doſis eius eſt a duobus kirath



M.E.C.D. 2016

Raſis. li.viij. al.ca. iiij.

vſqꝫ ad tria. ❡ Raſis. Euphorbium eſt cali
dum ⁊ expellit aquam ⁊ ſpiſſos humores: ex
quo ſumendum eſt a ſexta.ʒ.j.ad ipſius ter-
tiam. Cuius reprimit acuitas cũ oleo amyg
dalino ⁊ dragaganto cum ſpargitur.

Habix

❡ Eſula. ❡ Habix. ſcebrem ſeu eſula calidũ
in tertio gradu: ⁊ ſiccum in principio ſecun-
di: ⁊ eſt in eo cum hoc ſtipticitas ⁊ acuitas:
ita ꝙ quando aliquis ſumit de eo in potu in-
uenit ex eo in gutture ſuo ſtipticitatem ⁊ eiꝰ
nocumentum eſt habentibus calidã cõplexio
nem: inducit eñ febrem potanti ipſum: ⁊ no

Paulꝰ Diaſcorides.

cet habentibus emoroydas. ❡ Paulus. La-
xat aquam citrinam: laxat quoqꝫ phlegma ⁊
melancholiaꝫ. ❡ Diaſcorides. De radice eiꝰ
accipitur.ʒ.j.⁊ bibatur cum mellicrato: et ſi
de ſemine eius accipiatur.ʒ.j.laxat choleraꝫ
⁊ phlegma. Et medici viatores occidunt cũ
eo multos propter paucitatem ſcientie eoꝝ
Et iſte medicine ſunt ignis: quare nõ debẽt
dici medicine: ſed potius venena. Vide Se
rapioneꝫ in lib. ſimplicium.cap.ccc.lxxj.

Diaſcorides.

❡ Ebulus ſeu kameatl. ❡ Diaſcorides. vir
tus eius eſt ſtiptica: que quando ſumitur la-
xat humiditates aquoſas: ſed ipſa eſt mala
ſtomacho: mollificat duritiem matricis: ⁊ di
latat orificium eius: ⁊ ſemẽ eius in potu eti-
am facit hoc: ⁊ eſt bonum cõbuſtionibꝰ ignis
⁊ morſui canis: et conglutinat fiſtulas ⁊ vl-
cera concaua: ⁊ quando fit emplaſtrum cum
eis et ſepo hircino confert podagre. ⁊ quãdo
fit in decoctione eorum ſeſſio expellit ſecun-
dinam: ⁊ cõfert hydropiſi: ⁊ quãdo teruntur
folia ⁊ exprimitur ſuccus eoꝝ: et diſtillatur
de eo in aures aufert ſibilum ⁊ tonitruum:
(al's tinnituꝫ) : ⁊ occidit vermes qui ſunt in
eis: ⁊ quãdo linitur cum eo tepido prohibet
ſcabiem ⁊ pruritum. Et quando in potu ſu-
mitur confert morſibꝰ venenoſoꝝ: ⁊ diſſol-
uit ſanguinem: et lac quando coagulãtur in
ſtomacho: occidit ſanguiſugas que adherent
in gutture: ⁊ confert tuſſi antique: verũ mul
tiplicat nouam: ⁊ confert coartationi anheli-
tus que cogit hominem ſtare erectum: ⁊ cõ-
fert catarro deſcendenti ad fauces: et ſquinã
tie ⁊ augmento vuule: et quando fit collutio
oris cum eo ſedat dolorem dentium: ⁊ quan-
do accipiuntur ex eo ſummitates quando
ſunt tenere cuꝫ folijs ſuis et teruntur: et da-
tur ex ſucco earum cum vino in potu confert
lapidi ren um. decoctio radicis data in potu
ſanat duritiem ſplenis. Sambucus ⁊ ebu-
lus eiuſdem ſunt virtutis: et habent virtu-
tem deſiccatiuam: ⁊ cõglutinatiuam: ⁊ reſolu
tiuam temperate.

❡ Eupatorium tenuium partium potentie
eſt: ⁊ abſtergentis et ſecantis abſqꝫ manife-
ſta caliditate: inde iecoris purgat oppilatio-
nes: breuem quandam habet acerbitatem:
qua roborat confirmatqꝫ iecur. Hanc her-
bam aliqui dicunt agrimoniam eſſe. Quod ſi
quis forte a me exigat: vt quenam ſit vera
eupatorium aperiam: dicam tandeꝫ quid ſen
tiam. Hanc enim multi veteres: quos Dia-
ſcorides notat: putarunt eſſe veram arge-
monium: cum tamen hec ſit ab eupatorio di-
uerſa: qui error ad nos etiam permanauit.
Herba enim que eſt vera eupatorium a plu
ribus creditur eſſe argemonium: atqꝫ ideo
corrupto vocabulo paſſim Agrimonia no-
minatur. Sic vero a Diaſcoride ⁊ pli-
nio diaſcoridem imitante deſcribitur: vt pe
ne ſub aſpectum poni videatur. Hec eſt
diaſcoridis in eadem herba deſcriptio. Eu-
patorium herba eſt virgam rectam ſubtilem
nigram duram aſperam habens in ſummita
te pilos: et longitudo eſt fere vnius brachij
vel plus: et habet folia diuiſa abinuicem cir
ca haſtaꝫ: ⁊ ſunt ſciſſa ſciſſionibus quinqꝫ aut
ſex: ⁊ ſunt in ſummitate inciſa ſicut ſerra: et
ſunt folia eius ſimilia folijs pẽtafilon: aut fo
lijs ſedenagi: ideſt canapis: ⁊ color eorum
eſt tendens ad nigredinẽ: et in haſta eius a
medio ſupra eſt ſemen: et ſuper ipſum ſunt
pili: et eſt declinans ad inferiora pendens in
herba ipſa. In qua quidem deſcriptione ea
herba pingitur: quam aliqui ab illa adhere-
ſcendi natura quam fructui tribuit diaſcori-
des lapullam nominarunt: nos vulgo Agri-
moniam vocitamus. Sed et alia que in eu-
patorio deſcribũtur: ita herbe vulgo vocate
agrimonia quadrant: vt hanc eſſe veram eu
patorium nemo niſi ab ortu nature cecus
non agnoſcat. Vnde etiam duplex ſeculi no
ſtri error deprehenditur. alter ꝙ herbam a
veteribus eupatorium nominatam pro vera
argemonio recipimus. Alter ꝙ pro eupato-
rio herbam vulgarem de qua nulla a priſcis
auctoribus niſi vel ratione: vel auctoritate
ad vſum medicine frequenter adhibemus.
❡ Meſue. Eupatorium eſt herba longitu-
dinis cubiti amaritudinis multe: cuius folia

Serapiõ auctorita te diaſcoridis ca. lxxvij.

Meſue.

M.E.C.D. 2016

ſunt ſicut centauree minoris viridia: ſꝫ ſunt aſpera: et inciſa: et ſtipes eius eſt ſubtilis. Et quādo exiccatur: citrineſcit. Complexio Calidum eſt in primo gradu: et ſiccum in ſecundo. Eſt ſubtiliatiuum: inciſiuum: abſterſiuum: mundificatiuum: et preſeruatiuū a putrefactione: et reſolutiuum conueniens. debilis eſt ſolutionis. Solutioue educit cholerã et phlegma facile. Et cōfortat ſtomachum epar ⁊ viſcera: et eſt medicina ſolennis oppilationum: febribus longi temporis mire ſubuenit. Doſis potio ē ab vncijs quattuor vſqꝫ ad ſextam: et pulueris eius a. ʒ. ij. vſqꝫ ad. iij.

¶ Eruca a ſaliendo dicta eſt quod ad armē torum coitum pertinet. Et dicitur ſalax ab effectu. Facit enim hominem ſalacem: ideſt luxurioſum: et ad coitum pronum. Eruca autem plurimum libidinem excitat.

¶ Conſtantinus. Eruca calida in tertio gradu: h[illegible]mida in primo: ſperma augmentat: coitum incitat: dolorem capitis generat. Oportet ergo cum lactucis miſceatur vt calor temperetur. ¶ Galenus. Calida eſt in ſecundo gradu: humida in primo. ¶ Diaſcorides. prouocat vrinam facit digeri cibum: et mollit ventrem.

¶ Pſellus. Eruca admodum calefacit: generatqꝫ ſemen: veneremqꝫ excitat: capiti dolorem inuehit.

Cōſtātinus ī pantegni. libro. v. Gale. in lib. d̄ cibis Diaſcorides. Pſell⁹ ad conſtātinū

¶ De littera. F.

Faba.
Fenigrecum.
Faſellus.
Ficus.
Frumentum.
Fungi.
Fiſtici.
Filicis.
Fermentum.
Fumuſterre.
Feniculus.
Ferrum.

FAba refrigerat et arefacit: medijqꝫ eſt propemodum temperamenti: et habet panxillum modo potentie abſtergendi.

¶ Pſellus. Faba ſanguinem generat tenuem: eduliumqꝫ eſt inflans: cum viridis manducatur corpora humectat.

¶ Aliabas. Faba que recens eſt et viridis frigidam habet et humidam complexionem phlegma generans. Que vero ſicca eſt complexio illi frigida inuenitur: et ſicca ventoſitatem generat: ⁊ inflationem plurimam: nec ab eo inflatio⁹ ſoluitur: et ſi vſqꝫ decoctionis vltimum decoquatur: maxime ſi cum corticibus decoxeris illam. Tunc enim peior eſt et magis ventoſitatis generatiua tarde a ſtomacho deſcendens: ideo ergo qui illam comedit ſuo in corpore ſtatim inuenit ſegniciem grauitatem: et extentionem in capite ventoſitatemqꝫ groſſam. Hec ſi infundatur aqua donec germinet et frigatur minuitur eius ventoſitas et inflatio: et laudabilior fabe comeſtio ſi corticibus mundata coquatur donec diſſoluatur.

Pſell⁹ d̄ vict⁹ ratōne ad conſtantinum libro. ij. Aliabas ĩn toth onrice. capi. xv.

¶ Conſtantinus. Si farina de eis fiat: ⁊ ſic poſtea coquas cum amygdaleon ⁊ zuccaro ⁊ calidas des bibere: adiuuat tuſſientes gutturis et pulmonis: et pectoris aſperitates. Si cum tunica ſua in aceto coquatur ventris iuuat fluxus: diſſenterias vomitumqꝫ facta inde farina. Si faciem inde vl' corpus lauas cutem de lentigine: vel alijs maculis mundificat: quarum nutrimentum eſt temperatum.

Cōſtātinus pantegni. li. v.

¶ Raſis. Fabe temperamento proxime exiſtunt: licet frigiditati parumper attineant: que multum inflantes ſcothomiam generant.

Raſis. iij. al. ca p. ij.

¶ Fenum grecum. ¶ Pſellus. aqua aſperſum ⁊ dulce factum ſubducit ventrem ex garo premāſus eius fruct⁹: aut ex aceto ⁊ garo aut ex vino ⁊ garo ⁊ oleo: ac capitis dolorē facit ex garo ſolitario manſus ſin cum vino

Pſell⁹ de victus ratione libro. ij.



M.E.C.D. 2016

et garo ⁊ oleo aſſumatur capiti nullū doloꝛē inuehit: eius autē ſuccus coctus ⁊ cū melle ſumptus ſubducit in inteſtinis ip̄robos hu-moꝛes cōfirmatꝗ aluum. ¶ Conſtantinus.

Cōſtā-tin⁹ in pātegi lib. v.

Fenugrecū calidū in ſecūdo gradu atꝗ ſiccū fit ſolubile ſi ante cibū comedat. Si in cibo non adeo facit doloꝛem in capite: ⁊ abomina tionē. Aqua eius decoctiōis colata ⁊ cū mel-le mixta ſolutionē facit ventris. menſtrua ꝓ uocat: parturientem mundificat. Fenugre-cum cū ficubus ſiccis bene coctū: ⁊ poſtea co latum: ſi colato tantūdem adíjcias mellis ite rumꝗ coquas quoad ſpiſſitudinē redigatur: valet ad veterē tuſſim: pectus mūdificat et pulmonē de humoꝛibus groſſis atꝗ viſcoſis

¶ Faſellus medium quoddam edulium eſt inter bonum maluꝗ ſuccum coquibile: ⁊ du-rum cōcoctu: tardum meatu: ⁊ celere inflans ⁊ non inflans parum: ⁊ multum alens.

Raſis íȷ. al. ca. íȷ.

¶ Raſis. Faſeoli inflant: impinguant coꝛp⁹ vrinā quoꝗ ac menſtrua pꝛouocat: ventrem etiā reddunt mollem: q̄d illi pꝛopꝛie efficiunt qui rubei ſunt. Coꝛpus calefaciunt: capitis efficiunt ſcothomiā: ac mala ſomnia videre faciunt.

Pſell⁹ d̄ vict⁹ rōe. lib ſc̄do

¶ Pſellus. Faſellos ⁊ piſa aqua a ſpergunt quo ad radicem germen incꝗ edide rint: ⁊ ante reliquum cibū manducant ad ci-tandam aluum. Garo immerſa nutriūt ſuc-cumꝗ hec generant cum bene concoquūtur: melioꝛa fenugreco: mediaꝗ ſunt inter bonū ⁊ malū ſuccum ſiue cōcoquantur ſiue minus ⁊ inter tarda ⁊ celeria meatu multū nutrien-tia ⁊ parum.

¶ Ficus calide ſunt in pꝛimo gradu: pecto-ri pꝛoſunt aduerſum tuſſes: vrinam citāt: ſa-tis nutriunt ante cibum ſumpte aluum ſub-ducunt: ſi tamen confeſtim in ventrem non deſcenderint malum ſanguinem gignunt: ob hoc ficu ſaturi ſepius ſcabiem ⁊ pedicu-los effundunt. vtilis cibus exiſtimatur ſi co-medatur cum nucibus vel amygdalis. renes purgant: ⁊ oppilationes admouent ab iecoꝛe ⁊ liene: niſi ꝙ calefaciunt: ac ſitim gignunt: flauamꝗ bilem in calidis complexionibus. Tradit autem galenus ob vſum huiuſmodi fructuum arboꝛum ac fere talium a vigeſi-mo etatis ſue anno ad ſenectutē vſꝗ ſepiuſ-cule in moꝛbum incidiſſe: dein abſtinuiſſe ab alíjs: ⁊ ficus ac vuas ſolas ſumpſiſſe: haud quaꝗ immoderate. amicos quoꝗ ſuos ad-monuiſſe: nec quenꝗ poſtea vllo languoꝛe ecto afflictum eſſe. Remedium aduerſum venena ficus quidam pꝛodiderunt: ſi quis eis veſcatur cum quouis attenuante ac nuce vel ruta vel id genus alio. Virides autem ficus eadem fere pꝛeſtant: calefaciunt nanꝗ in pꝛimo gradu et in medio eiuſdem areſa-ciunt. Solidam carnem non faciunt: vt pa-nis ⁊ caro. inflant vētrē: min⁹ ceteris fructi-bus mali humoꝛis gignunt: renes abſtergūt nō ſatis ſincerum gignunt ſanguinem.

Pſell⁹ lib. íȷ. de vic-tus rōe

¶ Pſellus. Ficus vt reliqua poma malum ſuccum generant: ſed minus habentꝗ bona hec. aluum citant: vim habent abſtergendi atꝗ catharticam: nutriunt plus alíjs pomis coꝛpus: comedentium ꝗ ipſos carnem non a-ſtringunt: validamꝗ faciunt: ſed ſubturgi-dam inflatamꝗ: ſed tamen non diu mandu-canda. hec parce omnia.

¶ Frumentaceus panis pꝛecipuum ediliū in pꝛādíjs ⁊ cenis cribꝛo farinaceo poline de lecta: ſen ſim coctus et moderate fermento ⁊ ſale commodus. ex ſiligine ſecundus: ⁊ ſimi-lagine: nutrit parum furfuraceus qui ciba-rius nuncupatur. ex ſiligine difficilis conco-ctu: ac ſi concoquatur crudos generat humo res.

Cōſtā tinus in pāte gni. lib quito.

¶ Conſtantinus. Omnis panis de fru-mento calidus eſt in pꝛimo gradu: eſt tamen bonus laboꝛantibus et ſe exercitantibus et calidiſſimum ſtomachum habentibus: ita di co ſi bene digeratur. Quicunꝗ ergo comeſtu rus eſt azimos panes vel alios comedat eū cū calidis atꝗ diureticis.

aliabaſ v. theo rice. c. xv.

¶ Aliabas. Triti cū oībus granis laudabilius eſt: ⁊ magis tē perantie pꝛoximum: niſi ꝙ ad caloꝛem decli-nat parum: ideoꝗ factum eſt conuenientius omnibus granis hominum coꝛpoꝛibus et cō-ferentius: ac laudabilioꝛ cibus et quod ſoli-dum eſt et durum, et ad ruboꝛem declinans oneroſumꝗ melius eſt et amplius nutrit. groſſioꝛiſꝗ eſt ſubſtantie. Quod album te-nerum eſt et leue: ſubtilius eſt et minus nu-trit ampliuſꝗ furfuris habet. Si elixetur triticum plurimum nutrit et virtutem auget coꝛpoꝛis: ſed humoꝛem generat groſſum: ma xime ſi cum carne decoquatur: tunc enim ma gis virtutem auget coꝛpoꝛis et robur mani-feſto augmento: et eſt conueniens magni-laboꝛis homin bus et fatigationis. Qui au-tem aſſueſcit triticum comedere non coctum ventoſitatem parit illi: ⁊ in inteſtinis lumbꝛi cos generat et aſcarides.

Gale. v. ſim.

¶ Furfur. ¶ Galenus. Eſt minus cali-dum et plus temperatum ad medullam fru-menti: et dicit in thimeo ꝙ virtus furfuris eſt ſicut virtus oꝛobi. in abſterſione et farina

M.E.C.D. 2016

orobi eſt plus in abſterſiõe ꝙ̄ farina ordei ⁊
Diaſco fabarum. ¶ Diaſcorides. Quando coquitur
rides. cum aceto forti et fit inde emplaſtruꝫ aufert
ſcabiem: et eſt emplaſtrum iuuatiuum in a-
poſtematibus calidis in principio eorum: et
quando coquitur cum ruta: et fit inde em-
plaſtrum confert apoſtematibus mamillarũ
que fiũt a coagulatione lactis: et confert ſca
biei ſimiliter: et confert punctionibus inte-
ſtinorum: et confert morſibus tyri.

¶ Fungus frigidum et humidum edulium
inde lethalis eſt poteſtatis: ex quibus ſunt
qui occidant tametſi inquit apud Horatium
ille epicureus: pratenſibus optima fungis
Gale. natura eſt: alijs male creditur.
¶ Galenus. Virtus fungorum prima eſt
frigida et humida multũ: et propter hoc ſunt
prope medicinas mortiferas.

¶ Fiſtici. ¶ Conſtantinus inter calidum et
Cõſtã- humidum ſunt temperati: ſtomachum con-
tinus i fortant et epar: diuretici et libidinis augmẽ
pãtegñ tatiui ſunt: contra morſum valentes ſcorpio
lib. v. nis. ¶ Raſis. Fiſtici calidiores exiſtunt a-
Raſis. mygdalis: atqꝫ epatis aperiunt oppilatiões

¶ Filicis. Radix occidit vermiculos latos
drachmis quattuor aſſumpta cũ mellicrato
et embrya ſana occidit et mortua educit: vl-
Gale. cera citra vellicationem arefacit. ¶ Gale.
Virtus eius prima lexiccat exiccatione forti
ſine mordicatione. Et ſecunda virtus lauat
et confortat virtutem. Et tertia virtus inter
ficit lumbricos ⁊ vermes cucurbitinos quã-
do potantur de ea aurei. iiij. cum aqua mel-
lis.

¶ Fermentum tenuium eſt partium et me-
diocriter calidum: ob hoc tutum ⁊ citra vel-
licationem: euellit autem radicitus et diſtra
hit. miſcetur ex contrarijs potentijs acore
frigiditate ⁊ putrida caliditate: tum farine:
Raſis. tum aliorum. ¶ Raſis. Fermentum de fari-
iij. al. na triticea doloribus qui ſunt in plantis pe-
cap. lj. dum ſi ex eo fiat emplaſtrum auxiliatur: et a
poſtemata maturat.

galenꝰ ¶ Fumuſterre. ¶ Galenus. Virtus eius
prima eſt calida ⁊ frigida cum ſiccitate in ſe-
cundo gradu: ⁊ ſecunda fortificat ⁊ mundifi
cat: et tertia confert ſtomacho: quia eſt in eo
Abẽ. ſtipticitas pauca: et non eſt in eo de calidita
meſuai te quantitas manifeſta. ¶ Abẽmeſuai. Pro

prietas iuuamenti eius eſt ad ſtomachum et
ad ſcabiem et pruritum et laxandi choleram
aduſtam: ⁊ mundificandi ſanguinem: et pro
uocandi vrinaꝫ. Doſis eius eſt quando deco
quitur a. ʒ. v. vſqꝫ ad. x. ⁊ crudi a. ʒ. iij. vſqꝫ
ad ſeptem: cum totidem mirobolanorum ci-
trinorum. Doſis ſucci eius eſt ab. ℥. iiij. vſqꝫ
ad viij. cum. ʒ. iij. mirobolanorum citrinoruꝫ
vſqꝫ ad. vij. ʒ. ¶ Auicenna. Fumuſterre di- Auicẽ
citur eſſe frigidus in primo: ſiccus in ſecũdo na.
in ipſo eſt frigus propter id quod eſt ibi de-
ſapore ſtipticitatis: ⁊ calor propter illud qđ
eſt in ipſo de ſapore amaritudinis. ſed quaſi
frigus eſt fortius. ¶ Conſtantinus. Fumuſ Cõſtã.
terre calidus eſt in primo: ſiccus in ſecundo
gradu. vnde cõfortat ſtomachum. excitat ap-
petitum ſuccus potui datus.

¶ Feniculus vehementer calefacit tanq̄ ex
tertia ſit potentia: ſed arefacit in primo ordi
ne: ob hoc lac gignit quod non admodum a- Raſis
refacit ſuffugionibus oppitulatur eadeꝫ ra- iij. al.
tione vim mingendi ⁊ menſtrua agit. ¶ Ra c. xlvij
ſis. Feniculum calidum eſt: ⁊ vrine prouo-
catiuum: ac antiquis conferens febribus: qđ
cũ recẽs eſt lac generat: cuius ſuccus in ocu
lo poſitus acuit viſum.

¶ Ferrũ ex ſulphure ſpiſſo impuro et adu
rente cum argento viuo modico ⁊ immundo
creatur. Alchimiſte. argentum viuum mer
curium nominant: ꝙ omnibus metallis iun
gitur: ſicut mercurius in influentia ſm aſtro
logos cum planetis omnibus copulatur. vn
de q̄ plus de argento viuo participãt cũꝰliq̄
fiũt: ſicut plũbũ et ſtannum. Per oppoſitum
es ⁊ ferrum. Calibs eſt ferrum purgatum et
depuratum per ignitiones ⁊ extinctiones
mixtas. vnde efficitur vnctuoſitatis minoris
et facilius ꝙ̄ ferrum frangitur: nec omnino Ariſto
in pondere equiparantur. ¶ Ariſtoteles li- teles.
bro metheororum. iiij. Quedam ſunt igne meth.
mollificabilia velut ferrum ⁊ cornu. Exitqꝫ q̄rto
ferrum ſic molle et ſciſſibile. Ferrum autem
a calido liquatum coagulatur: infrigidatum
ipſumqꝫ operatum liquatur vt humidum fi- In lib.
at: interdũqꝫ coagulatur. ¶ Ex libro de na- đ natu
tura rerum. Ferrum frigide nature eſt durũ ra rerũ
ſolidum et inciſiuum: omnia fortitudine ſua Auer-
domat: et a ſe tantum conſumitur. ¶ Auer- roys. v
roys libro quinto colliget. Ferrum eſt vehe colligꝫ
mentis ſiccitatis. quando multum teritur et ca. xliij
infunditur in aceto pluries vel in lacte ca-
prino acetoſo valet contra limoſitatem ſto-



M.E.C.D. 2016

machi: et contra dolorem ſplenis ⁊ paſſionē ani: et facit naſci carnem in auribus vlcera-
Paul⁹ tis. ¶ Paulus. Quando ferrum cādens ex-
tinguitur in aqua fit illa aqua deſiccatiua: et
ideo confert duriciei vel groſſiciei ſplenis et
ſi extinguitur in vino confert vinum illud
hydropiſi et diſſenterie et colice paſſiōi et de
bilitati ſtomachi. ¶ Meſarugie. Scoria fer
Meſa ri eſt ſicca in tertio gradu. fortificat ſtoma-
rugie. chum relaxatum cocta in vino. ¶ Conſilia
Conſi- tor differentia. CC. viij. in appenditio vtrū
liator. cauterium actuale ex auro ſit laudabilius ꝙ
cum ferro: dicit ꝙ aurum eſt temperatum: cō
plexioni humane proportionatum: ferrū ve
ro ſufficienter frigidū ⁊ ſiccum fortaſſis. Et
ſubdit. Nō enim ſatis exprimitur in actiuis
q̄litatib⁹ ipſi⁹ natura. ¶ Idē petr⁹ de ebano
Idem. dictus conſiliator prima, pbleumatū problen
mate. 34. dicit ꝙ ferrum eſt notiſſimum in
colore metallorum: et eſt ſiccū valde. Utrū
calidum vel frigidum non ſufficienter expri-
munt auctores: ſed credo ipſum ad latus ca
liditatis magis declinare. ¶ Auerroys v. col
Auer- ligꝫ ca. xxvi. in quodā exemplo ponit ipſum
roys. frigidum. ¶ Platearius in libro circa inſtās
capite de ferro. Ferrū et ferrago ⁊ ſquama
ferri eiuſdem virtutis ſunt. Ferrugo calida
Plate- eſt ⁊ ſicca in ſecundo gradu.
arius. ¶ Sauonarola in libro de omnibus mundi
balneis. libro ſecundo. cap̄. octauo. Ferrum
Sauo frigidū eſt ⁊ ſiccum: ⁊ maior eſt ſua frigidita
narola te ſiccitas: quare redditur plus ſtipticum ꝙ
infrigidatiuū. gradus autē in frigiditate vt
extimo ad ſecundū perueni: et ſua ſiccitas
cū multa participet terreſtreitate ad tertiū.

¶ De littera. G.

Gruis caro
Gallinarum caro.
Granata mala.
Gentiana.
Glans
Gariofili
Galla
Galanga.

GRuis caro calida et arida fibroſaqꝫ: ob hoc biduo aut triduo ante necari grues debent anteꝙ̄ comedātur. Ipſarum ius vocem clarā reddit: ſemenqꝫ auget. fertur medulla cum felle ad abolendam facere memoriā. Jus quoqꝫ ipſius in decoctione oleoſum auribus inſtillatū prodeſſe plurimū: necnon eius pingue cum aceto ſquilliſtico in balneo ſumptū duriciebus confert lienoſis. prodidere quidam memorie hanc volucrem vno in loco non conſiſtere vnꝙ̄: ſed totum orbem terrarum peragrare. ¶ Raſis. Gruis caro eſt groſſa: que et tarde digerit: et ſanguinem generat melancholicum. (Raſis iij. al. cap̄. x.)

¶ Gallinarū caro facilis cōcoctu ⁊ ſucci boni: preſertim cum oua parere incipiunt pingues corpus humectant. iuuant eos: qui pagum exercentur. colorem probū ſuffundunt: et ſemen augent ac cerebrum: ſurdiſqꝫ conferunt. ¶ Auerroys. Melior caro ex volatilibus ē caro galline iuuenis ſane: et pinguis et habet mirabilem proprietatem in temperando complexionem: et ꝑpterea brodiū ſuū eſt optima medicina leproſis. Et dicitur ꝙ cerebrū galline augmentat ſubſtantiam noſtri cerebri: et acuit ingenium. (Auerroys. v. colligꝫ. c. xxxi.)

¶ Granata mala frigida. Harum dulcia thoraci proſunt: bonum ſuccum gignunt: et caliditatis ſunt participantia. Acida vrinam citāt: vtiliaqꝫ ſunt aduerſū flaue bilis morbos: iecoris ⁊ ventris caliditatem. ¶ Cōſtātinus. mala granata frigida ſunt. acida frigidiora in hūiditate ⁊ ſiccitate. mediocria cholerā extinguūt rebeā. ſtomachū et epar confortant: abominationē remouent. Granata eorū ſicca ſoluendo ventrē ſunt cōtraria. humores cholericos trahunt ne deſcendant in ſtomachum. (Cōſtātinus in pantegni. libro. v.)

¶ Gentiana. Huius radix efficax vbi tenuandum fuerit et purgandum: et abſtergendum et oppilatio amouenda. ¶ Raſis. Gentiana calida exiſtens puncture ſcorpionis: ac epati frigide: ſplenis quoqꝫ oppilationi atqꝫ tumori congrua exiſtit. ¶ Auerroys. Gētiana ponitur hec medicina in gradu tertio. cal. et ſic. et hoc manifeſtatur ex fortitudine ſue amaritudinis: et radix ipſius fortiſſima eſt ad ſubtiliandū et aperiēdū oppilatiōes. (Raſis iij. al.) (Auerroys. v. colligꝫ ca. xlij.)

¶ Glans. Diaſcorides. Arbor glandiū ē totaliter ſtiptica. et id in quo eſt maior ſtipticitas eſt pellicula que eſt inter corticem exteriorem et lignum: et ſimiliter pellicula que eſt inter fructum et corticem. Datur ergo li- (Diaſcorides.)

gnum ex decoctione eius habentibus fluxum
antiquum: et habentibus vlcera inteſtinorū
et ſputum ſanguinis: et fit cum eis naſcale
mulieribus habentibus curſum humiditatuꝫ
matricum: et glandes ſimiliter faciunt hec. ⁊
ipſe quidem multiplicant vrinam: ⁊ inducūt
dolorem capitis: et inflant ventrem: et confe
runt ſpeciebus venenoſorum. Et decoctio
eius et corticis eius quando bibitur cū lacte
vaccino confert medicine mortifere que dici
tur toxicum. Et quando fit emplaſtrum cum
glandibus ſedat apoſtemata calida: et quan
do fit emplaſtrum cum eis et axungia porci-
na ſalſa confert apoſtematibus duris: et vl-
ceribus fraudulentis. ⁊ fructus infrigidat in
frigidatione pauca: et incarnat: et curat flu-
xum ſanguinis menſtruoruꝫ: et ſputum ſan-
guinis: et confert fluxui ventris: et vlceri-
Raſis. bus inteſtinorum. ¶ Raſis. Glandes frigi-
de ſunt et ſicce: que ventrem conſtringunt:
atqꝫ vrinam.

¶ Gariofilus. ¶ Albaſari. cōfert ſtomacho
et epati: et confortat cor: et ſtringit ventreꝫ
digerit cibum. Et quando bibitur ex gariofi-
lis. ʒ. iiij. cum lacte ſtomacho ieiuno corrobo
Raſis. rat potentiam coitus. ¶ Raſis. Gariofili ca
lidi ſunt et ſicci: ſtomachum quoqꝫ atqꝫ cor
robuſta faciunt.

Diaſco rides. ¶ Galla. ¶ Diaſcorides. Eſt ex ea que acci-
pitur ex arbore ſua recens immatura parua
rotunda nodoſa non perforata: ſed melior eſt
Auerroys. non matura parua. ¶ Auerroys. Galla eſt
frigida in primo ⁊ ſicca in tertio: ⁊ ſignificat
hec ſtipticitas que eſt in ea cum modica pon
ticitate: et eſt repercuſſiua. ⁊ quando combu
ritur eſt acutior et ſiccior ⁊ ſubtilior. et eſt ne
ceſſe quando vis ſedare ſanguinem oportet
aſſare ipſam et poſtmodum extinguere ipſaꝫ
in aceto: aut fortiſſimo vino. ¶ Galenus.
Virtus earū prima ē virtus frigida in ſecū
Gale. do gradu: ſicca in tertio. Et ſecunda virtus
eſt que repercutit prohibet et aggregat. Ter
cia virtus fortificat mēbra fluxu debilia: et ꝓ
hibet omēs egritudines q̄ ſunt diſſolutiue hu
morum ⁊ ꝓhibet fluxꝰ eorū: ⁊ prohibet hūidita
tem que currit ad gingiuas. et quando accipi-
tur id quod eſt intra gallam et ponitur in cor
roſuram dentis ſedat dolorem eius.

Sera pion. ¶ Galanga. ¶ Serapion. Eſt calidum ⁊ ſic
cum in tertio gradu: et confert phlegmaticis
et humiditati ſtomachi. facit digeri cibuꝫ pro
pter ſuā in caliditatem ⁊ reſolutionem quam
infert ſtomacho. et propter diſſolutioneꝫ ſuā
in phlegmate confert colice: et facit bonū
oris odorem: ⁊ calefacit renes: ⁊ com mouet
ſperma: et quando tenetur ex eo in ore fru-
ſtum facit magnam virge erectionem. Eſt
calidum et ſiccum in tertio gradu: frangit vē
toſitates: ⁊ conuenit habenti eructuationes
acetoſas. ¶ Raſis. Galange calidum eſt et — Raſis. iij. al.
ſiccum: quod ventoſitatem diſſoluit: ac dige — ca. xvij
ſtiuam adiuuat.

## ¶ De littera. H.

Hedine carnes.
Hiſſopus.
Hermodactilus.

HEdine carnes con
coctu faciles et tempe
rate gignunt ſangui-
nem tenuem: et humi
dum: calidas ⁊ aridas
iuuant complexiones.
meliores erunt et ſuc-
ci melioris: qui nō ad-
modum ſunt iuuenes: neqꝫ adeo maiores q̄
par eſt. nam qui ſex excedūt menſes iam nō
hedi: ſed capre habēde ſunt: quoqꝫ rufi et ceſij — Auerroys. v colligꝫ c. xxxij
alijs meliores: at offendūt in colicis affecti
omibꝰ. Tradūt q̄dā pulmonē māſuꝫ auertere
ebrietatē eo die. ¶ Auerroys. Carnes hedu
line ſunt meliores vitulinis: q: gn̄ant melio-
res humores.

¶ Hyſſopus vim habet calefaciendi: atte-
nuandiqꝫ. decocta cum ficubus et melle et
ruta et aqua: et pota aſmaticis ſuccurrit: tuſ
ſi veteri: diſtillationi: lumbricoſqꝫ perimit. cū
melle mixta idem preſtat. Manditur cum
viridibus ficubus ad aluum ſubducendum.
ſi admiſceatur cardamomo vel iridi vehemē
tiſſime purgat: et colorem efficit probatum
ſi fiat ex ea cataplaſma cum ficu ⁊ nitro ſple
ni et aque inter cutem cum vino ſuccurrit. ⁊
anginis decoctio ducta in gargariſmum. co-
cta cū ace o laborantibus ſuccurrit dentibꝰ
ex dolore: vel cōcuſſu. Hyſopꝰ. cal. eſt et ſic.
in tertio gradu vt vult auerroys. v. colligꝫ.



M.E.C.D. 2016

Paul⁹ cap̃. de hermo dactilo ¶ Hermodactilus. ¶ Paulus. Hermodactili ſunt calide et ſicce in principio ſecundi gradus. Herba eſt ⁊ circa radices eius tuburoſitates inueniuntur: que colligi debẽt et vſui reſeruari: in eſtate colliguntur et reſeruantur: per annum vnum reſeruari poſſunt. Sunt autem eligendi qui ſunt albi et ſolidi. habent autem virtutem diſſolutiuam conſumptiuam: attractiuam. Purgant autem principaliter phlegma. Contra artheticam ⁊ podagram chiragram: ⁊ yliacam paſſionem: ⁊ morbos ex phlegmate non exiſtente feb. valet benedicta acuta ex hermodactilis hieralogodion theodoricum.

Meſue. ¶ Meſue. Solutione educit phlegma groſſum et a iuncturis proprie. Doſis eius eſt ab aureo vno vſq͂ ad .ij. conſeruatur autem per annos tres.

¶ De littera. J.

Juniperus.
Ipericon.
Juſquiamum.
Juiube.

Juniperus calida et arida tertij ordinis in vtroq͂: fructus quoq͂ ipſius calidus. arefacit autem: vt quidã in primo ordine. Hui⁹ vſtus cortex ⁊ cum aqua illitus lepras arcet: fruct⁹ aſtringit: prodeſt ſtomacho: thoraci: tuſſim ⁊ inflationes: et ſubuerſiones amouet: prouocat vrinam: ſpaſinis ⁊ fracturis: et oppreſſis ſtrangulatione mirifice ſuccurrit. Auerroys. v colliğ ca. xlij. ¶ Auerroys. Juniper⁹ calida ⁊ ſicca in tertio gradu ⁊ eſt multum ſubtilis: quia quod magis dominatur ſuper ipſum eſt ſubſtantia ignea: ⁊ poſt ipſum ſubſtantia terreſtris aduſta: ⁊ aliquantulum ſubſtantia terreſtris frigida. Operationes ſue ſecunde ſunt vt cõſumat putrefactionẽ que eſt in vulneribus ⁊ apoſtematibus. Operationes ſue tertie ſunt q͂ habet prouocare vrinam ⁊ menſtrua fortius alia re donec faciat mingere ſanguinem. Et facit aborſum: et extrahit fetum mortuum: ⁊ propter ſuam ſubtilitatem ⁊ aromaticitatez ponitur quandoq͂ loco cuiuſdam ſpeciei cynamomi dorſini.

¶ Ipericon ſiue ypericon ſeu reiofricon.

Gale. ¶ Galenus. Subſtantia eius eſt ſubtilis: ⁊ virtus eius prima eſt que calefacit ⁊ deſiccat: ſecunda que ſubtiliat. Et tertia virtus eius prouocat vrinam ⁊ menſtrua. ¶ Diaſcorides. Quando bibitur ſemen eius cum vino curat quartanam: et quando bibitur eodem modo quadraginta diebus continuis ſciaticam curat. Et quando fit emplaſtrum ex folijs et ſemine curat combuſtionem ignis. Di rides. ¶ Galenus. Fructus laxat ventrem ⁊ confert ſpeciei paraliſis: que facit declinare hominem ad poſteriora: ⁊ fit ex eo cum baccis lauri vnguentum quod confert paraliſi que facit declinare caput ad poſteriora: ⁊ ſũt multe ſpecies que ob epytomatis anguſtiaz pretermiſi. Gale.

¶ Juſquiamus. ¶ Diaſcorides. Species eius ſunt tres. Una earum habet flores purpureos: ⁊ ſemen nigrum. Alia habet florem mellini coloris: et habet ſemen cuius color tendit ad rubedinem. Tertia vero ſpecies in qua eſt iuuamentũ in medicina: habet folia pinguia plena humiditate: ⁊ ſup ea eſt bora alba et habet ſemen albũ. Species vero illa cuius ſemen eſt nigrum eſt fugienda. naz ipſa eſt perniciosa. ¶ Raſis. Omnes ſpecies iuſquiami inebriant ⁊ ſtuporem faciunt: deterius autem omnibus nigrum iudicatur: quia interficit. Juſquiamum autem tritum atq͂ apoſtematibus in quibus vehemẽs pulſus eſt ſuppoſitum deſtruit ſenſum. Diaſcorides. Raſis. iij. al. ca. xx ix.

¶ Juiube. ¶ Raſis. In caliditate ſunt temperate: et ſunt bone gutturi et pectori: ſanguinis quoq͂ acuitates parumper extinguũt. Idem capl'o. xliij. Juiube in calore ſunt temperate: que ⁊ guttur leniuũt: et ſanguinem: licet parum clarificant: graues tamen ſunt et faſtidium facientes: tardeq͂ deſcendunt. Raſis. iij. al. ca. xx ⁊. cap. xliij. ¶ Galenus. Nutrimentum eius eſt paucum ⁊ digeſtio eius dura et generat phlegma. ¶ Iſaac ebenamram. eſt calida et humida in primo gradu: et caliditas eſt amplior in ea q͂ humiditas. confert tuſſi ex caliditate: et confert dolori veſice ⁊ renum et pectoris ex caliditate. ¶ Abenmeſuai. Eſt calida in p̃ncipio: ⁊ proprietas eius extinguit acuitatez ſanguinis cholerici: et confert pectori ⁊ pulmoni: et eſt mala ſtomacho.

¶ De littera. K.

Keiri.
Karabe.

M.E.C.D. 2016

Gale. Keiri. ¶ Galenus Floris eius ſubſtantia eſt ſubtilis aquoſa et proprie ſucci ex eo: et ſapor amarus. ⁊ virtus eius prima calefacit. ſecunda abſtergit et ſubtiliat. Et tertia ſubtiliat maculas groſſas que ſunt in oculo: et aqua decoctionis eius prouocat menſtrua et expellit ſecundinam: et fetum mortuum quando ſedetur in ea. Doſis ſunt. ʒ. ij. aperit oppilationes que ſunt in capite.

Gale. Karabe ¶ Galenus. Virtus eius prima eſt calefactiua in tertio gradu: ſed deſiccatio vel humectatio ;non ſunt in ea multum: verum declinat ad ſiccitatem paululum.
¶ Diaſcorides. Quando fit emplaſtrum cuꝫ folijs confert pulſationi podagre: gummi ei⁹ ingreditur in confectionibus vnguentorum ⁊ quando bibitur ſemen eius cum aceto cu-
Paul⁹ rat epilepſiam. ¶ Paulus. Eſt gummi arboris: et eſt coloris auri: quando ipſum bibitur retinet fluxum ventris ⁊ ſtomachi: et abſcin-
Abu- dit fluxum ſanguinis. ¶ Abugerig. Cali-
gerig. ditas eius eſt temperata cum pauca frigiditate: confert cardice et ſtringit ventrem.
Raſis ¶ Raſis. Karabe frigidum exiſtens ⁊ ſiccuꝫ
iij. al. menſtruorum ſuperfluitati: atqꝫ emoroydis
ca. xxx ⁊ emptoicis: necnon diſſentericis: ac cordis
viij tremori remedium confert.

¶ De littera. L.

Lac.
Leporis caro.
Ladanum.
Lens.
Lupinus.
Lilium.
Lactuca.
Liquiritia.
Lapis lazuli.
Lytargirum:

Lac ex trinis conſtat ſubſtancijs. Seroſa que tenuis eſt et abſtergendi vim habet: ⁊ aluū ſubducit: ſi ex frigiditate diſcernit. ⁊ caſeali: que craſſa euadit ⁊ ventrem cohibet. et butyroſa: que media eſt ſtatuꝫ et cōplexionem ſeroſe nature ⁊ caſealis tenens ledit obſtructiones iecoris: et calculos gignit iuuat ad tabes. et ethicas: et aridas tuſſes et venenoſas potiones. Item album conuenit oculis ſtillantibus: corpus humectat concoctum: bonamqꝫ adducit habitudinem: prodeſt pulmoni: et thoraci: offendit ventrem preſertim humidum: et caput quoniam mutabilis qualitatis eſt: dentes et gingiuas offendit. ob hoc qui dentes imbecillos habent Auer-
os proluant mulſo cum vino. ¶ Auerroys. roys.
Et melius lac eſt femineum: et poſt illud lac aſine: et poſt illud lac capre: et iſte ſpēs lactis ſunt ſubtilis ſubſtācie. Sed lac ouis eſt groſſius: et propterea citius in ſtomacho caſeatur. ſed vaccinuꝫ groſſius eſt: et cū hoc butyro- Raſis.
ſius ⁊ pinguius. ¶ Raſis. Acute febricitāti- iij. al.
busvel qbus capitis dolor ex more accidit: ca. xv.
cholicis qꝫ ac quib⁹ frigide ex conſuetudine accidūt egritudines. nullo modo eſt tribuendum. Vaccinum enim lac omni lacte cuiuſlibet alterius animalis groſſius iudicatur: qđ etiam omnibus ſui corporis pinguedinem adipiſci volentibus cōuenientius exiſtit. Aſininum autem omni lacte ſubtilius eſt: quod in pulmone patientibus dandum eſt. Caprinum vero lac inter hec duo temperiem tenet. Sed ouinum plures ꝙ aliquod aliud procreat ſuperfluitates. Camelinum preterea dolorem in epate patiētibus dandum eſt atqꝫ complexionem habentibus corruptam.

¶ Leporis carō volētibus arefacere corpus admodū vtilis perhibetur. Aridioribꝰ aūt cōplexiōibꝰ inutilis ſanguineꝫ gignit craſſiorē ⁊ mlaucholicū: vētrem cohibet et vrinā aduertit: cum bene concoquitur nutrit: at cōtra obſtructioneꝫ iecori et lieni adducit offendit pulmonem: et vigilantiam facit. coagulum porro leporis vtile ſtrangurijs: ⁊ vomitibus morſuſqꝫ virulētos: curat ſumptum poſt mē ſtruorum purgationem partum impedit.
Tradunt quidam femine pudenda contrita a muliere cum vino pota ad partū adducere ſi ſtatim cum potionem eam ſumpſerit viro copuletur. cerebruꝫ eiuſdem aſſum aduerſuꝫ tremores prodeſt.
¶ Raſis. Ipſa plus alijs melancholie generatiua exiſtit.

¶ Ladanum calidum eſt in ſecundo gradu: et partium tenuium mediocriterqꝫ molliens habetqꝫ quiddam ad concoquendum: ideo fluentes retinet capillos. ¶ Galenus. Vir- Gale.

M.E.C.D. 2016

tus eius prima eſt calida in fine gradus pri-mi prope ſecundum. Et ſecunda eſt que mollificat et reſo uit mollificatione: et reſolutione temperata: et maturat ſimiliter: et aggregat et fortificat capillos qui cadunt et incarnat vlcera difficilis conſolidationis: ⁊ qñ bibitur cum vino veteri ſtringit ventrem ⁊ prouocat vrinam.

¶ Lens frigida in ſecundo gradu: arida in tertio: craſſi humoris ⁊ auſteram participat vim atqꝫ qualitatem ſi in aqua coquatur: oleum cum ſale adijciatur ad diſcutiendum idoneum poculum exiſtimatur. Bis cocta aluum arefacit: aluiqꝫ fluxus: ſtomacho firmitudinem inijcit: cunctiſqꝫ ventris inteſtinis ob hoc idoneum edulium eſt celiacis: ⁊ diſſentericis: ablato cortice vim oſtruendi abijcit multam. Tardos meatus ⁊ craſſos habet: qui frequentiſſime hoc vtuntur edulio: labentur in elephantas: et cancros: et duricies: et neruorũ dolores: morboſqꝫ melancholicos. Succus namqꝫ eius idoneus ad craſſum: aridum: et melancholicum humorem: ſanguinemqꝫ gignendum. Qꝛ ſi in carne cuiuſpiam aquoſum fuerit vitium: hoc eduliũ et tantum vtile: quemadmodum aridis et ſqualidis perniciosiſſimum. Si ſanum viſũ habeat obtundit arefaciendo: ſi obtuſus hebeſqꝫ purgando humorem adiuuat: craſſum ⁊ difficulter fluentem gignit ſanguinem: arefaciendo ſemen arcet veneris intentum: et proinde vtilis ei qui continens venere: difficiles, ſomnos facit propter redditos humores melancholicos: ſi cum mentha coquatur inflationis plurimum remittit: ſi qui hac de cauſa betam inter coquendum admiſceant: ſi eſſatim cocta ſit: et diſſoluta: vulneribuſqꝫ impoſita ex iaculo: aut acu: fluxum vehementer diſcutit ſanguinis: pauca coctura lentis tormina leuat: et ſtillata auribus pure fluitantibus ſuccurrit.

¶ Conſtantinus. Lentes frigide ſunt in ſecundo gradu: ſicce in tertio vnde melancholicum generant ſanguinem: quibus ſi ſepe vtitur cholericus efficitur: ⁊ melancholicum morbum tandem patietur: ſicut cancrum elefanciam maniam ⁊ ſimilia.

Cõſtãtinus. lib. v. pantegni.

¶ Lupinus alius domeſticus: alius agreſtis. Domeſticus diu in aqua maceratus deponit amaritudinem: ita manſus difficulter concoquitur: alimentum corporis quidem eſt: ſed humorem craſſum: et crudum gignit. Agreſtis amarior: efficatiorqꝫ in cunctis domeſtico: eiuſqꝫ poteſtatis eſt.

¶ Pſellus. Lupinus concoctu difficilis craſſumqꝫ humorem generat: mediamqꝫ vim habet ad molliendam et aſtringendam aluum.

Pſellꝰ de victus ratione lib. ij.

¶ Raſis. Lupini groſſi ſunt: et ad digerendum duri. Cum autem dulcorantur et comeduntur non calefaciunt corpus: dum vero amari ſunt: non ad nutriendum: ſed ad medicinam ſunt apti. Diſſoluunt enim ſcrophulas: et abſtergunt fortiter quãdo adminiſtratur non multum dulcorati: vrinam quoqꝫ ac menſtrua prouocant. Aborſum preterea faciunt: et lũbricos atqꝫ vermes de ventre expellendo educunt. Emorroydarum inſup ora aperiunt.

Raſis. iij. al. cap. ij.

¶ Lilium album calefacit et arefacit: vnde pote quod vicinum acutis eſt magis ꝙ ireus neqꝫ vt ea partium tenuium. in fine autem eſt ſecundi calefacientium ordinis: ſed terminat arefacientium ordinem ſecundum circa principium.

¶ Auerroys. Lilium album calidum eſt et ſiccum in ſecundo gradu. Et hoc dicimus: qꝛ eſt amarum. Et habet aquoſitatem temperatam: ⁊ ideo oleũ ipſius eſt abſqꝫ aliqua mordicatione: et eſt ſupremum omnibus rebus: que diſſoluit res in matrice. ⁊ folia ſua cocta ⁊ poſita ſuper carnem combuſtam ab igne: et cum aqua feruenti cum oleo roſato mixta incontinenti liberat. Et radix eſt fortior folijs: et ꝑpterea prouocat menſtrua: et mollificat duriciem omnium membrorum: et proprie matricis.

Auerroys. v collig. ca. xlij.

¶ Lactuca: humidum et frigidum holus: nõ vtiqꝫ extremo mõ: ſꝫ vt fontana aqua ꝑfrigida: ideo aduerſus inflammationes cõgruit: ⁊ leues ſacros ignes. eduliũ plane ſitim reſtringens ſomnũqꝫ alliciens ꝑſertim parũ cocta cũ oxicrato manſa: non vt alia coquitur holera: nec citat admodum: neqꝫ diſtinet aluum: ſanguinem malum non gignit. non etiam humorem probatiſſimum: ſemen eius potũ venerem coercet. inde ſomniantibus exhibetur. Jus agreſtis lactuce cum lacte muliebri illitum: dolores inflammationes et eſtus ſedat

M.E.C.D. 2016

**Auerroys. v colligz ca. xiij.** intibi eadē eſt vis que lactuce. ¶ Auerroys herba eſt ſubſtancie humide lactuca cum modica frigiditate: et ſubſtancie ſicce eſt ſilueſtris: ſed domeſtica habet ſubſtantiam aquoſam: et propter hoc maturat apoſtemata calida: ſed non frangit lapides exiſtentes in renibus: et ob hoc ponimus ipſam in primo gradu frigiditatis: et temperatam inter humiditatem et frigiditatem.

**Gale.** ¶ Liquiritia. ¶ Galenus. Virtus eius prima eſt virtus frigidior complexione corporis hominis ac ſi ſit tepide caliditatis: ⁊ ideo eſt prope complexionem equalem: ⁊ eſt humida temperate humiditatis. Et virtus ei⁹ ſecunda eſt virtus que lenit. Et tertia eſt virtus que lenit aſperitatem meri et veſicam: ⁊
**Raſis** abſcindit ſitim. ¶ Raſis: liquiritia gutturi confert ac pulmoni: ſuperflua in eis exiſtencia expellendo. Sitim preterea atqꝫ vrine ardorem aufert.

**Alcanzi.** ¶ Lapis lazuli. ¶ Alcanzi. habet virtutem aduſtiuam putrificatiuam. ⁊ ideo aufert verrucas. Sed quādo ſumitur interius laxat humorem melancholicum: ⁊ mundificat ſanguinem ab humoribus groſſis. Et doſis eius eſt ʒ. iiij. kirath vſqꝫ ad. ʒ. j. imixtus cū alijs medicinis laxatiuis: et potus eius cōfert doloribus renum et aſmati. Et ſi teratur cum aceto et liniatur ſuper morpheam et baras curat ea.

¶ Lythargirum arefacit mediocriter: ſicut ⁊ id genus alia omnia: et calefacit: et refrigerat et abſtergit: et in omnibus mediocriter
**Diaſcorides.** pagit: ideo tanꝗ materia ſepe ipſa vtimur miſcēdo alijs vt cera tanꝗ quedā materia.
¶ Diaſcorides. Virt⁹ lithargirij eſt ſtiptica mollificatiua ſedatiua īfrigidatiua: et ꝯglutinatiua: replet vlcera putrida carne aufert car-
**Gale.** nē ſuperfluam que fit in eis: et conſolidat ea.
¶ Galenus. Virtus eius prima eſt equalis deſiccatiua ſicut deſiccant medicine minerales. Secunda eſt virtus que reſtringit et abſtergit minus ꝙ medicina temperata. Et tertia confert excoriationi que fit in coxis et in alijs partibus propter confricationem in itinere: et eſt ſicut materia omnium medicinarum conſtrictiuarum ſicut cera.

¶ De littera. M.

Mentha.
Marathrum.
Malua.
Mel.
Mala granata.
Meſpila.
Milium.
Maſtiche ſeu maſtix.
Mandragora.
Margarite.
Melilotum.
Melones.
Mirabolani.
Myrrha.
Maiorana.
Mumia.
Meliſſa.
Manna

MEntha agreſtis calida eſt in tertio gradu: arida vero in ſecundo. Domeſtica plus ꝙ agreſtis eſt humida. Iuuat autem iecur frigiduz ac ventrem: confirmat ſtomachum et cococtionem facit: et vomitum mitigat ac guttur: vtilis eſt cordis affectionibus: apperitum exacuit: flatus diſtrahit: lumbricoſqꝫ perimit precipue ius agreſtis venerem ſuſcitat: iecoris ⁊ ſplenis oppilationes ammouet. Nec tamen ea veſcendum iugiter: quoniam ſanguinem attenuat: ⁊ quidam ſeroſum gignit: ipſumqꝫ qualitate mutate in flauam bilem vertit. Expedit flaua bili abundantes ab ea abſtinere.

M.E.C.D. 2016

Cum ſale trita: et rabioſi canis morſui impo
ſita medelam affert. eius ſemen ventrem pur
gat: ſed pulmonem nō iuuat. ¶ Conſtātinꝰ.
Cōſtā- Mentha in ſecundo gradu calida ⁊ ſicca qđ-
tinus. dam habens humiditatis: vnde ardor moue
tur libidinis: frigiditati epatis ꝓdeſt: ſtoma
Gale- chum cōfortat. ¶ Galenus. Uirtus eius pri
nus: ma eſt calida in tertio gradu: eſt tamen in ea
humiditas cruda: ſecūda eius virtus eſt que
ſubtiliat et abſtergit ⁊ fortificat: et tertia eſt
que occidit vermes ventris: ſedat vomitū
phlegmaticuꝫ quando bibitur ſola.

¶ Marathruꝫ ſeu feniculum ſatis calefacit
vt in tertio ponatur ordine: et arefacit: non
eo modo: ſed primo. de eo ſatis dictum eſt ca-
pite de feniculo.

¶ Malua frigida eſt: ⁊ humida in p̃mo gra
du: facile ventrem euadit: non ob humidita-
tem modo. ſed etiam glutinationem: preſer-
tim cum ex oleo profertur inſperſo vino tem
pore edendi: iuuat veſicam: ⁊ thoraca: ⁊ pul
monem: et raucam lenit vocē. Agreſtis mal
ua a veſpis: apibuſue morſos illita a dolore
ſtatim liberat: fertur eiꝰ decoctio pota calcu
los contercre. ſomnum adducit: ⁊ facile puer
periuꝫ mitigat: inflāmationes: impacta: ⁊ du
Cōſtā. ra mollit. ¶ Conſtantinus. Malua medio-
criter frigida eſt et humida: ventrem hume-
ctat ꝯtra tuſſim adiuuat aſperis gutturis pul
moni pectori obuiat: ſi cuꝫ aqua et amygda
loen ſit cocta. in aqua et cū oleo comeſta ven
trem ſoluit.

¶ Mel calidum ⁊ aridum in ſecundo gradu
partium tenuium abſtergens. continet acre
quiddam quoad excernendum: vētrem ſuſci-
tat: vrinam mouet: et ventrem non ſubducit
niſi mul ta miſceatur aqua. Mel ſenibus cō
uenit deſpumatum temperamento frigidis:
Gale. ſed calidis bilieſcit: coctuꝫ per ſe minus acre
ſcit: et perinde minus nutrit. ¶ Galenus.
Uirtus eius prima calefacit et deſiccat in ſe
cundo gradu. et virtus eius ſecunda abſter-
git et quādo coquitur et maturatur fit pauce
acuitatis: et pauce abſterſionis: ⁊ ideo admi
niſtratur ad incarnandū fiſtulas ⁊ vlcera ꝓ-
funda. Mel vero amarum eſt cōpoſitum ex
virtutibus diuerſis ſicut ſi cōponeres mel cū
abſinthio. ¶ Raſis. Mel calidū eſt: citoqꝫ
Raſis in choleram vertitur rubeam: atqꝫ phlegma

quaſi lambendo deſtruit. quod ſenibus fri-
gidam habentibus cōplexionem confert. In
eſtate autem: et qui calidam habent comple
xionem malum exiſtit.

¶ Malagranata. ¶ Raſis. Dulcia non in- Raſis
frigidāt: ſed inflammationem et ſitim faci-
unt: atqꝫ guttur leniunt. Acetoſa vero pe-
ctoris aſperitatem faciunt: ſtomachū ⁊ epar
infrigidant. Epar tamen proprie: que chole-
re ac ſanguinis calorem extinguentia: fe-
brem reprimunt et vomitum. ¶ Conſtan- Cōſtā.
tinus. Mala granata frigida ſunt. arida fri-
gidiora in humiditate et ſiccitate mediocria
choleram extinguūt rubeam: ſtomachum et
epar confortant: abominationem remouent
Grana eorum ſicca ſoluendo ventrem ſunt
contraria: humores cholericos cōtrahunt ne
deſcendant in ſtomachum. Du lcia inter cali
dum et humidū temperata ſunt et humida
grana eius tenera tuſſientes ex calore ad-
iuuant.

¶ Meſpila participant caliditatem matura
et immatura frigida ſunt et aſtringentia: et Pſellꝰ
ventrem cohibentia. ¶ Pſellus. Tam meſ- đ victꝰ
pila qꝫ ſorba ſtipticum ventrem faciunt: flu- rōne.
entemqꝫ aſtringūt: ſunt qꝫ adhuc impenſius
ſtiptica ſorba.

¶ Milium et panicum frigidum eſt in pri-
mo gradu: aridum in ſecundo concoctu diffi
cile: et aluum aſtringit ⁊ parum nutrit iuuat Pſellꝰ
eos quos opus refrigerare arefacere qꝫ: ſum in eodē
pta cum lacte vel amygdaleo ſucco facilius
cōcoquuntur: et humidiora euadunt. ¶ Pſel
lus. Panicum et milium parum nutrit refri
geratqꝫ aluum humidam arefacit difficulter
quoqꝫ concoquitur.

¶ Maſtix ſeu maſtiche calida eſt cum qua-
dam humiditate prodeſt obleſis glutinoſa pi
tuita: exhaurit pituitam: et medele vim ha-
bet ſtomachos frigidos iuuat nonmodo man
ſa: ſed etiam foris impacta. itidem ex ipſa cō
paratum oleum. ¶ Galenus. Eſt compoſi-
tus ex virtutibus diuerſis ſcilicet ex virtute Gale.
ſtiptica et mollificatiua. virtus eius prima
eſt virtus que calefacit ⁊ deſiccat in ſecundo
gradu. et ſecunda eſt virtus que mollificat ⁊
fortificat ⁊ reſoluit.

M.E.C.D. 2016

Diaſco rides.

¶ Diaſcorides. maſtix confert ſputo ſanguinis et tuſſi antique quando bibitur: ⁊ eſt bonus ſtomacho: mouet eructuationem: ⁊ facit adherere pilos palpebrarum: ⁊ quando maſticatur facit odorem oris bonum: ⁊ ſtringit gingiuam.

Gale nus · Raſis iij. al.

¶ Mandragora dominātem vim refrigerādi habet vt tertij ſit refrigerantiū ordinis: ſoporem adducit. ¶ Galenus. Virtus prima mādragore eſt frigida in tertio gradu: et eſt in ea cū hoc pauca ſiccitas: ſed in pomis mādragore eſt hūiditas: et ꝓpter hanc cauſam faciūt ſubeth. ¶ Raſis. Mandragora frigida eſt faciens ſtuporem: que ſi vino mittatur. valde inebriat: medicinis aūt admixta dolorez aufert: de qua ſi maxima bibatur q̄titas perniciem inducit.

Raſis · Iſaac.

¶ Margarite ¶ Raſis. Margarite ſunt frigide ⁊ ſicce in ſecūdo gradu: ⁊ in eis ē ſubtilitas pauca conferunt obſcuritati viſus ⁊ albedini oculi ⁊ ſordiciebus eius: retinent menſtrua ⁊ abſtergunt dentes: ⁊ deſiccant humiditates. ¶ Iſaac. Ebemamram. Margarite ſunt tēperate in caliditate ⁊ frigiditate ⁊ ſiccitate ⁊ humiditate: ⁊ groſſiores ſunt meliores: ⁊ clare ſunt meliores obſcuris. Conferunt cardiace ⁊ tremori cordis: clarificāt ſanguinem cordis ingroſſatū: intrant in medicinis retinentibus ſanguinem.

Diaſco rides. · Bedigoras.

¶ Melilotum mixte potentie eſt: habet q̇dam acerbeſcēs: ceterum etiā diſtrahit ⁊ concoquit. plus nanqz in ipſo eſt calide eſſentie: q̄ ſit frigide. hanc plinius certulam cāpanaz vocat. ¶ Diaſcorides. Eſt ſtipticum mollificatiuum apoſtematū calidorū ⁊ maxime oculorū ⁊ ani ⁊ teſticulorum. ¶ Bedigoras. Eſt tēperatū: ⁊ ꝓprietas eius diſſoluit ſuperfluitates maturat ⁊ reſoluit: ⁊ ſapori eius ineſt ſtipticitas.

¶ Marrubium calefacit in ſecūdo perfecto ordine: arefacit etiam in tertio perfecto: amouet a bſtructionem quam dicimus oppilationem iecoris ⁊ ſplenis: purgatqz thoraca: et pulmonem ⁊ menſtrua mouet: perqz nares ictericos: ſiue arquatos purgat: facitqz ad aurium dolores iam vetuſtos appoſitum et abſtergit et diſtrahit.

Pſell9 de victus rōe lib. ij.

¶ Melones melopopones neutiq̄ tantuz humidi ſunt aut mali hūoris q̄tū pepones: neqz tam vrinarij: neqz aluo boni: nec itidez vomitorij eque: neqz ſtomacho conducunt. ¶ Pſellus. Pepones frigidi ſunt ⁊ humidi vimqz nonnullam purgādi habēt ideo vrinā citant humectātqz aluum plus colocyntha, ⁊ melopoponibus: malūqz in corpore ſuccum generant preſertim cū nō bene cōcoquūtur. Tum cholericos efficiūt nō inq̄ bilioſos vt vulgus putat: ſed ventrē ſuperiorem ⁊ inferiorē ſubuertunt: nam anteq̄ coquātur vomitū pariunt: preſertim qui plus nimio deuorarint. ¶ Raſis. Melones dulces velociter in choleram vertūtur rubeā. Alij vero ſitim ſedāt ⁊ humectant: atqz vrinam prouocant. Melonibus aūt ſi quis in comeſtione multū vſus fuerit: cholericam patietur paſſionem. Cucumeres ⁊ citroli frigidi ſunt: qui ⁊ ſitim auferunt ⁊ ſtomachū infrigidant. atqz vrinā prouocant.

Raſis ij. al. ca. xx.

Raſis in diuiſionib9 c. cxliiij. · Serapio. · Iſaac.

¶ Mirabolani. ¶ Raſis. Citrini ſoluunt choleram: et nigri indi ſoluunt melancholiā nigri vero in quibus eſt ponticitas non ſunt cōuenientes ad ſolutionē faciendā, immo ad ſtomachi preparationē: et non oportet vt de mirabolanis bibatur ad ſoluenduz: ſed aqua eoꝝ cū ſuccharo ⁊ tereniabin: quorū doſis ſit a. ʒ. x. vſqz ad. xx. ¶ Serapiō. Mirabolanorū citrinorū doſis tritoꝝ. a. ʒ. v. vſqz ad. vij. Uniuerſaliter mirabolani ſunt calidi et ſtiptici: et expellūt ſtercora ventris: et corroborant ſenſus oēs ⁊ memoriam et ſenſum: et cōferunt lepre et cholice ⁊ emorroidibus antiquis ⁊ ſoda et hydropiſi: et inducūt nauſeā et vomitum. ¶ Iſaac ebemamram. Virtus eorum prima eſt frigida in primo gradu: ſicca in ſecundo. Et virtus eorum ſecunda ſm hachim eſt q̄ fortificant oculos leues: ⁊ prohibent curſum humorum ad ipſos.

Gale

¶ Mirrha. ¶ Galenus. Virtus eius prima calefacit et deſiccat in tertio gradu, et ſecunda abſtergit cū temperamēto: et tertia conglutinat fragmenta oſſium capitis: ⁊ occidit lumbricos: et fetum: et expellit eos: et ingreditur in cōfectionibus colliriorum que fiunt ad vlcera oculi: et in medicinis que bibuntur ad tuſſim antiquaz: et ad aſma: nam ipſa nō exaſperat cannam pulmonis: et hoc propter quia non calefacit nec deſiccat calefactione: et deſiccatione forti: et cuz ſuperfluitate ſue amaritudinis: et abſterſionis. Calefacit enim mollificat et reſoluit: et eſt compoſita ex cōtrarijs qualitatibus: facit ſubeth: cōglutinat quicquid eget conglutinatione et deſiccat: mollificat orificium matricis coartatum: et

M.E.C.D. 2016

Raſis. dilatat ipſum. ¶ Raſis. Myrrha calida eſt
iij. al. que tuſſi antique congrua exiſtens: vocem
c.xl. efficit claram. Scotomiam tamen inducit:
dormire preterea faciens menſtrua prouocat
ac puncturis ſcorpionum bibita beneficium
prebet.

¶ Maiorana. ¶ Galenus. Uirtus eius pri
Gale. ma calefacit ⁊ deſiccat in tertio gradu: ſcda
Raſis reſoluit ⁊ ſubtiliat. ¶ Raſis. Maiorana cali
da eſt ⁊ ſubtilis: omnibus frigidis paſſioni-
bus ꝗ in cerebro fiunt proficiens.

Atabari. ¶ Mumia. ¶ Athabari. Eſt calida ⁊ ſubti-
lis: ⁊ eſt bona caſui ⁊ percuſſionibus ⁊ vento
ſitatibus: et reſtringit ſanguinem: ⁊ eſt ſub-
limior omni medicina ad ſputum ſanguinis
confert fracturis: ⁊ conquaſſionibus que fiūt
in interioribus corporis et exterioribus: con
Raſis. fert pectori ⁊ pulmoni. ¶ Raſis. Mumia
iij. al. emoptoicis bona exiſtens: rupturam vel fra
capto. cturam velociter reſtaurat: dolorem preterea
xl. gutturis ac diſſolutionis et concuſſionis: et
plagarum ſedat. Illi autem qui dixerunt ꝙ
perfecte emendat: mentiti ſunt. dolori inſu-
per ex frigiditate naribus cum oleo ſambaci
no inſufflata auxiliatur.

¶ Meliſſa. ¶ Galenus. Uirtus eius eſt ſi-
Gale. cut virtus praſſij: niſi quia eſt minor virtute
eius: ſatis prouocat menſtrua: ⁊ confert dolo
ri dentium ⁊ puncture ſcorpionis: et morſui
rutelle: et morſui canis ⁊ letificat animam.
Raſis ¶ Raſis. Melliſſa calida eſt: que ſubtilia-
iij. al. tiua exiſtens: cordis patientibus tremorem
c.xviij congruit: atq̃ inflationem faciens virgam
erigit: deſideriū preterea comedendi tribuit
vomitumq̃ aufert ⁊ ſingultum.

Meſ. ¶ Manna ¶ Meſue. Eſt equalis: plus de-
clinans ad caliditatem: ⁊ eſt linitiua: abſterſi-
ua: mundificatiua: ⁊ ſedatiua. Nullus eſt ex-
ceſſus. Eſt tamen ex debiliter ſolutionem fa
cientibus. Educit choleram cum facilitate.
Et ipſa quidem lenit guttur ⁊ pectus et vē-
trem: ⁊ eſt ſedatiua ſitis. Doſis eius eſt. a. ℥.
ſex. vſq̃ ad. xv. Et ipſa quidem conſeruatur
platea- per vnum annum. ¶ Platearius. Manna
rius in in decoctiōe plus obeſt ꝙ prodeſt. nūꝙ pura
lib. cir inuenitur: vnde in febribus acutis nō debet
caiſtās poni in multa quantitate: quia ex mellis ad-
mixtione nocet. Uide capitulum tereniabin.

De littera. N

Nux viridis.
Nardi ſpica ſeu nardoſtachis.
Nux pontica ſeu auellana.
Nenuphar.
Nigella.
Nux muſcata.
Nux indica.
Nux vomica
Naſturtium.

NUx viridis calida i
primo gradu: arida
in ſecundo: habet ta-
men humiditatem ſu
perfluā: viridis aluū
citat. Sunt qui putāt
ſi quis nuces mandu
cet cum ficubus ⁊ ru-
ta ante cibū a lethali medicamine immunē
fore. Frigidis certe ſtomachis nuces cōgru
unt atq̃ cōcoquuntur ac in calidis magis al-
terantur: bilemq̃ flauā gignunt: gutturi do
lorē inuehunt: capitiq̃ dolorē ac tuſſim au-
gent: ante cibum ſumpte ad vomitū faciūt:
faciuntq̃ ad dentium cōcuſſionem medelā.
¶ Pſellus. Nuces exigui ſunt nutrimenti: Pſellus de victus ratiōe lib. ij.
que recentes aquoſam vim habent facilius
concoquuntur ⁊ magis ſtomacho vtiles pur
gate tunicula ſua precipue cum caricis man
ſe. aride nuces aqua macerate dempta tuni-
cula loco viridium recentiūq̃ habentur.

¶ Nardi ſpica calefacit quidem in prima di
ſtantia: arefacit autem in ſecunda completa
conſtat autem ex acerbeſcente aliquantulum
eſſentia ⁊ acuta non admodum calida ⁊ quo
dam ſubamaro breui: vnde congruit admo-
dum: tum iecori: tū ſtomacho pota: ⁊ extrin
ſecus appoſita: et vrinam mouet: ⁊ morſus
ac vellicationes dimouet: ⁊ curat ſtomachū
arefacit quoq̃ in ventre ⁊ inteſtinis fluctua
tiones. preterea confert et capiti et thoraci.
validior autem eſt indica: que ſyriaca nigri-
or eſt. lege cap. de ſpica.

¶ Nardus celtica propemodum eiuſdem po
tentie eſt que etiam memorata: niſi ꝙ in
cunctis imbecillior niſi ad mouendam vrinā
calidior ſiquidem alijs: minus vero acerbe-
ſcit.

¶ Nuces pontice que et auellane: calide et
humide magis ꝙ nuces dicte nutriunt: con-
coctuq̃ difficiliores inflantq̃: offenduntq̃

M.E.C.D. 2016

vt quidam aiunt inteſtinum: quod ieiunum nominatur: facilius concoquitur: minuſq; cohibet ventrem dempto cortice. Tradunt etiam quidam ſi quis ante cibū eas cum ruta manducet non leſum iri aut morſu aut veneno vllo eo die ſcorpioſq; ab ipſo fugituros ſi cum aridis aſſumantur ficubus iam morſos a ſcorpionibus adiuuari. Manſa auellana dolorem capiti inuehit.

Albaſari.

¶ Nenuphar ſeu nilofar. ¶ Albaſari. Eſt frigidū in tertio gradu: humidū in ſecundo ſubtilium partium penetratiuum aufert vigilias euenientes a caliditate: eſt tamen vna ſpecies nenupharum in qua eſt acuitas ⁊ caliditas et ſubtilitas: ita ꝙ quando volumus calefacere in egritudinibus frigidis adminiſtramus eam et inuenimus iuuamentum: et ſirupus nenupharum confert dolori lateris ⁊ pulmonis et tuſſi: et mollit ventrem: inducit ſomnum: ſedat dolores: et oleum nenupharum eſt fortius violaceo: et nominatur. interfector apum: confert ſode calide et quādo ponitur ſuper apoſtemata calida confert.

Diaſcorides. ¶ Diaſcorides. Quando bibitur de radice ipſius ſicca cum vino confert fluxui antiquo et vlceribus inteſtinorum ⁊ reſoluit apoſtemata ſplenis: et fit emplaſtrum cum ea. in dolore ſtomachi et veſice: et quando miſcetur cū aqua et ponitur ſuper albam morpheam abſtergit eam: et quando miſcetur cum pice et ponitur ſuper alopiciam curat eam: et bibitur ex ea ⁊ aufert pollutionem: ſi vero vtitur eo aliquis nimis debilitat genitalia. Semē eius eiuſdem eſt virtutis in omnibus.

Gale. ¶ Nigella. ¶ Galenus. Virtus eius prima calefacit et deſiccat in tertio gradu: et ſecunda abſtergit: incidit ⁊ reſoluit: ⁊ tertia curat corizam quando aſſatur et ponitur in panno lini et odoratur: et reſoluit inflationes fortiter interius ſumpta: et occidit lumbricos: aufert verucas et maculas: et confert aſmaticis: et prouocat menſtrua retenta cauſa humorum viſcoſorum: deſiccat lac: confert morſui rutelle.

Abenmeſuai. ¶ Abenmeſuai. occidit aſcarides: et aufert febrem phlegmaticam ⁊ melancholicam.

Abenmeſuai. Meſehahen. ¶ Nux muſcata. ¶ Abenmeſuai. Eſt calida et ſicca in tertio gradu: eſt bona ſtomacho et epati frigidis. ¶ Meſehahen. ē calida et ſicca in fine ſecundi gradus: ⁊ ſtringit ventrē et efficit odorem oris bonum

¶ Nux indica. ¶ Artram in libro de cibis. Nux indica eſt calida in ſecundo: humida in primo: grauis eſt ſtomacho: nō eſt tamē mali chimi. Cholerici non vtantur ea. Oleum eius vetuſtum confert ventoſitatibus lumborum et doloribus genuum: et emorroidibus que fluunt a phlegmate: quādo bibitur oleum laxat ventrem: et confert veſice: de ipſo accipitur. ʒ. j. cum oleo nucleorum perſicorum. Artrā

¶ Nux vomica. ¶ Abraā. eſt nux cuius color eſt inter glaucedinem ⁊ albedinē maior auellana parum: et ſunt in ea nodi: et quando accipitur de cortice eius et teritur et cribratur et accipitur de ipſo. ʒ. j. cum duobus aureis aneti triti aut ſemine feniculi et conficitur cum melle ſufficienti ⁊ bibitur cum aqua calida: mouet vomitum: et expellit ſuperfluitates cholericas ⁊ phlegmaticas: ⁊ laxat inferius etiam ſm virtutem et ſm naturam ſuperfluitatū. ¶ Habix. facit euomere fortiter ſola. et quantitas doſis eius eſt. ʒ. ij. Abraā / Habix

¶ Naſturtium. ¶ Galenus. ſemen eius virtutem habet calefactiuam: et deſiccatiuam ſicut ſemen ſinapis. Secūda eſt virtus que incidit fortiter ⁊ adurit. Tertia eſt virtus ꝙ ſedat dolores ſciaticos et dolores capitis: et quamlibet egritudinem in qua oportet calefacere. Et miſcetur ſemen eius in medicinis aſmatis quando incidit humores groſſos. Et dicitur quando naſturtium deſiccatur fit virtus eius ſicut ſeminis ſuijpſius. Sed dū eſt recens ꝓpter aquoſam humiditatem que eſt in eo habet virtutē debiliorē virtute ſeminis. ¶ Diaſcorides. ſemen naſturcij eſt calefactiuum acutū malum ſtomacho: lenit ventrem: et expellit lumbricos: reſoluit apoſtemata ſplenis. facit aborſum: incitat libidinē coitus: abſtergit ſcabiem vlceratam et impetiginem: confert morſibus venenoſis in potu datum: curat cōbuſtionē ignis. Et eſt alia ſpecies que dicitur naſturcium tectorum: et eius virtus etiam eſt calida et ſubtilis et aperit furunculos factos intra corpus: et prouocat menſtrua: corrumpit ſperma: ⁊ quando fit cliſtere cum eo confert ſciatice: ſed educit aliquando ſanguinem: purgat ſemen choleram per vomitum et fluxum ventris: prouocat menſtrua. Galen⁹

M.E.C.D. 2016

De littera. O.

Oleum.
Ocimum.
Oua.
Ouis caro.
Ordeum.
Origanum.
Orobus.
Opium.

OLeum mediocriter calidū eſt: magiſqꝫ humectat: crudum expreſſum aliquaten⁹ aſtringit: ⁊ eatenus refrigerat: quo vetuſtius fuerit eo calidius: ⁊ maiorem vim habet diſtrahendi preſertim ſi primo tenue fuerit: id dinoſcitur ſi purum: ſi tranſlucidum. At diſcernitur caliditas: ariditaſqꝫ olei guſtu. nam dulce mediocris caliditatis eſt. Acerbeſcens autem frigidū: id vtile ſtomacho. ❡ Raſis Oleum calidum eſt: in quo autē maior morſus: atqꝫ fortior odor ſentiūtur: calidius exiſtit. Ipſum preterea neqꝫ faſtidium vt alia vnctuoſitatē habentia facit: nec eorum habet groſſitudinem. ❡ Oleum de nucibus vehe[m]enter calidum atqꝫ diſſolutiuum exiſtit. ❡ Oleum de cape[r]is calidum exiſtens calefacit renes. ❡ Oleum Amygdalinū temperatum eſt: quod pectori atqꝫ pulmoni: necnon veſice ⁊ renibus auxilium preſtat: faſtidium tamen facit tardeqꝫ deſcendit. ❡ Oleum raphaninum calidum eſt ⁊ ſubtile: atqꝫ diſſolutiuum: dolori auris ex frigiditate: vel groſſa ventoſitate medelam tribuens. ❡ Oleum de been calidum eſt: ⁊ mollificatiuū. ❡ Oleum de lilio calidum eſt ⁊ ſubtile neruos leniens doloriqꝫ matricis proficiens. ❡ Oleum de narciſco eſt ſicut illud quod fit de lilio. Raſis

❡ Oleum violatum frigidum eſt ⁊ ſomniferum. ❡ Oleum de nenufare ſimile eſt huic: fortius tamen operatur. ❡ Oleum de ſemine cucurbite illis duobus ſimile iudicatur. Quod etiam calori atqꝫ vigilijs congruum exiſtit. butyrum omnibus vnctuoſitatem habentibus plus nutrit groſſiuſqꝫ exiſtit.

❡ Oleum roſatum frigidum eſt dolori capitis ac reliquis eius egritudinibus ex calore euenientibus remedium tribuit. Ad vltimum vero omnia vnctuoſitatem habentia eorum ex quibus fiunt ſimilitudinem retinent. ❡ Oleum coſtinum calidum eſt: neruoſqꝫ calefacit: tremuloſis ac paraliticis auxilium prebēs. Quod ſtomacho frigido ſi cū eo epithimetur confert: atqꝫ ſi emplaſtris mixtum fuerit: auxiliatur. ❡ Oleum myrtinum frigidū eſt: capilloſqꝫ efficit robuſtos. ❡ Oleum de keiri calidū eſt ⁊ ſubtile lenitiuum ⁊ reſolutiuum: ⁊ proprie qđ ex citrino conficitur. ❡ Balſamum vehementer exiſtit calidum: quod ⁊ lapidem frangit. ❡ Oleū nardinum calidum eſt: qđ ſtomacho frigido cum ex eo epythimatur congruit. ❡ Oleum maſticinum ſimiliter emplaſtro admixtum: atqꝫ ſtomacho frigido ſuperpoſitum: vel etiā in emplaſtris poſitum beneficium preſtat.

❡ Ocimū quod baſilicum dicitur (Nam cū latinum nomen eſt ſignificat quem erinum vocant greci) mediocrem habet caliditatem ſm tamen aliquos ad ſecūdum peruenit gradum. olfactum iuuat cerebrum ⁊ cor: aqua aſperſum humidius eſt ſomnumqꝫ allicit: eius ſemen cardiacis ſuccurrit: ⁊ atra bili exanimationes ad hilaritatem ⁊ alacritatē in perducendo. ❡ Abenmeſuai. Eſt calidum ⁊ ſiccum in fine ſecundi gradus: aperit oppilationes cerebri: ⁊ cōfert cardiace que a phlegmate et melancholia: et quando comeditur aut odoratur confert oppilationi narium: auget choleram: ⁊ eſt bonum emoroidibus: confert ſtomacho frigido: ⁊ facit digeri cibū groſſum: ⁊ cōfert epati ⁊ cordi. Aben-me-ſuai.

❡ Oua differunt inter ſe inuicem: que recētiora meliora: q̄ effectus ipſorum optimus: eaqꝫ ſorbilia hec facilius ſuccedunt: ⁊ gutturis leniunt aſperitatem: ac minus alunt. At dura difficilia concoctu ⁊ ſero tranſmeant: aſperumqꝫ ingerunt corpori nutrimentum. Horum improbitate ſuperiora in calido toſta cinere: fricta vero longe deterrimum nutrimentum habent. Probantur q̄ in calida aqua parata ſunt. Anſerina oua mali ſunt ſucci: que gallinarum cum butyro condita in iugem vſum venientia acuere ingenium perhibentur. Cocta cum aceto oua ventrem arefaciunt diſtillationes exiccādo ⁊ extrudendē do pituitoſum humorem quoquo modo.

❡ Raſis. Oua plus alijs hominibus conuenientia: galline ſunt ⁊ perdicis: ſperma valde augmentant: atqꝫ ad coitum ſtimulando incitāt: vitellus quoqꝫ oui in caliditate temperatus exiſtens bene nutrit. Albumen vero frigidum eſt et viſcoſum: dureqꝫ digeritur ſanguis etiā ex eo generatus non eſt bonus Oua preterea gutturis ac pulmōis cōferunt Raſis. iḣ. al:

aſperitati: ex quibus ſanguis tēperatus ac multarum virium generatur valde pingues eis vti nō debent: aliquādo vicem carnis retinent. Gale. ¶ Galenus. Complexio oui eſt frigidior parum q̄ corpus temperatum: ipm nāꝫ infrigidat temperate ⁊ deſiccat ſine mordicatione: ⁊ oportet ꝙ adminiſtrent ex eis illa que ſunt recētia: qꝛ vetera nō ſunt bona.

¶ Ouis caro redundans eſt: ⁊ mali ſucci: minus mala annicula eſt: que ſuperat difficilis concoctu: ⁊ peioris ſucci e: ⁊ offendit aūt ſtomachos humidos ⁊ pituoſos.

¶ Ordea primi ſunt ordinis arefacientium ⁊ refrigerantium: habent aliquātulum potētie abſtergendi aliquāto magis arefaciūt q̄ farina fabacia. Craſſarum nāꝫ partiū eſſentie faba eſt magis q̄ ordeum: ⁊ proinde ipſo magis alit. Ordea certe tenuem ⁊ abſtergentem quēdam ſuccum gignunt. Nullū igitur corpus calefaciunt quoquo modo preparētur parata namꝫ humectant. Farina ordeacea facta ex fracto ordeo euidenter arefacit: at ptiſana humectat cum vt expedit fuerit preparata. Panes autē ordeacei omnes minus alunt q̄ qui ex tritico magiſꝫ illis ventrem ſubeunt. Aliabas. v theorice. ca. xv. ¶ Aliabas. Ordeum complexione frigidum in primo gradu: ſiccum in ſecundo eiuſꝫ nutrimentum tritici minus eſt nutrimento et minus viſcoſū groſſumꝫ: generatꝫ vētoſitates. Quod ſi in aqua coquatur frigidum fit ⁊ humidum ⁊ eius expellit ſiccitas ⁊ aduſtis fit cibus opportunus morbis, refrigerat em̄ ac humectat ⁊ elimat. Eſt aūt febrientibus cōueniens calideꝫ complexionis ⁊ ſicce hominibus ⁊ ſiticuloſis. Oportet ordeum ſumi qd̄ nouum eſt album durumꝫ ⁊ tenax: quodꝫ dum coquitur intumeſcat ⁊ infletur plurimū: excoriariꝫ diligenter teraturꝫ moderate. Gale. ¶ Galenꝰ. virtꝰ eiꝰ p̄ma infrigidat ⁊ deſiccat in primo gradu: ⁊ ſecunda eſt virtus que abſtergit abſterſione pauca: ⁊ tertia virtus aſſimilatur virtuti fabarū qñ applicat̄ exterius: ſ; nō inflat vt fabe.

¶ Origanū. huius herbe tertia eſt ſpecies ſecandi: et attenuandi ⁊ arefaciendi: ⁊ calefaciendi potentie. in tertio hec habent ordine. Nam heracleotica efficatior eſt onitide: eſtꝫ agreſtis quam panaces heracleum: alij coulem vocant: at que dicitur tragorigonus quiddam etiam admittit acerbitatis.

¶ Diaſcorides. Eſt trium ſpecierum: vna Diaſcorides. dicitur origanum eradhiotica: ⁊ virtus prima eſt calefactiua et deſiccatiua in tertio gradu: ſecunda eſt ſubtiliatiua ⁊ inciſiua. ſecunda ſpecies dicitur onithis: et tertia tragorinus.

¶ Orobus arefacit in ſecunda extenſa diſtātia: calefacit vero iuxta primam. Quatenus autem amaritudinem admiſit: eatenus etiam ſecat: et abſtergit: et ab oppilatiōe dimouet: plus autem aſſumpta ſanguinem p̱ vrinam agit.

¶ Opium. ¶ Diaſcorides. Gummi papaueris nigri eſt opium: ⁊ ſuccus eius infrigidat pluſꝙ ſemen: et deſiccat ⁊ ingroſſat. ¶ Meſidēnus quidem dixit ꝙ iuuamentū opij eſt ſolum in odore faciens dormire. In alijs vero modis omnibus vſus illius eſt malus et periculoſus valde. ¶ Galenus. Virtus eius ſecunda abſtergit: incidit: diſſoluit: et diminuit. Et tertia eius virtus ꝙ quando coquitur in aqua vſꝫ ad conſumptionem medietatis: cōfert egritudinibus epatis. Idem. vij. ſimplicium farmacorum. opium autem quod ex ſucco papaueris fit frigidum eſt in quarto: ſiccū in tertio. ¶ Platearius. opium frigidum eſt in quarto gradu: ſiccum in primo.

¶ De littera. P.

Piſces.
Pira.
Poma.
Pepo.
Papauer.
Porrum.
Perdix.
Piper.
Pauonica caro.
Phaſiani.
Perſica.
Porcina caro.
Panis.
Penthaphyllum.
Pſyllium.
Petroſelinum.
Populus.
Prunum.
Pyrrhetrum.



M.E.C.D. 2016

Polipodium.
Portulaca.
Paritaria.

PIſces cuncti frigid
et humide ſunt com-
plexionis: at ſaxatiles
ceteris ſunt meliores
ꝙ ſint concoctu faci-
les: et bōi ſucci: et me
diocriter humectātes:
ꝙ dure carnis nō ſint.
Secūdo loco ſucci bonitate ſunt marini qui
in hoſtijs fluminum vitam agunt. At qui in
luto et ſtagnis aluntur improbi. Piſcium bo
ni ſucci ſigna: vt mollez habere carnem: glu
tinoſos non eſſe: tetro carere odore: neq; ad
modum pingues eſſe: in aereq; confeſtim nō
immutari: ac putreſcere: dein guſtu ſuaues
eſſe: pellem habere tenuem. Nam huiuſmo-
di faciles concoctu ſunt: probatūq; gignunt
ſanguinem: tametſi a cunctis piſcibus geni
tus ſanguis ꝙ̄ a terreſtrib⁹ animantibus te
Raſis. nuior eſt. ¶ Raſis. Omnes vero piſces ad
iij. ak. digerendum ſunt duri: et in ſtomacho longā
ca. xvj faciunt moram: ſitim quoq; cauſant: ſanguis
autem ex recentibus generatus phlegmati-
cus eſt. Hi autem piſces corpus humectant
ac ſperma augent: atq; his quibus frigide
accidere ſolent egritudines mali exiſtunt.
Complexionem autem habentibus calidam
atq; his quibus cholera dominatur rubea cō
ferunt: licet eorum nutrimentum omnino ſit
malum: et ex eis multe proueniunt egritu-
dines. Saliti autem piſces nullo modo ſunt
comedendi: niſi in die in quo aliquis ſe me-
dicare voluerit. ſi tamen eos aliquis appetit
parua ex eis ſumatur quantitas.

¶ Pira frigida ſunt in primo gradu: arida
in ſecundo: que dulciora: maturaq; partici-
pant humiditatem quandam: atq; calidita-
tem: que vero dulcis et acerbeſcentis quali-
tatis: vel etiam acide ſunt: quandoquidem
huiuſmodi nonnulla ſunt caliditatis: non-
nullius mediocris: ⁊ exigue ariditatis. Cohi
bent autem ventrem ante cibum ſumpta:
preſertim acerbeſcentia: iugiter ⁊ ſaturatim
aſſumpta cholicas efficiunt affectiones: cali-
dis congruunt ventribus: que in ipſis ſemi-
na ſua quadam proprietate pulmonis vtilia
ſunt languoribus: at renes offendunt: poſt
cibum vtilia ſtomacho etiaz ſitim extinguūt

¶ Raſis. Pira que multum ſunt dulcia non Raſis
infrigidant. Omnia tamen ventrem ſtrin- iij. k.
gunt. ſi vero poſt cibum comedantur: ſic eīn ca. xx.
comeſta ſtercus cito expellunt: poſt cuius ex
pulſionem eorum eſt finis ventrem ſtrin-
gere.

¶ Pomorum multe ſunt ſpecies: que acer-
beſcunt frigidi ⁊ terreſtris ſunt ſucci: que aci
da apparent frigidi quidem: ſed tenuis: at
medie complexionis dulcia ad caliditatem
declinantia qualitatem. ¶ Pſellus. Poma Pſell⁹
que acerbeſcunt frigidum habent ⁊ terreſtrē de vi-
ſuccuz nempe craſſum: que autem acida fri- ctus ra
gidum ⁊ tenuium partium medij ſunt tem- tione li
peramenti: dulciora calidiora iudicantur. bro. ij.

¶ Pepo frigidus eſt et humidus in ſecunda
diſtantia: minus aūt frigidus qui dulcis. de
ipſo lege capi. de melonibus.

P

¶ Papauer frigidum ⁊ aridum: melius atro
album eſt: ſomnum citat: difficile concoctu
exigui nutrimenti: cum melle ſumptum bi-
lem auget: thoraca iuuat: aſperamq; arteri-
am: tuſſes et ventrem ſiſtit: non vt quidam
citat caput offendit: ⁊ ſaturatim ſumptum ca
pitis moleſtiam gignit. Atrum papauer fri-
gidus: magiſq; ſomnum allicit: vt ſi quis ni-
mius in eius vſu fuerit: profundiſſimo ſom-
no ſepelietur: vt lethargici cum oleo roſaceo
capiti appoſitum dolori capitis ex caliditate
ſuccurrit. Tradunt non ignobiles medici cū
lacte muliebri ⁊ croco impactum podagricos
leuare. Eius ſuccus lethalis eſt: atri nam-
q; papaueris ſuccus eſt qui opium nominat.
¶ Auerroys. v. colliget cap°. xlij. Caſcaſi
ideſt papauer frigidum eſt ⁊ humidum: albū
frigidum in tertio: nigrum in quarto. ¶ Dia Auer-
ſcorides. ſuccus eius deſiccat ⁊ ingroſſat. roys.
¶ Galenus. Uirtus eoruz prima infrigidat Diaſco
in quarto gradu: ⁊ ſecunda eſt virtus narco- ides.
tica mortificatiua. Gale.

¶ Porrum calidum ⁊ aridum in ſecūdo gra
du: aliqui autem ponunt circa quartuz: eſtq;
mali ſucci: ⁊ vrinam mouet: obtunditq; vi-
ſum ſi in iugem vſum perueniat: difficilem-
q; facit ſomnum: malum ſtomacho: calefacit
ſemen: ⁊ capitis dolorem facit: ⁊ iecur offen-
dit: et renes ⁊ veſicam vtile aduerſum he-
morroydas: aqua coctum cum aceto ⁊ garo ⁊

M.E.C.D. 2016

oleo et cumino cõditum prodeſt frigidis ſto
Gale. machis. ¶ Galenus. Habet tantum de cale
factione ꝙ vlcerat cutem quando exterius
applicatur corpori. Et ego quidem iam dixi
ꝙ omnes medicine que calefaciunt tali cale-
Raſis. factione ſunt in fine graduum. ¶ Raſis.
Porrum calidum eſt ⁊ ſiccum: quod licet ap-
petitui auxilium tribuat: caput tamen dole-
re facit: ſomniaqꝫ mala demonſtrat: atqꝫ his
qui cephaleam pati ſoliti ſunt: ⁊ qui a calore
leduntur malum exiſtit.

¶ Perdicum caro facilis cõcoctu preſertim
ſi poſt obitum ſtatim nõ manducetur: abijcit
nãqꝫ: quam habet in ſe duriciem: cohibet vẽ
trem et ſanguinẽ gignit tenuem: ac ſi in craſ
ſum incurrit ſanguinem ipſuz attenuat: pre-
ſertim ale: et ſub alis: reliquum facile conco-
ctu quietis ab exercitio confert: et potencia
debilibus et tenui victu vtentibus: humidis
qꝫ ſtomachis perdicũ medulla cum vino ſum
pta arquatos iuuat. iecur autem comitiales:
fel [illegible]principio ſuffuſionum oculis admodum
prodeſt: habeti confert viſui: in naribus com
Raſis moratum memorem facit. ¶ Raſis. Perdi-
iij. al'. cis caro groſſior exiſtens reſpectu pullorum
Cõſtã- ventrem ſtringit et multum nutrit. ¶ Con-
tinus i ſtantinus. perdices dure ſunt. ¶ Auerroys.
pate- Ex laudabilioribus carnibus volatiliuz ſunt
gni li. carnes perdicum: ſed declinant parum ad fri
v. giditatem et ſiccitatem: et ſunt ſicut galline
Auer- deſerti: et habent proprietatem ſtringendi
roys. v ventrem aſſe.
colligꝫ
c. xxxij ¶ Piper calidum et aridum in tertio gradu:
ſecat craſſos et glutinoſos humores: diſtra-
hitqꝫ flatus: diſſipat autem etiam in pectore
et pulmone: et ventre humiditates: offendit
renes ⁊ in ano poſitum poſt coitum traditur
conceptum impedire muliebrem: ſterilemqꝫ
facere. Nonnulli ipſum in quarto gradu po-
Sera- ſuere calefacientiũ: et arefacientium. ¶ Se-
pion. rapion. Si quis vtitur pipere multum pro-
uocat vrinam. et ſi vtitur eo parum laxat vẽ
trem: et ſcamonea in hoc exiſtit contraria. fa
cit hominem macreſcere: et deſiccat ſperma
et in pipere albo cum acuitate ſua eſt humi-
ditas addens in ſpermate. Aliud eſt longuz
Plate- aliud nigrum et rotundum. ¶ Platearius.
arius. Album calidum eſt in principio primi gra-
dus: et ſiccum in fine quarti: et leucopiper di
citur. longum caliduz eſt in tertio gradu: hu-
midum in ſecundo: et macropiper dicitur. ni
grum et rotundum calidũ eſt in medio quar
ti gradus: ſiccum in fine eius: ⁊ melanopiper
dicitur. in cibis datus digeſtionem confor-
tat.

¶ Pauonina caro fibroſa: et redundans et
concoctu difficilis: ⁊ mali ſucci. Prodiderunt
quidam ipſius apozema ſua quadam proprie
tate prodeſſe pleureticis: preſertim ſi ſucco-
ſum ⁊ pingue ſit. Adeps ipſius cum ſucco ru
te ⁊ mellis, impenſiſſime prodeſſe fertur ad-
uerſum languores cholicos ex humore fri-
gido exortos. onis huius exuſta: et nutrita
aceto: et illita aduerſuz lepras: et vitiligines
prodeſt. Dicunt quidam pauoniciam carnem
annis triginta abſqꝫ putrefactione poſſe ſer
uari.

¶ Phaſiani concoctu faciles et boni ſucci
ſanguinem gignunt: ac omnino vt gallinarũ
caro exiſtimanda: vt ſimilitudine quoqꝫ non
plurimum ab illis abſunt.

¶ Porcina caro boni ſucci: et annicula con-
coctu facilis: humano corpori conſimilis: fe-
runtur namqꝫ quidam neceſſitate vrgente
humana carne paſti: narraſſe porcine videri
perſimilem. Eſt autem plus omnibus edu-
lijs nutriens. Nam niſi admodum tempera
ta fuerit porcina caro cibum improbum fa-
ceret (paſcitur namqꝫ quibuſuis fediſſimis)
in optimam non commutauerit carnem:
quemadmodum humana corpora ſi fuerint
temperata ab improborum humorum cibis
non offenduntur: ac licet poſt oblangueſcãt:
tranſmutant tamen poſtea in boni humoris Auer-
naturam homines. ¶ Auerroys. Et Aui- roys. v
cenna dicit ꝙ melior carnium eſt caro porci- colligꝫ
na: et ſentit ꝙ iſta caro quaſi ſit naturalior cap lo
hominibus ꝙ alia caro animalium ambulan xxxij.
tium: ⁊ experientia hoc docet.

¶ Perſica in ſecundo refrigerantiũ et hume
ctantium ordine ponuntur. generant vero
humorem pituitoſum: ſuntqꝫ concoctu diffi
cilia: et facile in ventre corrumpuntur: ob
hoc qui eis explentur a febribus capiuntur.
ſua quadam proprietate neruos offendunt.
Oportet autem ante alium cibum manduca
re: et meruz potare vinum: que matura ſunt Cõſtã-
aluum citant: que immatura aſtringunt: et tinus i
magis adhuc ſi arida: foliorum ſuccus potuſ pante-
vermes perimit. ¶ Conſtantinus. gni li.
Perſica frigida ſunt et humida in ſecundo v.

gradu: ⁊ phlegma generāt. groſſioꝛ eſt cibus
eoꝛū ꝙ coctanoꝛū: ſed non facile conuertibi-
lia ſunt ab oſſibus enudata et ſeparata tene-
ra ſunt: ⁊ cito digeſtiua contrarie contraria.
¶ Raſis. Perſica frigida ſunt ⁊ groſſa: que
Raſis. licet ardenti conferāt ſtomacho: dure tamen
deſcendunt: atqꝫ in ſanguinem dure conuer-
tuntur. Qui autem eoꝛum eſu vſus fuerit fe-
brium phlegmaticarū incurret generationē.

¶ Panis nō vna ſpecies: tum a materia: tū
ab ipſa factura eueniens: ⁊ poſtremo a coctu-
ra. At refert etiam non parum quomodo ve-
ſcere. Optimus certe ex frumento denſo: et
electi grani: vt dentibus non admodum re-
luctetur fractuſqꝫ rarus vt ſit et laxus videa-
tur: nec ſolus coloꝛ: ſatis frumenti at frangē-
dum. Cibarius igitur panis exigui nutrimē-
ti eſt citoqꝫ euadit: ob abſtergendi quam ha-
bet vim ex furfuribus inteſtinis eijciētibus.
Qui pꝛimus ⁊ ſelecte farine mollis: meatus
tardi: quanto purioꝛ tanto pꝛobatioꝛē gignit
ſanguinē magiſqꝫ nutrit. ¶ Pſellus. Panis
frumentaceus pꝛecipuum eduliū in pꝛādijs
Pſellꝰ et cenis cribꝛo farinatio poline delecta: ſen-
lib. ij. de ſim coctus ⁊ moderate fermento ⁊ ſale com
victus modus: ex ſiligine ſecundus ⁊ ſimilagine:
ratiōe. nutrit parum furfuraceus qui cibarius nūcu-
patur ex ſiligine difficilis cōcoctu: ac ſi cōco-
quatur crudos generat humoꝛes. Aſtringit
etiā aluū exercitatis ergo congruit coꝛpoꝛi-
bus: ocioſis vero malus: ex polline purus ſa-
nis cōgruit coꝛpoꝛibus exercētibus inutilis.
cibarius parū alit melancholicuſqꝫ eſt: ac al-
uum citat. Panes vetuſti arefaciūt minuſqꝫ
alunt recētibus: fricti aridioꝛes ⁊ minus nu-
triunt: minus fermentati difficilis concoctio-
nis. ſiliginaceus panis recēs odoꝛe capitis
omnes recreat ſenſus: ⁊ ſpiritus cōfirmat: ⁊
vires: reficit infirmos. ¶ Raſis. Panis qui
Raſis. ex tritico fit pluribus hoīm conueniētioꝛ eſt
Qui etiam melioꝛ redditur quando multum
ſalis habēs ⁊ multū fermenti bene fermēta-
tur et c quitur: vnde et citius digeritur: et
magis tenuis ac ſubtilioꝛ inuenitur. Azimꝰ
autem panis dure digeritur: tardeqꝫ de ſto-
macho deſcendit. Qui in ventre doloꝛez effi-
ciens: in epate oppilationez: atqꝫ in renibus
lapidem creat.

¶ Penthaphylum mercurij herba huius ra-
dix arefacit in tertia diſtantia: at neutiquam
acuta eſt: ideo etiam valde vtilis perhibetur
Eſt nanqꝫ partium tenuium: in veſice vlce-
ribus multum pꝛodeſt eius vſus.

¶ Pſyllium. Huius ſemen in pꝛimis eſt vti-
le ſecundi oꝛdinis refrigerantium: inter are-
faciendum ⁊ humectandum medium. ¶ Ra-
ſis. Pſillium frigidum eſt. quod ſi cum iulep Raſis.
bibitum fuerit: febꝛem extinguit acutam: ar- iij. al.
doꝛemqꝫ ſedat: pectus quoqꝫ lenit: atqꝫ in in- ca. xxix.
teſtinis vulnera habentibus ſanguinolenta
aſſatum ⁊ bibitum auxiliatur. Si autem cū
aceto mixtuz moueatur donec coaguletur: atqꝫ
artubus calida patientibus apoſtemata ſu-
perponatur doloꝛem ſedat. ¶ Platearius.
Contra aſperitatem lingue in acutis febꝛi-
bus in pāno ſubtili ponatur: ⁊ ligetur: et infū- platea
datur in aqua: et tali aqua illiniatur lingua: rius.
⁊ lingua cultello abꝛadatur. Cōtra ſitim ſub
lingua teneatur: in ſirupis contra acutas fe-
bꝛes competenter ponitur.

¶ Petroſelinū glicydiū ipm quidā nomina-
uerunt. Huius ſemen longe vtiliſſimum im-
becillioꝛ herba. Eſt autem ſemen calidum et
aridum in tertio oꝛdine: et ſecandi vim ha-
bens: menſtrua igitur aduertit: vꝛinaſqꝫ lar-
ge: eſtqꝫ citra ſufflationez. ¶ Eſt inquit Ga-
lenus vt guſtu apparet: acutum cum amari-
tudine: ita reipſa calidū et ſecans. In cilicia Galꝰ.
petroſelinū tm̄ nomināt i amano naſcēs: eſt
autē ſmyrniū vel petroſelinū noīatū: nec mul-
tum poteſtate a petroſelino differt. ¶ Con-
ſtantinus. Petroſelinum dicunt apij genus: Cōſtā.
quod calidum eſt et ſiccum in fine tertij gra- in lib.
dus. Semen eius vꝛinam et menſtrua pꝛo- ḡduuz
nocat: ventoſitatem: et inflationem diſſol-
uit. valet hydꝛopicis ⁊ periodicis febꝛibus:
doloꝛem renum et veſice amputat: epar mun-
dificat. oppilationem aperit maxime in reni-
bus: ventoſitatem cholice paſſionis diſſoluit
vulue ſuppoſitum menſtrua pꝛouocat: et ſe-
cundinam et moꝛtuum fetum expellit.

¶ Populus arboꝛ mixti quodammodo tem-
peramēti ē ex aquoſa tepida ⁊ terreſtri eſſen-
tia: Unde natura eſt abſtergendi potentie:
ſubamara ꝟo guſtu. ¶ Diaſcoꝛides. Quādo Diaſco
bibitur ex coꝛtice eius aur. j. cōfert ſciatice: rides.
et diſtillationi vꝛine: et dicitur ꝙ pꝛohibet
conceptū quando bibitur cū rene muli. Et di-
citur ꝙ folium idem facit: ⁊ ſuccus foliorum
eius quando diſtillatur tepidum in aure con-
fert doloꝛibus eius: et quando fructus eius

M.E.C.D. 2016

accipitur et teritur et miſcetur cum melle: et fit inde colliriū curat tenebroſitatem viſus.

Raſ. iij al. c. xx — Cōſtātinꝰ in pāteg. lib. v.

¶Prunum ſubducit aluum id magis expedite: areſacit autē minus. ¶Raſis. Pruna frigida ſunt: que licet ventrē moueant: choleram tamen rubeam reprimunt: atqꝫ appetitum auferunt. ¶Conſtantinus. Pruna et ceraſa frigida ſunt in primo gradu: humida in ſecūdo. Acida frigidiora ſunt ſalubriora: dulcia ſolubiliora. Acida calorē extinguūt: ſicca minus ſoluunt ꝙ̄ recentia.

Raſis. iij. al.

¶Pyrhetrū. Pyrhetri radice maxime vtimur vrendi habente potentiam: qua dentiū refrigeratorū dolores mitigat: aduerſumqꝫ rigores ambitioſarum febrium cōteritur cū oleo ante iniectiones ⁊ ſtupētes ſoporatoſqꝫ iuuat. ¶Raſis. Piretrum calidum exiſtens dolori dentium atqꝫ puſtulis oris congruum exiſtit. confert paraliſi et rigoribus febrium.

Galenus. — Abenmeſuai — Meſeha. — Raſis. iij. li. diuiſionū. cap cxlv. — Idem iij. al. c xxix

¶Polipodium. ¶Galenus. Virtus eiꝰ prima deſiccat fortiter ſine mordicatione. ¶Abenmeſuai. Proprietas eius eſt ꝙ purgat melancholiā et phlegma ſine punctione et malicia. Doſis eius decocti aut infuſi ē a ʒ. ij. vſqꝫ ad ʒ. v. et ſine decoctione ⁊ infuſione a ʒ. j. vſqꝫ ad ʒ. ij. ¶Meſeha. Ingeniati fuerunt aliqui medicorum ad illos qui non poterant potare medicinas et proijciebant ipſum tritū in aliquibus cibis eorum. et purgat melancholiam leniter. Et doſis eius ſimpliciter cum zucharo eſt ʒ. ij. et decocti cum alijs medicinis ʒ. iiij. ¶Raſ. Polipodium vero educit melancholiam et phlegma ſalſum: ⁊ ſanat ſciſſuras fortiter que fiūt in manibus. et ponitur in decoctionibus cum epithimo: cuiꝰ doſis ſit a duabus ʒ. vſqꝫ ad tres ʒ. ¶Raſis. iij. al. polipodium calidū exiſtēs cholerā expellit nigrā: cholicamqꝫ diſſoluit.

Cōſtātinꝰ. li. v. pantegni. — Raſis. iij. al. c xviij.

¶Portulaca. ¶Conſtantinus. In ſecundo eſt frigida gradu: humida in tertio. calidam naturam adiuuat: frondes congelant: dentibus proſunt. rami ſtiptici ſunt: ſcreatui ſanguinis de pectore proſunt: diſſētericis et mulieribus in fluxu ſanguinis. De ſucco eius cathaplaſma dolorem capitis et apoſtema de calore mitigat. frigidus natura cum menta et eruca et apio comedat. ¶Raſis. Portulaca frigida eſt: que ſitim et aduſtionem extinguens ventrem ſtringit: ac dentium aufert congelationem: et cholere rubee ſuperfluitatem habentibus: et his qui ex cholera rubea fluxum patiuntur ventris confert: ſperma quoqꝫ minuit.

Diaſcorides. — Siluaticus.

¶Paritaria ſeu vitriola viridis virtutem habet nō ſicca. folia calida ſunt ⁊ ſicca in gradu tertio: virtutem dyaforeticam habet. ſemen vero frigidum et humidum. ¶Diaſcorides. Virtus eſt eius ſemini ſtiptica et frigida. Semen eius cathaplaſmatibus adhibitū ignē ſacrū extinguit. cōbuſtióibꝰ medicatꝰ. Tumores oēs compeſcit: puſtulas emēdat: podagricis medicatur cū croco ciprino aut cum axungia aprina. Tumores faucium gargariſmo aut ſuperunctus compeſcit. Dolorem aurium cū oleo roſaceo mixtus mitigat ¶Siluaticus. Paritaria in teſta calefacta ſine liquore loco dolenti ſupponitur: vel etiā decocta in vino quod melius eſt: et cum furfure in vino albo aliquantulum acido multum confert. Curat etiam ſic preparata frigiditatem ſtomachi: ⁊ inteſtinorum: ⁊ dolorem eorum: et eſt calida et ſicca in tertio gradu. ⁊ ſemen eius eſt frigidum et humidum. Contra ſtranguriam et diſſuriam in aqua ſalſa coquatur ⁊ oleo ⁊ cathaplaſmetur. Ad eos qui ſanguinem reijciunt paritariam tere: ⁊ extrahe ſuccum et bibant.

Auerroys. libro. v. — Raſis iij. al. c. xxix

¶Plantago ¶Auerroys. Frigida eſt et ſicca in ſecundo gradu. Radix eius minus eſt frigida ⁊ plus ſicca. ⁊ cum ſiccatur foliū eiꝰ eſt ſicut radix: ⁊ habet duas qualitates: quia compoſita eſt ex ſubſtantia aquea ⁊ terreſtri ⁊ ſignificat hoc inſipiditas quam habet cum ſtipticitate. Secunde ipſius operationes ſūt quia ſiccat: et repercutit ⁊ valet contra mala apoſtemata: ⁊ materias putridas: ⁊ curat fiſtulas. Tertie proprietates ſunt contra vulnera inteſtinorum: et ſtringit ſanguinem eorum et vlcerationes que proueniūt ex diſſenteria: et radix eius contra dolorem dentium valet: et aperit oppilationes epatis et renū ⁊ hoc eſt quia omnis plante radix calidior eſt ſuis folijs: nec illa ſunt priuata calore cū videamus ꝙ abſtergunt et mundificāt. ¶Raſis. Plantago frigida eſt congrua exiſtens apoſtematibus calidis et aduſtioni ignis. quando more emplaſtri ſuperponitur dolori quoqꝫ auris auxiliatur ſi ex caliditate fuerit: cuius ſemen vlceribus confert inteſtinorum.

¶De littera. Q.



M.E.C.D. 2016

Quercus.
Quattuoꝛ granatoꝛum.
Quinqꝫ radicum.
Quercula maioꝛ.
Quercula minoꝛ.

QUercus omnes partes acerbeſcētis ſunt qualitatis: plus autez quod ſub coꝛtice roboris ſtipitiſqꝫ inuenitur chartilaginoſum. De eius virtute capite de glande ſatis dictũ eſt.

¶ Quattuoꝛ granatoꝛum. aliquando reperitur quattuoꝛ granoꝛum: et ſunt ſemina. iiij. cõmunia maioꝛa frigida: et ſunt pꝛopꝛie melonis cucumeris citruli et cucurbite. Citrulus autem quedã eſt ſpecies cucumeris: ſed eſt longioꝛ ſatis noſtro. eius ſemen nigrum: ſcilicet coꝛtex ipſius: ſed ſemina munda ſunt alba. de ipſis vide in capitibus pꝛopꝛijs.

¶ Quinqꝫ radices ſunt feniculi: apij: petroſelini: bruſci ꝛ ſparagi. Radix autem appellatur quaſi radijs quibuſdam fixa terris in pꝛofunda dimergatur. Nam phiſici dicunt parē eſſe altitudinem radicum et arboꝛum.

¶ Quercula maioꝛ ſm Simonem ianuenſē eſt camepitheos: et interpꝛetatur apud grecos infima pinus et comi: quod eſt bꝛeue: et pitheos quod eſt pinus eo ꝙ omnes ſpecies ipſius odoꝛem pini habeãt: hec a recentioꝛibus eſt vera yua: quã meſue in capite de egritudinibus neruoꝛum laudat ſub nomine zimaij. et idem eſt.

¶ Quercula minoꝛ camedreos eſt ꝛ nõ camepitheos. vt Matheus ſiluaticus falſe interpꝛetatur. ¶ Guillermus placentinus. Quercus terre vel quercula minoꝛ eſt camedreos id eſt infima: vel parua quercus. a cami id eſt infima: et dꝛis dꝛia grece id eſt quercus. inde camedreos id eſt infima vel parua quercus. quia folia ſunt ſimilia folijs quercuum. ¶ Plinius. camedreos eſt herba quaz latini querculum dicunt. ¶ Auicenna nominatur quercus terre. et hec eſt quam hodie calamãdrinam vulgariter vocant. ¶ Abugerig. fit ſirupus ex ea ad tuſſim antiquã: ꝛ ad coꝛruptionem digeſtionis: et in pꝛincipio hydropiſis: et ad ſpaſmum: ꝛ quanto ſirupus eiꝰ erit vetuſtioꝛ: tanto erit maioꝛis virtutis: et herba contrita confert fiſtule lachꝛymali: et eiꝰ decoctio cõfert ytericie nigre. ¶ Galenus. Sapoꝛ eiꝰ eſt amarus: ꝛ cũ hoc eſt in eo acuitas. et virtus eius pꝛima eſt que calefacit et deſiccat in ſecundo gradu: niſi quia caliditas eius eſt amplioꝛ ſiccitate ipſius. Et ſecunda eſt que incidit et abſtergit. Tertia que reſoluit duritiem ſplenis. et pꝛouocat vꝛinã ꝛ mēſtrua: et incidit humoꝛes groſſos: et mundificat vias oppilatas membꝛoꝛũ intrinſecoꝛũ.

Margin notes (left column): Guillermꝰ. — pliniꝰ. — Auicēna. ij. cañ. c. de camedreos. — Abugerig.
Margin note (right column): Gale.

¶ De littera. R.

Rape.
Roſmarinum.
Ruta.
Roſa.
Raphanus.
Reubarbarum.
Ribes.
Rubea tinctoꝛum.

RApe calide ſunt in ſecundo gradu: humide in pꝛimo: ſatiſqꝫ nutriunt: ꝛ vꝛinam pꝛouocant: ꝛ inflãt: et ſemen gignunt: guttur et thoraca leniunt. in iugem vſum ſi veniant craſſum humoꝛem gignunt: et iecur obſtruunt: ventrem neqꝫ laxant: neqꝫ aſtringunt: ſemen eius tritum et potum veneris cupiditatem incendit. ¶ Conſtantinus. Rapa calida et humida: groſſum cibum habens: inflatiua: multum nutriens: ſperma augmentans: aliquantulum diuretica.

Margin note: Cõſtãtinꝰ in panteg lib. v.

¶ Roſmarinum calidum eſt in ſecundo gradu: ariduz in pꝛimo: exceſſus tamen eius ab auctoꝛibus in gradibus non determinatur: habetqꝫ quãdam acerbeſcendi qualitatem: ventrem cohibet ꝛ arefacit. iuuat aduerſum tuſſes: et deſtillationes: menſtrua agit tam potuz ꝙ ſuppoſitum. Succum quandam habet pꝛꝛietatem vt ſuffitu auertat peſtem: et ob hoc peſtilēti tempoꝛe expedit domos frequenter roꝛemarino ſuffire: ꝙ aeris qualitatem mutatam et coꝛruptam reddat melioꝛē.

¶ Ruta agreſtis calida et arida in quarto gradu: domeſtica in tertio: ſecat craſſos humoꝛes: ac glutinoſos humoꝛes ꝛ per vꝛinaz

exhaurit:congruit aduerſus inflationes:ve-
neream cupiditatem cohibet:plurimumq; a-
Raſis. refacit. ¶ Raſis. Ruta calida eſt ⁊ ſicca .que
iij. al.c et ſubtiliat atq; ventoſitatem et inflationez
xviij. diſſoluit. ¶ Iſaac. Ruta ſilueſtris calida et
Iſaac. ſicca in quarto gradu:domeſtica vero in ter-
tio :que melior eſt ad digerendum: quia vir
tutem habet incidendi:⁊ groſſos humores ⁊
Diaſco viſcoſos extenuandi. ¶ Diaſcorides. Ruta
rides. eſt de rebus magis conferentibus inflationi
bus ⁊ ventoſitatibus. Et ipſa extinguit lib
dinem coitus:prouocat vrinam:⁊ menſtrua
ſtringit ventrem:⁊ ſemen eius confert me-
dicinis mortiferis. Et vltima medicina cōfe
rēs medicinis mortiferis ⁊ cōtra maliciā ve
nenorū. Et confert doloribus lateris: pecto-
ris:⁊ aſmati:⁊ tuſſi:⁊ apoſtemati pulmonis:
ſciatice:et dolori iuncturarum:⁊ rigoribus.
et precipue ſi ſumatur cum aneto ſicco deco-
cta:et valet tortionibus ventris et matricis
et eius ſuffocationibus: occidit lumbricos.

¶ Roſa frigida eſt et arida ex acerbeſcente
et amara qualitate conſtans:iuuat autem ca
lida capita olfactu:offendit humida:⁊ diſtil-
lationes citat:ſumpta iuuat febricitantes ex
flaua bili. Confirmat ſtomachū:et iecur:ſua
quadam vi teſticulos offendit:acres exhala
Gal. tiōes cohibet ne in caput ſcādāt. ¶ Galen⁹.
Virtus eius prima infrigidat et deſiccat: et
ſemen eius eſt plus deſiccatiuuz. Et virtus
Raſis. eius ſecunda confert apoſtematibus ſangui
neis in principio eorūz. ¶ Raſis. Expertus
eſt alius abſq; me ⁊ ex amicis meis qui acce
pit et folijs roſarum recentibus .x. numero:
⁊ fecerunt eum aſellare decem vicibus et ſi-
militer facit ſuccus eius: verumtamen ſicca
non eſt laxatiua:et ex hoc ſignatur ꝙ virtus
amara eſt in ea que abſtergit:et quando roſa
deſiccatur fit ſtiptica:quia ſeparatur ab ea a
maritudo:et ſiccitas quidem in roſa eſt pau-
ca:quia ipſa eſt compoſita ex ſtipticitate et
amaritudine:que quidem abſcindit libidinez
et laxat laxatione forti.

¶ Rhaphanus calefacit quidem in tertia di
ſtancia:arefacit autem in ſecunda:eſt ſane di
ſtrahendi potentie:vt vetera viſum infeſtā
tia ⁊ liuentia alia moueat appoſita: tenuan-
tis eſt potentie calefaciendo. Miror inquit
Actius nonnullos poſt cibum ipſos rhapha
nos manducare crudos vt ipſi aiunt quo me
Raſis lius concoquāt. Aiunt nāq; ſeſe id expertos
iij. al. at illos pleriq; imitari oblesi ſunt: aqua ex
c.xviij rhaphano calculos egerit. ¶ Raſ. Rhapha-
nus calidus eſt ⁊ groſſus: qui in ſtomacho
longam faciens morā:phlegma incidit:atq;
cibum ad os eleuat ſtomachi : vomitū quo-
q; cōmouet:cuius folia cibum digerunt:⁊ ap
petitiuam adiuuan: quando ex eis parum ſu
mitur.

¶ Reubarbarum ſeu Raued. ¶ Auerroys. Auer-
compoſitum eſt ex diuerſis ſubſtantijs ex ſub roys.
ſtantia terreſtri et frigida:que ſignificatur ꝑ
ſtipticitatem:⁊ ex ſubſtantia ignea que ſigni
ficatur per coctionem. ⁊ ex ſubſtantia aerea
que datur per raritatem et ſpongioſitatem:
et eſt vna ex manifeſtiorib⁹ reb⁹ in iuuamē
to epatis ad aperiendas oppilationes ⁊ con-
fortandum ipſum. ⁊ ſimiliter prodeſt ſtoma-
cho. Et galenus et alij medici dicunt ꝙ con
ſtringit ventrem. et nos videmus ꝙ purgat
et eſt mirabilior alijs medicinis purgatiuis
quia frenum ſuum eſt cū eo :qm̄ nulla medi-
cinarum purgatiuarū eſt ſine veneno aliquo
in aliqua parte ſui iſta excepta:eo quia cōfor
tat omnia membra corporis: ideo poſſumus
dando ipſum pro purgatiuo refrenare alias Raſis.
per ipſum medicinas. ¶ Raſis. Reubarba- iij. al. c
rum calidum eſt:quod ſtomacho ac epati con xlvij.
ferens:caſui atq; percuſſioni bibitum reme- Meſ-
dium tribuit. ¶ Meſue. Calide cōplexionis
eſt ⁊ ſicce in ſecūdo gradu:⁊ dicitur ꝙ eſt in
primo:ſed illud ē verius. Et cōplexio opera
tionis ſolutionis in oppilationē per ipſum ē
ꝑ dominiū calidi in ſuꝑficie ei⁹. Nō eſt in eo
nocumentū apparens. Et dat in oī tpe ⁊ in
oī etate:ita ꝙ etiā pueris. ⁊ pregnātib⁹. Et
non pretermittatur quin cadat in ſocietate
eius ſua ſpica. eſt enī ꝓprij iuuamenti cum
ipſo:neq; pretereas additionez modici vini
albi odoriferi:⁊ clari in infuſionibus eius:et
proprie quādo in emendatione oppilationuz
propinatur. Solutione educit choleram et
phlegma. Et maior eius proprietas eſt mun
dificare et confortare epar: et ſtomachum:
clarificare ſanguinem:auferre oppilationes
et morbos quorum mater eſt oppilatio ſicut
hydropiſim et ictericiā:et groſſiciem ſplenis
et febres oppilationū. Doſis potio eius infu Girar-
ſi eſt a.ʒ.ij.⁊ ß. vſq;.x.⁊ potio cōtriti a.ʒ.j. d⁹ cre-
vſq; ad.iiij.ʒ.⁊ conſeruatur per annos tres. monēſ
¶ Girardus cremonenſis. Reubarbarum in li. d
purgat choleram principaliter : ſecundario meden
choleram nigram:vnde valet contra quarta di mo-
nā ⁊ quotidianā de phlegmate ſalſo: et con- do.c. d
tra quartanam notham:contra diſtemperan reubar
tiam epatis in caliditate valet:et oppilatio- baro.
nem eius:et ycteritiam:et ſoluit defectum



M.E.C.D. 2016

appetitus ex cholera: et cardiace ſubuenit. Confortat enim principaliter cor et cerebrū valet debilitati viſus: ⁊ lumbricos puerorum optime interficit ⁊ educit: vtimur eo in confectionibus: et apozimatibus et ſyrupis.

Cōſtātinus. ℭ Conſtantinus. Stomacho defecto valet: ventoſitatem et epatis dolorem et ſplenis duriciem et hypocundriorum ⁊ extenſionem curat: renum ac veſice dolorem et matricis extirpat. Sanguinem de pectore manantē conſtringit: ſingultum vulnera inteſtinorū diurnam ſolutionem ac prolixam febrem amputat: faciem ⁊ cutem a lentiginibus ⁊ impetigine mundificat. Cōtra reptiliū morſus facit pulueriſatus et cum aceto temperatus.

Abenmeſuai. Raſis. iij. al. ca. xx. ℭ Ribes. ℭ Abenmeſuai. Frigida eſt ⁊ ſicca in ſecundo gradu. abſcindit ſitim et reprimit acuitatem cholere: et fluxum choleric̄ et eſt bona variolis et morbillo. ℭ Raſis Ribes frigida eſt: que et ventrem conſtringit: ac choleram rubeam et ſanguinem extinguit.

Ga'e. ℭ Rubea tinctorum. ℭ Galenus. Sapor eius eſt ponticus. Et virtus eius prima eſt calida: et ſecunda abſtergit: et tertia virtus mundificat epar et ſplenem: et aperit oppilationes eorum: et prouocat vrinam groſſam prouocatione forti: et mēſtrua: et abſtergit abſterſione temperata omnia que indigent abſterſione: ⁊ ideo cōfert morphee albe quādo ponitur ſuper eam: ⁊ ipſa datur in potu ſciatice cum mellicrato: et habentibus fluxibilitatem membrorum. ℭ Raſis. Rubea calida exiſtens: vrinam atqꝫ menſtrua prouocat. Raſis. iij. al. cap̄. xliiij.

ℭ De littera. S.

Saccharum vt alij ſaccharis: alij ſacchar: vt alij ⁊ corrupte zuccarum.
Sepia.
Sinapi.
Sarcocolla.
Satyrium.
Siſimbrium.
Spica.
Squilla.
Sambucus.
Sandali.
Siſeleos.
Sulphur.
Sanguis draconis.
Sticados.
Spodium.
Sauina.
Sal.
Scabioſa.
Saluia.
Sene.
Saturegia.
Serpillus.
Scamonea.
Scolopendria.

SAccharum calidum eſt ⁊ humidum in primo gradu: poteſtatem habet abſtergendi: et vrinam mouendi ſicut mel: nec tamen ſitim ingerit ſicut mel: neqꝫ morſum in ſtomacho. citat autem ventrem: iuuatqꝫ ſtomachum: et thoraca ⁊ renes ⁊ veſicam. Quidam frigidū eſſe opinati ſunt: qui ab alijs inſignibus medicis coarguuntur: quod ſe in aluo dicant calida vidiſſe bilieſcere. Melius ſaccharū putatur vetus ꝙ nouū ꝙ ſit tenuius ⁊ calidius niſi ꝙ capiti inuehit dolorem. dilutum autē aqua: aque frigiditatem ſubit et refrigerat: ſuffitu ⁊ olfactu iuuat aduerſum capitis diſtillationem. ℭ Galenus. Virtus eius p̄ma deſiccat: ⁊ ſecunda virtus que abſtergit ⁊ reſoluit. ℭ Abenmeſuai. Eſt calidum in principio ſecundi gradus: humidum in medio primi: lenit ventrem: confert ſtomacho: nouum eſt calidum ⁊ humidum: ⁊ vetus calidū ⁊ ſiccum. ℭ Raſis. Zuccarum guttur ⁊ ventrem lenit: neqꝫ calefacit niſi paruū. ℭ Paulus. Zuccarum eſt calidum ⁊ humidum in p̄mo gradu: virtutem habet nutriendi ⁊ infrigidandi ⁊ relaxandi: contra dolorem oculorū diſtemperetur zuccarum cum lacte mulieris ⁊ diſtilletur in oculo. ℭ Conſtantinus. Zuccarum temperatum: ſed tamen aliqualiter calidum. Cum farina coctum indigeſtiuū eſt Cum oleo amygdalino nutritiuum. ſed epatis conſtipationem facit: ⁊ in renibus lapides. Galenus. Abenmeſuai Raſis al. iij. ca. xx. Paul⁹ cap̄. de zuccaro. Cōſtātinus.

ℭ Sepia difficilis concoctu parum humoris ſalſi in ſe habet: ſi conquatur non exiguum corpori ingerit nutrimentum. Ceterū gignit crudum humorem: quare acribus condienda eſt mixtionibus: vinumqꝫ potandum tenue et vetus.

ℭ Sinapi calidum eſt ⁊ aridum in quarta di

M.E.C.D. 2016

ſtantia: vim habet reſoluendi ⁊ diſtrahendi in capite ⁊ ſtomacho humiditatem: iuuat aduerſum inflationes: ſplenicoſq; languores: q̃ ab humiditate: et quartanas que ex aduſta pituita: et podagras que ex pituita: viſuz offendit: calidumq; caput: et calidum iecur: efficax ad concoquendum ⁊ ciborum craſſorum diſcuſſionem: eliquat in ventre humiditates: impactum lepras diſcutit: ⁊ in melius vertit linguam humiditate grauatam arefacit: cuz melle ad tuſſes prodeſt: cum ficubus aridis impactum iſchiadicis: ſplenicis confert interna ad extremam cutem reuocando: ſuffitu ſerpentes quacunq; fugat.

Gale.

¶ Galenus. Virtus ſinapis prima calefacit ⁊ deſiccat in quarto gradu. Sed in agreſti abſterſio eſt et reſolutio: ⁊ ſcd̃m cibuz generat humores malos.

Raſis. iij. al. ca. xix.

¶ Raſis. Sinapi caliduz fortiter exiſtit et acutum: qđ ⁊ phlegma abradit: atq; ſtomachum ⁊ epar calefacit. ipſum preterea ſepe comedendū nō eſt. Eius namq; calor fortis exiſtit: neq; debet comedi niſi groſſis adminiſceat nutrientibus.

Idem iij. al. cap. lj.

Et Alibi. Sinapi calidum qđ in palato poſitū incidit: vermes p̄terea expellit: atq; apoſtemata maturat.

¶ Sarcocolla lachryma eſt arboris perſice mixte potentie ⁊ emplaſtica quadaz eſſentia ⁊ breui quadam amara: vnde ſine vellicatione arefacit.

Gale.

¶ Galenus. Virtus eius prima eſt que deſiccat ſine mordicatiōe: ⁊ virtus ſecunda eſt virtus que conglutinat et abſtergit maturat ⁊ reſoluit: et virtus tertia eſt q̄ incarnat: et aperit apoſtemata que fiunt a ꝑcuſſione.

Diaſcorides.

¶ Diaſcorides. Habet virtutez cōglutinatiuam vulnerū ⁊ abſcindit humiditates que veniunt ad oculum: et ponitur in vnguentis.

¶ Satyrium humidum eſt ⁊ calidum temperamento: ideo etiā guſtantibus apparet dulce: redundantē ac ſufflantem humitatē obtinet: ob hoc exuſcitat venerem.

¶ Siſimbrium tenuium partium eſt potentieq; diſtrahendi calefacientis ⁊ arefaciētis in tertioq; ordine: ſemenq; ipſius tenuium ⁊ calidū eſt: vnde cū vino ipm̄ exhibēt ſingultientibus ⁊ torquētibus ſeſe.

Platearius i li. circa inſtans.

¶ Platearius Quando eñ inuenitur. ℞. ſiſimbrij ſimpliciter herba que ſic appellat̃ debet poni in medicina: quando ſiſimbriū inuenit̃ colamentū intelligitur: virtutez habet diureticam ⁊ mūdificatiuam.

Gale.

¶ Spica. ¶ Galenus. Virtus eius prima calefacit in primo gradu: et deſiccat in ſecundo: quaſi in fine eius. et ſecunda abſtergit et fortificat. et tertia confert epati ⁊ ori ſtomachi quando bibitur et apponitur extra: ⁊ prouocat vrinaz: ⁊ curat mordicationem que eſt in ore ſtomachi: et deſiccat humores qui adueniunt ei in inteſtinis: et humores qui congregantur in capite et in pectore. Et fortior ſpecierum ſpice in hoc eſt indica et eſt fortioris nigredinis ꝙ ſeni.

Diaſcorides.

¶ Diaſcorides. Stringit ventrem et menſtrua. et deſiccat humiditates que currunt ad collū matricis. et ſi bibatur cum aqua frigida ſedat ſincopim: ⁊ cōfert cardiace: et inflammationibus et epati egro et ytericie: et egritudinibus renum.

Raſis. iij. al. ca. xlij.

¶ Raſis. Spica indica calida eſt: que ſtomacho ac epati frigidis auxiliatur. vrinam etiā prouocat. Lege cap. de Nardi ſpica.

Gale.

¶ Squilla. ¶ Galenus. Virtus eiꝰ prima calefacit fortiter: et propter hoc eſt calida et ſicca in tertio gradu. Secūda eſt virtus que incidit fortiter. et melius eſt ꝙ accipiatur cepe ſquille et aſſetur vel coquatur: et poſtea adminiſtretur.

Raſis. iij. al. cap. xxviij

¶ Raſis. Squilla calida eſt et acuta. Hec autem epilepſie ac tumori ſplenis: nec non eius magnitudini atq; viperarū morſibus et deſnie vetuſte auxiliū tribuit.

¶ Sambucus et ebulus eiuſdem ſunt virtutis: et habent virtutem deſiccatiuam. lege capitulum de ebulo.

Abenmeſuai

¶ Sandalum ¶ Abenmeſuai. Eſt frigiduz in tertio gradu: et deſiccat in ſecundo: et confert debilitati ſtomachi: et dolori capitis factis a cholera. Et ſandalum rubeum eſt frigidius albo et citrino: et magis iuuatiuum. nā ipſum prohibet fluxum humorum ad mēbra et fortificat gingiuas et ſtomachū.

Abenmeſehab.

¶ Abenmeſehab. Omnia genera ſandalorum conferunt cardiace: que eſt cum febre quando linitur cum eis ſuper cor.

Raſis iij. al. ca. xxij

¶ Raſis. Sandali frigidi ſunt et ſicci: qui acutis conferunt egritudinibus quando patientes eos odorant: vel cum eis epithimantur. Totum preterea corpus ſi cum eis in balueo epithimatum fuerit liberabitur a pruritu.

Abenmeſuai

¶ Siſeleos. ¶ Abenmeſuai. Eſt calidum et ſiccū in fine ſcđi gradꝰ: incidit et diſſoluit humores phlegmaticos viſcoſos ⁊ ꝯgelatos ⁊ propter hoc aperit vias offies et cannales oppilatos. et prouocat vrinam ⁊ menſtrua: ⁊

M.E.C.D. 2016

confert aſinati: et omnibus egritudinibus
frigidis phlegmaticis: confert epilepſie ⁊ aſ
Diaſco rides. mati: ⁊ ſuffocationi matricis: expellit fetum
¶ Diaſcorides. Quando capre ⁊ alia aīalia
comedunt ex hac planta in tempore coitus
Raſis. iij. al. ca. xlij. eorum confert eis multum ad impregnandū
¶ Raſis. Siſeleos calidus exiſtēs aſmati ⁊
retentioni vrine: atq; inflationi ventris con
fert: partumq; accelerare facit.

¶ Sulphur autez eſt ex vnctuoſo aereo ter
reſtri ſubtili ⁊ igneitate decocto. Ex argento
viuo ⁊ ſulphure diuerſe coadunatis: ⁊ in mi
neris terre decoctis: diuerſa generantur me
talla. Et vt quibuſdam placet: ſi in terra ma
nerent: natura decoctionem argenti viui ite
raret donec in argentum ſtabiliretur: ⁊ ſul
Gale. phur in auruz verteretur. ¶ Galenus. Om
nis ſulphuris ſubſtantia eſt ſubtilis. et vir
tus eius ſecunda reſoluit et attrahit: et ter
tia reſiſtit venenis ſicut venenis marinis et
alijs ſimilibus. Et quando miſcetur cuz glu
tino albotin curat ſcabiem ⁊ egritudinem cū
Diaſco rides. qua eleuatur cutis. ¶ Diaſcorides. Virtus
eius: ⁊ maxime ſpeciei que nō appropinquat
igni eſt q̄ calefacit ⁊ reſoluit: maturat ⁊ con
fert tuſſi: et educit ſaniem de pectore: ⁊ quā
do tranſglutitur cuz ouo ſorbili: aut fit fumi
gium cum eo confert aſmati. Et quando fu
migatur cum eo cōfert ſurditati obliuioni: et
miſcetur cuz melle et vino ⁊ curat cicatrices
⁊ attritiones auruz quando liniuntur cū eo.
Raſis iij al. ca. xxviij. ¶ Raſis. Sulphur calidū eſt quod aduſtio
nem faciens: ſcabiei confert: ſi cum eo fiat
inunctio: atq; aſmati ſi bibatur auxilium pre
bet.

Cōſtā tinus. ¶ Sanguis draconis. ¶ Conſtantinus.
Succus huius plante dicitur ſanguis draco
nis: et eſt rubeus fortiter: et ſapor eius eſt
ſtipticus. et virtus eius prima infrigidat in
tertio gradu: et ſecunda confert inciſionibus
carnis: ⁊ tertia incarnat vulnera ⁊ conglutinat
ea et vlcera: ⁊ quando fit ſuppoſitorium cuz
eo ſtringit ventrem: et cōfortat ſtomachum
interius receptus: et exteriꝰ appoſitus etiā.

Gale. ¶ Sticados. ¶ Galenus. Subſtancia eius
eſt compoſita ex ſubſtantia terrea frigida et
ſicca paucā: ⁊ ꝓpter hoc eſt ſtiptica parum: ⁊
ex alia ſubſtantia ignea ſubtili multā: ⁊ pro
pter hoc eſt amari ſaporis: et eſt ſtiptica pa
rum. Et virtus eius ſcd̄a abſtergit ⁊ fortifi
cat ⁊ aperit et ſubtiliat. Et virtus tertia for
tificat corpus totum ⁊ mēbra interiora oīa:
et ꝓhibet putrefactionē omnem: et ſubtiliat
¶ Diaſcorides. Decoctio eius confert dolori Diaſco rides.
pectoris: ſicut yſopꝰ: ⁊ ingreditur in cōfectio
nibus medicinarum. ¶ Raſis. Omnes pre Raſis iij. al. ca. xxj.
terea herbe in quarum odore ſentitur acui
tas ⁊ acritas ⁊ ſtimulatio: vt flos ſticados a
rabici et mentaſtruz calide ſunt: quarum ve
ro delicatus eſt odor: et quo anima ſedatur:
vt nenufar et flos ſalicis: atq; roſa oīes fri Raſis iij. al. cap. xxviij.
gide exiſtunt. ¶ Idez raſis alibi. Sticados
calidus eſt: choleramq; nigraz ⁊ phlegma ex
pellit. Epilepſie quoq; ac melancholie bene
ficiuz prebet cū multotiēs bibitur vt vētris
faciat purgationē. Idem. viij. al. ca. liiij. do
ſis eſt a. ij. ʒ. ad. iij.

¶ Spodium. ¶ Meſehah. Spodiuz frigi Meſe hah.
dum eſt in tertio gradu: ſiccum in ſcd̄o: con
fert inflāmationi cholere. et fortificat ſtoma
chum: et confert vlceribus oris et cardiace:
confert et apoſtematibus calidis oculoruz ⁊ Raſis.
ſincopi. ¶ Raſis. Stringit ventrem: et con
fert vlceribus oris: et inflāmationi cholere
fortificat ſtomachum: cōfert bothor frigi. in
ore infantium: eſt frigidum et ſiccum in ter Raſis. iij. al. ca. xxvj.
tio gradu. Idem alibi. Frigidum eſt ⁊ ſiccū
quod febribus acutis ac ſiti et nimio vētris
fluxi: et vomitui cōfert. puſtulis quoq; que
in ore ⁊ lingua naſcuntur: atq; tremori cor
dis auxiliatur. ¶ Platearius. Optimum ſpo Plate arius in lib. circa inſtans.
dium fit ex oſſibus elephātis cōbuſtis. So
phiſticatur ſepe ex radice cuiuſdam canne et
marmore ꝑ aduſtionem in cinericiam ſubſtā
tiam mutato. Sed iſtud nimis ponderoſum
eſt: et laudabilius eſt in precio q̄ in virtute.
raro inuenitur bonum apud nos.

¶ Sauina. ¶ Galenus. Virtus eius ꝓ̄ma Gale.
calefacit et deſiccat in tertio gradu: ⁊ ſecūda
virtus ſubtiliat et diſſoluit quando bibitur:
et tertia abſtergit putredinem vlceruz putri
dorum malorum corrodentium antiquorum.
Ipſa ſimiliter mundificat vlcera melancho
lica ſordida quando ponitur ſuper ea cū mel
le: et aufert eriſipilaz: et prouocat menſtrua
plus omni alia medicina. Et facit mingi ſan
guinem: et interficit fetum viuentem: et ex
pellit mortuum: et ingreditur in vnguentis
mortiferis. ¶ Diaſcorides. Quando fit em Diaſco rides.
plaſtrum cu[illegible] folijs aufert liuores cutis: et
ſordicies ei[illegible] ne accidunt propter ſuper
fluitatem corporis: et aufert eſcaram ignis.
Et quando bibitur facit exire ſanguinem cū
vrina: et expellit fetum.

M.E.C.D. 2016

¶Sal calidus eſt in ſecundo gradu: aridus
in eodem: acerbeſcentis particeps eſt quali-
tatis: prodeſt complexione pituoſis: ventreꝫ
citat: et corpora arefacit: habet abſtergendi
vim: appetitumqꝫ acuit: quo ſi quis inmode
rate vtatur torret ſanguinem et hebetem vi
ſum facit: ſemenqꝫ imminuit: et pruritum ſu
ſcitat: inteſtina offendit: dentibus infrictus
humiditatem inter dentes verſantem depa
ſcitur: eliquat in vētre humiditates. Fertur
ex vini crapule detrimento mederi intritus po
Diaſco tionibus. ¶Diaſcorides. Species ſalis ſunt
ride s due: vna que eſt ex minera: et alia que eſt ex
mari. ex minera eſt fortior et aridior. ¶Ga
Gale. lenus. Virtus ſalis prima eſt calida et ſicca
in ſecundo gradu. Et ſecunda congregat: ab
ſtergit et reſoluit. Et tertia prohibet putre-
factionem corporum paratorum corruptioni
propter humiditatem ſuperfluam eorum.
¶Raſis. Sal calidus eſt et ſiccus. qui cibis
Raſis auferens faſtidiendi nocumentum ſubtiliat:
iij. al. atqꝫ appetitum excitat et acuit. Eorum pre-
ca. xvij terea ſanguinem qui multam ex eo ſumunt
quantitatem adurit: viſum quoqꝫ debilitat:
atqꝫ ſperma minuit: et pruritum generat et
ſcabiem.

¶Scabioſa. ¶Platearius. Calida eſt et ſic
Plate- ca in ſecundo gradu. viridis valet: exiccata
arius i parum virtutem habet diſſoluendi conſumē
li. circa di et mundificandi. Contra ſcabiem et auris
inſtās. ſurditatem ex ſanie facta: emorroidas ſerpi
ginem impetiginem valet. Contra lepram
que dicitur alopicia propina ſucci eius. ℥. iiij.
vel. v. ⁊ balneetur in aqua decoctionis eius.

¶Saluia ſeu eleliſphacus euidenter cōple
xionis calide clementer ſubacerbeſcentis im
primis ſuffumigata mulieribus corripit mē-
Agrip ſtrua immoderate fluentia. et fluxum mulie-
pas de brem. ¶Agrippas auteꝫ. inquit ſacram her
ſaluia. bam leene concubentes comedunt: eſt enim
ad fetum concipiendum potentiſſima. Cum
igitur huius ſuccum acetabuli vnius menſu
Orphe ra cuꝫ pauculo ſale potarit mulier aliquotiēs
us. atqꝫ cum viro dormierit in coitu ſine contro
Gale. uerſia cōcipit. Perhibent in copto egipti pe
vj ſim ſte defeciſſe multos: et reparatam multitudi
pl. far. nem coactis mulieribus ea vti. ¶Orpheus
cap. eli autem ait: da hemaptoicis ſucci eleleſphaci
fagus. coctia. ij. cum mellis vncia. j. ieiuno bibenda
Sera et confeſtim conſiſtet. ¶Galenus. Comple-
pio. xio huius herbe eſt calida caliditate manife-
ſta et ſufficienti et parum ſtiptica. ¶Sera-
pio. Decoctio foliorum et ramorū ipſius quā
do bibitur prouocat vrinam et menſtrua: et
expellit fetum: et confert morſui venenoſo
ſtrigonis marini: et denigrat capillos: et ab-
ſcindit fluxum ſanguinis: et mundificat vl-
cera fraudulenta.
¶Diaſcorides. Virtus eius eſt diuretica: Diaſco
menſtruis imperat: aborſum facit: ſanguineꝫ rides.
fluentem ex vulneribus ſtringit: ſordida vul
nera purgat.

Habix

¶Sene. ¶Habix. Virtus eius eſt cali-
da et ſicca: tamen pauce caliditatis: et ſicci-
tas eius eſt prope caliditatem ipſius: et ha-
bet virtutem magnam quando peruenit ad
ſtomachum purgandi melancholiam et cho-
leram. Et fortificat ſubſtantiam cordis quan
do miſcentur cum eo medicine quas dixi iu
uare ſicut eſt viola: et potio decoctionis eius
plus confert ꝙ ipſum tritum. et doſis ſicci
triti eius eſt drachma vna: et in decoctione meſue
drachme quinqꝫ. ¶Meſue. Antiquum ex
eo eſt ſine ſpiritu: et ſtipites eius ſunt inuti-
les: eſt calida in principio ſecundi gradus:
ſicca in primo: et folia ſunt in primo gradu
calida: et eſt abſterſiuum mundificatiuum:
et reſolutiuum. Debilis eſt et tarde ſolutio-
nis: et debilitat ſtomachum. Confortatur
cū rebus acutis ſicut zinziber et ſalgemma:
et medicine cordiales: et ſtomatiche cum eo
felicitant opus eius.
¶Galenus. Cum iure gallorum aut carni- Gale.
um ſoluit ſine moleſtia. et ſi infundatur in
aqua caſei cum ſpica: deinde coquatur pa-
rum eſt medicamen bonum: educit cum fa-
cilitate melancholiam et choleram aduſtam
et mundificat cerebrum: cor et epar et ſple-
nem: et membra ſenſuum: et pulmonem: et
aperit' oppilationes viſcerum: et conſeruat
vtentem ipſo in iuuentute: et generat gau-
dium: cauſam autem triſticie amputat: et ad
dit in viſum: et ē medicina febriū melancho
licarum et antiquarum. Doſis eius infuſi po
tio eſt ab aureis tribus vſqꝫ ad quattuor. Raſis
¶Raſis. Sene autem et fumuſterre confe- in diui
runt prurtui et bothor: ⁊ educūt choleram ſio. ca
cum facilitate. ſitqꝫ doſis a. ℥. quattuor vſ- cxliiij
qꝫ ſex drachmas in decoctione cuꝫ accidit: et
ſimiliter viole. Et alibi. Sene et fumuſter- Idem
re humores expellunt aduſtos. ſcabiei quo- viij.
qꝫ atqꝫ prurtui cōferunt: de quibus a quat- al. ca.
tuor drachmis vſqꝫ ad ſeptem drachmas ex iiij.
hiberi conuenit.

M.E.C.D. 2016

Aben-meſuai ¶ Saturegia ¶ Abenmeſuai. Calida et ſic
ca in tertio gradu ꝛ maxime agreſtis: ꝓprie-
tas eius eſt ꝙ ipſa expellit ventoſitates et
inflationes ꝛ tortiones ꝛ adiuuat ad digeren
dum cibum: ꝛ expellit ſuperfluitates a ſtoma
cho: ꝛ prouocat vrinam et menſtrua: et acuit
viſum debilitatū ab humiditate: ꝛ cōfert do-
lori ſciatico quādo fit emplaſtrum cum ea cō
trita cum frumento trito: ꝛ agreſtis eſt forti-
or domeſtica. virtus eius conuenit ad conſer
uationem ſanitatis: et ponitur in cibis.

¶ Serpillus ¶ Galenus. Virtus eius pri-
Gale. ma eſt calida: et ſecunda eſt virtus ſubtilia-
tiua reſolutiua: et tertia prouocat vrinam et
menſtrua: calefacit et deſiccat in tertio gra-
du. et ideo quidam dant illud in potu haben
tibus ſingultum et tortiones cum vino. ape
rit oppilationes narium.

Raſis. ¶ Scamonea. ¶ Raſis. Choleram rubeā
viij. al. vehementer expellit. Minus autem quod
ca. liiij ex ea datur eſt ſexta pars. ℥. j. plus vero quā
titas duarum tertiarum. ℥. j. Et cum eius ti
muerim⁹ nocumentum et remouere volueri
mus: tunc ipſam cum ſucco citonij acetoſi:
aut mali maciani: aut cum aqua roſata cui; ſit
admixtum ſumath tante quantitatis ex qua
poſſit confici: miſcere debemus. Ex qua ſic
mixta ꝛ malaxata fiant fruſta rotūda ſubtilia
ꝛ parua ad modum trociſcorū: ꝛ ſiccētur in
Raſis. vmbra. Et ſciatur quanti ponderis fuerit
i libro antequā conficeretur: et detur ex ea a quar-
diuiſio ta parte. ℥. j. vſqꝫ ad medium. ℥. ¶ Et alibi
nū. ca. idem Raſis. Scamonea ſoluit choleram et
C. xlij. humiditates forti virtute: et cum ex ea poni
tur cum aloe et mirobol. rectificatur ex eis.
Et ſimiliter rectificat ipſam rob citoniorum
et aqua ipſa citoniorum: et quando citonia
ipſa cum ea ponuntur in cōfectionibus: ſicut
electuarium de citonijs ꝛ ſimilibus eſt velo-
cioris operationis: et minoris malicie. Cui⁹
doſis a ſeptem granis ꝛ ſemis vſqꝫ ad quar-
tam. ℥. j. ¶ Meſue. Calide complexionis eſt
in tertio gradu ꝛ ſicce ad ipſum. Et dicit de-
Meſ. mocritus ꝙ eſt ſolutiuum antonomaſtice: ꝛ
ꝙ eſt genus ſolutiuorum et generalius ſup
omnia ſolutiua. Doſis ē eius a quiqꝫ granis
vſqꝫ ad. xij. De ſcamonea vide capitulo de
diagredio.

Auer- ¶ Scolopendria. ¶ Auerroys. Temperata
roys. v. eſt in calore ꝛ ſiccitate: et manifeſtum eſt ꝙ
collig. diſſoluit duritiem ſplenis: et aperit oppila-
xlij. tiones ipius: ſicut bacce lauri in oppilatione
epatis: ꝛ habet a ſua proprietate frangere la
pides.

¶ De littera. T

Tritici grana.
Thymum ∴
Thymbra. ∴
Tithymali
Terebinthus
Tubera.
Tamariſcus ∴
Tamarindi ∴
Turbith
Thus ∴
Tereniabin.
Tribulus.
Terra ſigillata.

TRitici grana extriſe-
cus appoſita ex primo
calefacientium ordine
non omnino calefaciūt
neqꝫ humectant: at qꝺ
ex ipſis amylum frigi-
dius et magis areſaci-
ens. Panis quoqꝫ impoſitio diſtrahēdi ptātē
habet vt fermento cū ſale. vis eſt euellendi ꝛ
diſtrahēdi radicitus. Item vulneri recenti ſi
panem triticeum vino nigro magis ꝙ̄ albo
maceratū imponas ſanguinem ſiſtit ꝛ vuln⁹
curat. id nos experti ſepe ſumus. ¶ Raſis. Raſis.
Triticum temperamēto eſt vicinū: licet cali iij. al.
ditati parū attineat. Quod autem pondero- c. ij.
ſius ꝛ ſolidius maioris eſt nutrimēti. homini
bus quoqꝫ oībus alijs granis magis conue-
niens ꝛ magis ꝓpriū inuenitur. Sanguis
etiam ex eo generatus omni ſanguine qui ex
alijs generatur granis tēperatior exiſtit. ꝛc.
De ipo tritico lege caput de frumento aucto
ritate aliabatis.

¶ Thymum ſecat et calefacit manifeſto: vt
ſit in tertio calefacientiū ordine. ob hoc etiā
vrinam ꝛ menſtrua mouet: et embrya euellit
et inteſtina purgat potū: et ex thorace ac pul
mone reiectiones contrahit ſputamentis. Gal.
¶ Galenus. Virtus eius prima eſt virtus
que calefacit ꝛ deſiccat in tertio gradu: ꝛ vir
tus eius ſcđa incidit: ꝛ tertia eſt q̄ prouocat
vrinā ꝛ mēſtrua ꝛ expellit fetū: ꝛ aperit op-
pilationes viſcerū: ꝛ cōfert excreatui pecto- Diaſco
ris ac pulmonis. ¶ Diaſcorides. Quādo ſu- rides.
mit̄ i potu cū ſale ꝛ aceto laxat chimū groſ-
ſum ꝛ phlegmaticū. ꝛ qñ adminiſtrat̄ decoctio

M.E.C.D. 2016

eius cuꝫ melle confert difficultati anhelitus
in qua oportet hominem erigi, et aſmati: et
Ruff⁹. expellit lumbricos longos. ¶ Ruffus. curat
obſcuritatem viſus et reſoluit phlegma a
corpore.

¶ Thymbra precipue hortēſis proximā thy-
mo vim habet: at imbecilliorem.

¶ Tithymali oēs: vel galactides dominan-
tem acutam et calidam vim habent: ineſtqꝫ
ipſis amaritudo. validiſſimuꝫ itaqꝫ iis: dein
fructus ⁊ folia. particeps quoqꝫ radix eſt di
Diaſco etarum potentiarū: ſed non per eque. ¶ Dia
rides. ſcorides. Virtus eorū prima eſt calida et ſic-
ca in quarto gradu: et ſecūda abſtergit et in-
cidit. Et radix quidem lacticinij curat dolorē
dentium: et aufert eū quando coquitur cum
aceto. Et ſpecies eius ſunt. vij. ¶ Alcanzi.
Oēs ſpecies lacticiniorum purgant melan-
Alcāzi choliam ⁊ phlegma groſſum et aquā. Et me
liores medicine que admiſcentur ſibi ſunt ro
ſe trite. et ſuccus liquiritie: et aloes: et tur-
bith. et mirabolani: et abſinthium: et eupato
Abix. rium: et ſucci amborū: et ſal indum: ⁊ crocus
et amilum. ¶ Abix. Quando tēperatur cum
aliqua medicinarum confortantium vt ſunt
mirabolani abſinthium: eupatoriū liquiritia
aloes. ⁊c. rectificatur cōplexio eius: et cōfert
febri quartane: et purgat aquam citrinā pur
gatione faciente magnum iuuamentum: ſed
quando datur ſolum ſine rectificatione corrū
pit cōplexionem: ⁊ facit triſticiam multam et
dolorem in epate recipienti ipſum: ⁊ deſtruit
ſtomachum: ⁊ aufert appetitū cibi. Et ipſuꝫ
quidem eſt calidū et acutū ſimile ſcamonee.
Et doſ ei⁹ poſtꝙ rectificat̄ ē a uob⁹ danich
vſqꝫ ad tres. ¶ Raſis. Tithymali multe
ſunt ſpecies: que omnes calide exiſtentes
Raſis. adurunt ac ſoluunt ventrem: ⁊ nauſeam effi
iij. al. c ciunt: corpus quoqꝫ vlcerant.
xxvij.

¶ Terebinthus: terebinthi folia: et cortex: ⁊
fructus acerbeſcunt ordineqꝫ ſecundo cale-
ſcunt. fructus autē eſt fere tertij ordinis are
facientium. vrinam excitat: ⁊ ſplenes iuuat.
Gale- ¶ Galenus. Cortex huius arboris et fruct⁹
nus. eius et folia oīa ſunt ſtiptica. Et cum hoc ca
lefacit in ſecundo gradu: et iſtud eſt ſignū ꝙ
deſiccat. verū quando eſt recens humida eſt
Diaſco minoris deſiccationis: adeo ꝙ quādo deſicca
rides tur fit ſicca in ſecundo gradu. Sed fructus
quādo deſiccatur deuenit vſqꝫ ad tertiū gra-
dum rerum deſiccantiū. ¶ Diaſcorides. Me
lior quidem gummorum omniuꝫ eſt gummi
terebenthine: et poſt ipſum eſt maſtix: et poſt
hoc eſt gummi iambut: ⁊ poſt ipſum gummi
ari: ⁊ poſt ipſum gummi arꝫ. Et quelibet iſta
rum gummoruꝫ calefacit: mollit ⁊ diſſoluit.
Sed terebenthina conuenit tuſſi: ⁊ vlceri-
bus pulmonis: et ſputo ſanguinis. Mun-
dificat enim pectus ⁊ pulmonem quando fit
loch cum ea ſola: aut cum melle. ⁊ prouocat
vrinam: et maturat et lenit ventrem. Et fa-
cit adherere pilos palpebrarum: et quando
miſcetur cum melle et oleo confert humidita
tibus emanantibus ab auribus et prurituī. Cermi
Et confert dolori lateris quādo fit inunctio ſonus ī
cum terebenthina ſola. ¶ Antonius Cer- cōſilijs
miſonus. Terebenthina. ſeu albotin eſt ca- ſuis cō
lida in fine primi gradus perueniens quaſi ſilio. 8.
ad ſecundum: ⁊ ſicca in primo vel parum vl de paſ-
tra: habens tamen in ſe aliquid humiditatis ſionib⁹
Etſi Auerroys tertio colliget dixerit ꝙ cali- iunctu
da eſt et ſicca in tertio gradu: et ꝙ plus deſic rarum
cat ꝙ calefaciat. Johannes autem Sera- Auer-
pionis dicit ꝙ calefacit mollit et diſſoluit: roys
ꝓuocat vrinā: maturat et lenit ventrē. Et ſic Sera-
Auicenna dicit ꝙ mundificat ⁊ prouocat et pion
lenit ventrem cum accipitur ex ea ſicut auel Auicē
lana vel nux a ieiuno: et abſqꝫ nocumēto mū na.
dificat vlcera: ⁊ abſtergit vlcera ⁊ renes. ¶ Nā Gale.
Galen⁹ noſter libro q̄nto de regimine ſanita
tis inquit. Lachrymum ſeu hater abietis
non ſolum inteſtina laxare apta nata eſt: ſed
viſcera omnia expurgare ſine leſione: epar:
ſplenem: renes: et pulmonem. Cuius quan-
titas ſit pro vice a quantitate vnius auella
ne vſqꝫ ad tres. Et dico ꝙ eſt ſenum medici
na nihil habens in ſe malicie et doloris cho-
lici ventoſi: et neruorum inciſorum: et ſpaſ-
matorum. Conuenit enim multum habenti
bus ventrem ſtrictum: et habentibus dolo
rem ventris: et lapidem in renibus: vel ma
lum iliorum: et habentibus guttas: ⁊ debili-
tatem neruorum et capitis: et habētibus dif
ficultateꝫ flatus: et proprie eſt medicina ner Auicē
uorum: vt Auicenna fen quarta. Fumus
autem lachrymi abietis aerem corruptum:
et peſtilentes domos mirabiliter emundat:
et ideo in tempore peſtilenciali optima eſt
faciendo de ea fumum in domo: ac etiam in
ciuitate ſicut fecit Galenus qui ſanauit illā
ciuitatem a peſte cum eius fumo aerem eius
rectificando. ¶ Johannes Meſue. dicunt Meſ.
ꝙ confert ſpaſmo: et duriciei neruorum: et
eorum debilitati. Ex ea quoqꝫ fit oleum ha-
bens odorem et colorem balſami: quod eſt

M.E.C.D. 2016

mirabile in guttis et doloribus neruorum. Ponitur hater ſeu lachrymum abietis in alembico vitreo ſub quo fit ignis ſine fumo: ꝛ diſtillet oleum quod in ampulla vitrea bene obturata ſeruetur: cuius diſtillationem ter fieri iuſſit. Prohibet enim putrefactionem omnium vlcerum: et curat vlcera: et ſurditatem aurium et narium et aliorum membrorum tepidum iniectum: et inunctum circa loca doloris guttoſi cum penna: et in ſpaſmo: et in paraliſi: et in catarro frigido vngendo collum et coronam capitis: maxime factis debitis purgationibus. Cum ipſa aliquando feci pillulas pro faciendo macrum illum qui nimis eſt pinguis: et eam quãdoqꝫ ſimpliciter exhibeo: et quãdoqꝫ cum aqua mellis: et quandoqꝫ cũ aqua ſaluie: et quandoqꝫ inuoluendo in nebula ſeu in hoſtia. eſt enim medicina ſanctiſſima qua ego ſepe vtor que benedicta dici poteſt.

¶ Tubera. ¶ Galenus. ſubſtancia eius eſt terrea multum: ꝛ admiſcetur ei parũ ſubſtancie ſubtilis. Et dicit in libro de chimis: ꝙ ramech generat groſſum humorem: et non eſt multũ mali chimi. Et dicit in libro venenorum ꝙ generat ſtranguriã et cholicã: et ſimiliter faciunt fungi. Melius eorũ eſt illud qđ reperitur in harena habente paucam aquam generat ſanguinez aquoſum: ꝛ aqua eius abſtergit viſum. ¶ Raſis. Tubera frigida ſunt et groſſa phlegma quoqꝫ generant crudum. Que aũt ex eis ruborez habent mala exiſtũt quorũ multa comeſtio cholicaz generat. Nec etiam abſqꝫ calidis ſũt edenda cõdimentis.

Gale-nus.

Raſis. iij. al. c xviij.

¶ Tamariſcus. ¶ Galenus. Virtus eius prima deſiccat deſiccatiõe pauca abſqꝫ apertione. Et secũda eius virtus incidit ꝛ abſtergit. Et tertia cõfert ſpleni duro. Meſarugie Cinis tamariſci deſiccat oĩa vlcera: et ꝓprie illa q̃ fiũt ab aduſtione ignis. ¶ Alchãzi. Dixit michi hõ fidelis ꝙ fuit quedã mulier ſupͣ quã apparuit lepra: et datum fuit ei ex decoctione radicis tamariſci cũ paſſulis ſepe ꝛ curata eſt. Et dico ſupͣ hoc ꝙ iſtud contigit: qꝛ egritudo ſua p̄ma fuit apoſtemata in ſplene: et propter oppilationẽ eiꝰ: que quidez fuit cã nõ attrahendi melancholiam ꝛ nõ mundificãdi vel clarificandi ſanguinez: que fuit cauſa apparitionis lepre ſuper eã: quando ergo reſolutum fuit apoſtema ꝛ aperta eſt oppilatio

Gale-nus.

Meſa-rugie.

Alchã-zi.

propter operationez iſtius medicine in eo ꝙ fuit de natura ſua incidere et abſtergere: reuerſe ſunt ad earũ ſanitatem. Et nos quidez experti ſumꝰ hoc in muliere alia ꝛ curata eſt. ¶ Raſis. Tamariſcus frigida eſt et ſicca: ex cuius folijs emplaſtrũ ſuper molle apoſtema poſitum auxiliatur. Eius aũt apozima in ore tentum dolorem dentiũ ſedat. Vinum preterea in quo folia eius cocta fuerint bibitum ſplenem ſubtiliat. Idem quoqꝫ facit vinum vel ſirupus acetoſus cuz paruo ſcipho ex eiꝰ radice facto ſi diu bibatur.

Raſis. iij. al. c xxxvj.

¶ Tamarindi. ¶ Raſis. Tamarindi frigidi exiſtentes ventrem ſoluunt: ac choleram rubeam et ſanguinem reprimunt. ¶ Abenmeſuai. Virtus eorum eſt frigida in tertio gradu. Et proprietas eorum eſt ꝙ laxant choleram ꝛ reprimunt acuitatem eius: abſcindũt vomitum: ꝛ auferunt pruritũ. Et doſis aque eorum eſt poſtꝙ̃ coquuntur libre quinqꝫ. ¶ Abugerig. Tamarindi extinguũt choleram: et auferunt ſitum: et ſedant vomitum: ꝛ ſtipticant ſtomachi fluxum cauſa vomitus. ¶ Meſarugie. Tamarindus eſt ſicut ſunt pruna: niſi quia eſt ſubtilior ꝛ minoris humiditatis.

Raſis. iij. al. c xlix.

Aben-meſuai

Abu-gerig.

Meſa-rugie.

¶ Turbith. ¶ Abenmeſuai. Turbith eſt calidum et ſiccum in tertio gradu. et melius ex eo eſt illud cuius color eſt albus multum: et lene exterius: ſubtilis ligni non habens lanam. Et proprietas eius eſt laxare phlegma viſcoſum. veruz ipſum infert debilitatem in animo propter horribilitatem ꝛ abominationem ſui ſaporis. Et rectificatio turbith eſt conficere cum oleo de amigdalis dulcibus. ꝛ doſis eiꝰ eſt. a. ʒ. j. vſqꝫ ad. ij. ꝛ oportet ꝙ detur potanti ipſum cuſtodia magna: et non detur ſolum. Et turbith quidem eſt bonum humoribus ſciatice educens eos: et expellit ſuperfluitates groſſas: et laxat humores crudos. ¶ Raſis. Turbith expellit humiditates que ſunt in ore ſtomachi ꝛ inteſtinis. Et nõ indiget emendatione alia: niſi excorietur: et illud eligatur ex eo quod bonum eſt ꝛ frangitur. Ex quo ſumendum eſt ab vna. ʒ. ad duas. Qꝫ ſi in decoctionibus ſit mittendum ſit a. ʒ. tribus vſqꝫ ad quattuor. Et cum queritur eius rectificatio cum oleo amygdalarum dulcium ꝙ ſit bonum in hora ſui vſus miſcere conuenit. Et idem alibi. Turbith ē

Aben-meſuai

Raſis. vi ij. al ca. liiij

Raſis. in lib. diuiſionũ cap c. xliiij

medicina ſublimis parue malicie. at vero qd album eſt recens gummoſum non plurima indiget rectificatione: ⁊ ipſum quidem ſolutione educit humiditates: ⁊ phlegma quod non eſt plurime viſcoſitatis. Cuius doſis eſt a. ʒ. iij. vſqꝫ ad. iiij. cū decoquitur. et ſi ſumiť ſm modum ſuum ē a. ʒ. j. vſqꝫ ad aureum. j.

Diaſcorides.

¶ Thus. ¶ Diaſcorides. Thus valet ad zernas et araneas et cōbuſturas et quaſſatiōes et ad aurium mammarumqꝫ dolores ⁊ intraneorum tumores: verum ſi a ſano bibitum fuerit maniam vel etiam mortem incurrit. ¶ Conſtantinus. Eſt calidum et ſiccum in ſecundo gradu. calefacit ⁊ conſtipat: viſum clarificat: recentia vulnera ſolidat: fluxū ſanguinis vbicunqꝫ ſit conſtringit: memoriam quoqꝫ roborat. ¶ Raſis. Thus calidum exiſtens et ſicum carnem in vulneribus creat: ventrem quoqꝫ ac vomitum arcet: et intellectum acuit: de quo tamen ſi multa ſumatur quantitas: adurit ſanguinem: ⁊ efficit algueſegnes: tremori itidem cordis auxiliatur.

Cōſtātinus ī libro ḡdūum. Raſis. iij. al. ca. xxx. viij.

¶ Tereniabin. ¶ Iſaac ebenamram. Tereniabin eſt ros cadens de celo: aſſimilať melli granuloſo aggregato: et eſt nominatū mel roris: ⁊ plurimum quod de ipſo cadit eſt ſuper arbores que ſunt in terra coraſeni in oriente Et virtus eſt equalis mollitiua ventris: et humectatiua pectoris: confert calidis natura et proprie quando reſoluitur in aqua iuiubarum et prunorū. Doſis eius eſt a. x. vſqꝫ ad. xx. auř. ¶ Abix. Tereniabin eſt plus zuccaro: et ſedat inflammationes febrium calidarum: et aufert ſitim: et mollit ventrē mollificatione mediocri: et eſt manna q̄ cadit ex aere ſicut cadit manna: et lenit pectus ex tuſſi. ¶ Raſis. Tereniabin calida eſt: ventremqꝫ ſoluit: atqꝫ guttur lenit. de ipſo lege caput de manna.

Iſaac. Abix. Raſis iij. al. ca. xx.

¶ Tribolus ſeu tribulus ex humida mediocriter eſſentia et frigida et arida conſtat. dominatur autem in ipſo in terra terreſtre frigidum: et ob hoc magis acerbeſcit. in aquoſo autem aquoſum ideo feruentibus cōgruunt inflammationibus. terreſtris autem fructus in renib⁹ calculos potus atterit. ¶ Diaſcorides. Sūt eius due ſpecies. vna agreſtis naſcēs in ſterquilinijs ⁊ iuxta flumina: cui⁹ folia ſunt ſimilia folijs portulace: niſi quia minora ſunt. Secunda ſpecies naſciť in fluminibus: cuius rami eleuantur ſuper terram habens ſpinas occultas ⁊ folia lata et ramulos longos. ¶ Galenus. Subſtantia eius ē cōpoſita ex ſubſtantia hūida pauce frigiditatis: et ſubſtantia ſicca nō pauce ſiccitatis ſm ſuam frigiditatem. Et virtus eius prima ē frigida: et ſecunda eſt virtus que prohibet. Et tertia conueniens eſt, que prohibet apoſtemata calida ne confirmentur: ⁊ vniuerſaliter quidem confert omnibus membris ad que fluunt humores. Sed ſemen tribuli agreſtis quando bibitur frangit lapidem renū ¶ Sindaxar. Eſt bonus dolori veſice ⁊ ſtrāgurie: et augmentum efficit in ſpermate

Diaſcorides. Gal. Sidaxar

¶ Terra ſigillata. ¶ Galenus. Virtus ei⁹ prima deſiccat ſine mordicatione: et ſecunda curat vlcera fraudulenta etiam ſi fuerint ſordida. ¶ Alcanzi. Terra ſigillata quando eſt bona ſi puluerizeť ex ea in os a quo fluit ſanguis ſtringit eum ſtatim: et nō eſt medicina que abſcindat ita omnes fluxus ſanguinis ſicut iſta. ¶ Auerroys. Terra ſigillata eſt frigida et ſicca cum ſtipticitate temperata: valet contra venenum: abſcindit ſputum ſanguinis et diſſenteriam que prouenit ab inteſtinis ⁊ epate: et deſiccat parua apoſtemata quando ſuperponitur eis. Raro reperitur apud nos non ſophiſticata.

Gal. Alcāzi. Auerroys. v. colligꝫ ca. xliij.

¶ De littera. V.

Vinum
Vue et paſſu le
Viole.
Vrtica.
Ventus
Viſcus.
Vitriolum.

Vinum ſecundi eſt calefaciētiū ordis: ſatis vetus tertij: vt muſtū pmi. Vino alij vtūtur q, pſit: alij q mētē exhilaret: alij q guſtu ingerat voluptatem: alij cunctis de cauſis Naturā habet corpus nutriendi: at rufum et craſſum in ſanguinē vertiť: at admodum vet⁹ in tertio: mediū in ſcdo eſt corp⁹ nutriētiū. Rufum inq ⁊ craſſuz accōmodatiſſimuz

ſanguini: inde nigrum et dulce: et craſſum:
dein auſterum: inde rubellum: minus oībus
album et tenue. Probatiſſimum igitur vinū
et valentibus accōmodatius et egris: quod
colore rufum: ſubſtancia tenue aliquatenus
acerbeſcens. Sunt fere vino colores quattu
or: albus: fuluus: ſanguineus: niger. precel-
lit ſanguineus. Manifeſta magis eſt vini ef
ficacia in frigidis: et aridis corporibus: ⁊ in
quibꝰ minor inſedit caliditas: vt in ſenibus
et languidis. Vitandus eſt vini vſus calidis
et febricitantibus. ¶ Inquit em̄ de cōplexio
nibus Galenus. vino ſua ⁊ eximia exiſtit i-
Galen. mutatione celeritas. eſt nāqꝫ vt facula: ⁊ filū
oleo perfuſum: ſtupaqꝫ ⁊ pix. vitandus eſt vi
Plato ni vſus pueris et iuuenibus. ¶ Nam vt pla
ij. legū to lib. ij. de legibus ſcribit. Ab ebrietate et
vini repletione iuuenes omnino abſtineant
Nulli penitus interdiu vinum concederem
niſi exercitationis corporee morborumqꝫ cau
ſa hoc potu opus fuerit. Neqꝫ etiam noctu
viro vel mulieri quando liberis operaꝫ dare
volunt. Gubernatores etiā atqꝫ iudices mu
nus ſuum ſubituros a vino penitus prohibe
rem. Deliberaturos quoqꝫ de rebus non om
nino negligendis. Ac vini vſus ferme om-
Raſis. niuꝫ moderatiſſimus et parciſſimus eſſe de-
iij. al. bet. ¶ Raſis. Vinum omne qđ inebriat cor
cap. v. pus calefacit. Vinum preterea generaliter
ſtomachum et epar ſemper calefacit: atqꝫ nu
trimentuꝫ penetrare facit: ſanguinem quoqꝫ
ac carnes: et innatum calorem augmentat.
Ipſam etiā naturam in ſuis proprijs actioni
bus adiuuat. ideoqꝫ etiā digeſtiua fit fortior
Et per illud ſuperfluitatum expulſio: et earū
egreſſio fit facilis. Et hec cauſa quare ſani-
tas et groſſitudo: et fortitudo perdurant: et
ſenium tardatur. Vinū preterea animum le-
tificat: ſed ſi ſuperflue in potu ſumatur epati
et cerebro: ac neruis impedimentū facit: tre-
morem quoqꝫ atqꝫ ſpaſmum: nec non parali-
ſim: et apoplexiam: ac mortem generat ſubi
taneam. Temperate autem ſi bibatur multe
bonitatis cauſa in corpore exiſtit: et in ſeni-
bus ꝙ maxime. Vinū itidem purum cui pau
ca cōmiſcetur aqua: his qui groſſam in ven-
tre ſoliti ſunt ventoſitatem pati: et quorum
ſtomachus et epar ſunt frigida cōfert. Vinū
depuratum multam aque habens cōmixtio-
nem: his qui ex vino dolorem patiuntur capi
tis: vel ex eo inebriantur: auxilium preſtat: li
cet ventrem inflet. Vinum groſſum et dulce
et nouum interiorꝫ habentibus oppilationē
vel groſſitudinem nociuum eſt. Cito autem
volentibus impinguari eſt bonum. Vinum
album et clarū quod non multe tolerat aque
commixtioneꝫ minoris eſt calefactionis: ſed
vrine magis eſt prouocatiuuꝫ. In colore ve
ro igneum et amarum: quod maiorem poteſt
admixtionem recipere: maioris eſt calefactio
nis. Nigrum itidem et groſſum atqꝫ dulce
in quo eſt ponticitas: groſſioris eſt nature.
Vinum preterea nouum ſanguinem magis
generat: ac venas velocius implet. huic au-
tem vetus contrarium inuenitur. ¶ Alia-
bas. Naturalem confortat calorem: auget ⁊ Alia-
explicat in omnia membra: animam confor- bas. v
tat: cui leticiam affert: gaudium ⁊ inſegnici theori
em audaciamqꝫ virtuti viribuſqꝫ addit: hu- ce. ca.
mores temperat cholericos: ⁊ per vrinā pur- xxx.
gat ⁊ ſudorem. Temperat etiam choleraꝫ ni
gram ſua calefactione ⁊ humectatione natu
ram mollit: membra humectat principalia:
corporaqꝫ quibus ſiccitas accidit ex immode
rato calore: ab infirmitate ſurgentiuꝫ corpo
ra ſubſtollit et corpulētat. auget namqꝫ cibo
rum appetitum: digeſtionem adiuuat eorun
dem: ⁊ ad membra tranſmiſſionem: humidi-
tatemqꝫ ad ea perfert aque: humectat itaqꝫ
illa ſi forte ſiccitas acciderit: ventoſitatē diſ-
ſoluit ⁊ inflationem. Hec omnia ſi moderata
ſumantur quātitate: qua ſcꝫ nimia nō exurat
ebrietate. Et meri quidem complexio vni-
uerſaliter calida eſt ⁊ ſicca: preterꝙ quod no
uum eſt ⁊ torculari proximum: primum non
tranſgreditur in calore gradum: quod autem
vetus ſecundum non tranſit eius calor gra-
dum: ⁊ iuxta ſue expreſſionis ꝓpinquitatem
remotionemqꝫ eius erit imminutio: et aug-
mentum in hac complexione. Eſt autem inter
opportuniores ⁊ meliores que ſanitatem tuē
tur cauſas ſi temperato ſumatur modo: ⁊ qñ
opus fuerit. Meri nature ex quinqꝫ varian-
tur rebus: prima eſt color: ſecūda liquor: ter-
tia odor: quarta ſapor: quinta tempus.

¶ Vua minus ꝙ ficus alit. Proſunt cum ex
aluo ꝓpere abeunt manſe vue. Si diutius
immorentur in aluo plurimum ledunt. Nā
nō concoquunt: ſed exundant ad iecur venaſ
qꝫ: crudum gignendo humorem: haud facile
in ſanguineꝫ cōmutantur: ob circūfuſam pel
lem: ideo nō male ab aliquibus expuitur cu-
tis: carnem ⁊ ſuccū exugendo: quibus aluus
leuatur: ſeruate in hyemen vue ſunt eſu vti-
liores. ¶ Pſellus. Vue quoqꝫ ipſe vt poma Pſellꝰ
cunctis tamen magis nutriunt vt ficus: mi li. ij. de
nuſqꝫ malum ſuccum generant cuꝫ bene ma victus
turuerint: nutriunt minus ꝙ ficus: proſunt ratio-
cum facile egeruntur: cum id nō fuerit ledūt ne.

M.E.C.D. 2016

Nam perniciosum pabulum ingerunt: cuꝫ in
ſanguinem nõ conuertuntur: ſunt autem ſine
internis granulis briſuliſqꝫ manducande: q̄
dulciores vue ſunt calidioris ſucci: que acrio
res et magis omphacine frigidioris.

Pſellꝰ li. eodẽ ¶ Vue paſſe acres auſtereqꝫ frigidiores: cõ
firmantqꝫ ſtomachum et aluum areſaciunt.
Dulces aũt calidiores: medieqꝫ ſunt ſtoma-
cho ꝛ ventri: habentqꝫ aliq̃d abſtergens: par
uaſqꝫ ſtomachi curant vellicationes: nutri-
mentum vuarum paſſarum eſt qð etiam re-
centium. ¶ Raſis. Vue autẽ paſſe in calore
Raſis. sunt temperate: que bene nutrientes oppila
iij. al. tionem vt dactili nõ faciunt: licet ipſi fortius
ca. xx. et plus nutriant.

¶ Violarum folia aquoſam et ſubfrigidam
obtinẽt poteſtatem. Et virtus eorum prima
infrigidat parũ: et ſecunda lenificat: et tertia
que ſedat apoſtemata calida quãdo ponunt
ſola: aut cuꝫ farina ordei. Et conferunt inflã
mationi que fit in ore ſtomachi: et in oculo.
Raſis ¶ Raſis. Viole frigide ſunt ac ſomnifere: q̄
iij. al. capitis dolorem a calore factum ſedant.
ca. xxj.

Gale. ¶ Vrtica. ¶ Galenus. Virtus eius p̃ma eſt
virtus que calefacit calefactione nõ multa: ꝛ
deſiccat deſiccatiõe ſine mordicatione ꝛ acui
tate. Et ſecũda eſt virtus que reſoluit reſolu
tione multa: ꝛ eſt cum hoc ei virtus inflatiua
et propter hanc cauſam mouet coitũ. Et ter
tia virtus eſt virtus q̄ delet exituras et apo
ſtemata que fiunt poſt aures. Et facit excre
are humores groſſos viſcoſos a pectore et
pulmone qñ bibitur. Et curat vlcera corro-
ſiua: ꝛ cancrum: et omne cui conuenit exicca
Aben- guefit tio. ¶ Abenguefit. Quãdo excoriatur ſemẽ
vrtice ꝛ teritur ꝛ miſcetur cũ melle et ſumi-
tur laxat cuꝫ fortitudine. Et oportet cauere
ne tangat linguã: et caput meri ne adurat ea
Et doſis eius eſt a viginti granis vſqꝫ ad.
Iſaac ebẽam ram. xxx. ¶ Iſaac ebenamra. Semen vrtice pur
gat ehumores viſcoſos: ꝛ prouocat vrinam: ꝛ
cõfert doloribus renũ: et iuuat coitũ maxime
ſi comedatur cũ cepis et vitellis ouorũ. Et
quãdo bibitur cũ ſecaniabin confert ſpleni ꝛ
Raſis iij. al. cap. xx viij. dolori lateris. ¶ Raſis. Vrtica calida eſt: q̄
coeundi ſtimulans voluntatem: de pectore
viſcoſuꝫ expellit phlegma: ventreqꝫ mouet.

Raſis. iij. al. c. xxv. ¶ Ventus. ¶ Raſis. Ventus a polo veniẽs
ſeptentrionali: a parte videlicet minoris vrſe
ac maioris frigidus eſt et ſiccus. qui corpora
efficiẽs dura reddit robuſta: ſenſus q̄ꝫ atqꝫ ca
put lenia facit. Ipſe etiã omnibus vẽtis me
lior exiſtens putrefactionẽ plus remouet. tuſ
ſim tñ facit. Egritudines quoqꝫ que in pul-
mone ac gutture fiũt: nec nõ reumatiſmum
ſiue corizam adducit: ventrẽ inſuper ſtringit
ſed vrinã prouocat. Ventus autẽ a polo ve-
niens meridiano a parte ſublel: corpora diſ-
ſoluit: ſenſus turbat: atqꝫ dolorem capitis et
oculorũ egritudinem facit: epilepſiam quoqꝫ
ante cõſueta tempora accelerare facit: febreſ
itidem parit ꝑpter ſuam putredinẽ: gutturi
tamen et pectori ꝛ pulmoni exaſperationem
nõ attribuit. Eſt etiã plus omnibus ventis
egritudinẽ inferre paratus. ꝛ ꝙ maxime ſi in
eſtate flauerit vel in fine veris. Ventus aũt
qui ab extremitate ortus vernalis vſqꝫ ad ex
tremitatem ortus hyemalis perflat: atqꝫ ille
qui ab extremitate occaſus vernalis vſqꝫ ad
extremitatem occaſus hyemalis venit in ca-
liditate ꝛ frigiditate oĩno temperati exiſtũt.
Qui aũt ab oriente ad nos tendit melior eſt
ſed qui ab occidente deterior: et groſſus ma
gis exiſtit.

¶ Viſcum ex plurima conſtat aeroſa ꝛ aquo
ſa ſubſtantia calida: cui admiſcetur exiguũ
terreſtre: plus ergo in eo acuti eſt ꝙ amari:
qð ex eius effectu licet intueri. haurit namqꝫ
et trahit funditus humiditates nõ lenes mo
do. ſed etiã craſſas: eaſqꝫ diſtrahit diſſipatqꝫ
Eſt aũt nõ ſtatim calefacientiũ medicaminũ
in primo gradu: ſed vt tapſia. ¶ Raſis. Vi- Raſis.
ſcus calidus eſt ꝛ ſiccus: qui ventoſitatẽ diſ iij. al.
ſoluit atqꝫ apoſtemata. ¶ Auerroys. Viſcuſ ca. xxxj
operationes eedem ſunt cũ tapſia in operationi- Auer-
bus primis ꝛ ſcðis: ꝛ eſt calidiſſimus cuꝫ ſup roys. v
flua humiditate: ꝛ extrahit a ꝑfunditate cor colligꝫ
poris: ꝛ hoc agit cũ multa tarditate ꝑpter ſu ca. xlij.
perfluam humiditatẽ in ipſo exiſtentem.

¶ Vitriolũ. ¶ Galenꝰ. vidi ẽ mineris tres Gale.
venas extenſas vnam ſup aliam ꝑ longũ ſpa
cium. Et virtus oĩm iſtorum eſt aduſtiua cõ
burens carnẽ: faciens eſcarã duram vſtam:
et cũ hoc ꝙ adurit eſt ſtiptica. ¶ Auerroys. Auer-
Vitriolum oẽs tres ſue ſpecies habẽt virtu roys. v
tem cõſtrictiuam cũ ſtipticitate: et diuerſifi- colligꝫ
cãtur in ſubtilitate et groſſitie: qꝛ groſſiꝰ eſt ca. xliij
rubeum: poſt illud cholcotar: ꝛ poſt illud viri
de et rubeuꝫ: et viride eſt quaſi materia chol
cotar: et talis cõparatio cholcotar ad viride:
et rubeum eſt minoris mordicationis viridi
ꝑpter groſſitiem ſue ſubſtãtie: et rubeum et
viride nõ diſſoluuntur: qꝛ rubeum eſt indu-
ratum induratione lapidea: ꝛ viride eſt mi-

M.E.C.D. 2016

nus coctum: ſed cholcotar liquefit.

## De littera. X.

Xylalohe ſeu lignum aloes.
Xylocerata.

Xylalohe lignuz aloes arbor eſt: in multis ad oriētem naſcitur locis: nec nō ad meridiem: ⁊ orientalis quidez cariem omnē effugit: nec vnam ad reliquas arbores habet differenciam odore. ſciſſa odorem fundit nō admodū inſignem. Ceterum ipſam incole ſecant: et ſub terra obtegunt multo puluere: dein multo poſt depromunt ligna mercatoribuſq; vēditant. In egypto aliiſq; regionibus radunt ligna: cortic emq; demūt: ⁊ eo modo cōcinuāt Xylalohes ſpecies. x. traduntur. Sunt autez oēs calide et aride: ⁊ ventrem cohibent: et ſtomachum cōfirmāt: obſtructiones iecoris dimouent: eliquantq; inventre humiditatē.

Iſaac eben- amraz. — Iſaac ebenamram. Eſt calidū ⁊ ſiccum in ſecundo gradu: et eſt bonū cerebro: et fortificat. vlcera: et expellit ſuperfluitates humidas: et facit deſcēdere phlegma a cerebro ſuffumigatio eius.

Raſis. iij. al. ca. xxij — Raſis. Xyloaloes calidū eſt et ſiccum humidoq; ſtomacho ac viſcoſitate repleto congruum exiſtit.

Gale. — Xylocerata: ſeu ſilegne. Hec Galenus inſectatur: precaturq; ne vnq̄ quiſq̄ attuliſſet: et in ſuam cōportaſſet regionem: ꝙ mali ſucci et lignoſa ſint et cōcoctu difficilia. Iuniores putant eis ſtomachum cōfirmari poſt cibum ſumptis: et obnixe cohibere fluxum ſi ante cibum manducentur reliquum.

Diaſcorides. — Dyaſcorides. Quando ipſe adminiſtrantur humide ſunt male ſtomacho: et leniunt ventrem: ⁊ quādo deſiccant̄ et exhibētur ſunt ſtomacho meliores q̄ humide: et ſtringunt ventrem ⁊ ꝓuocant vrinam ꝓprie quando conficiūtur cum rob.

Raſis — Raſis. Quando verne liniuntur cum ipſis viridibus eradicant eas.

## De littera. Y.

Ypericon.
Yſopum.

Ypericon calefacit ⁊ arefacit: cum ſit tenuiū partiuz eſſentie: vt vrinas et menſtrua prouocet. de ipſo lege. ca de. I. ſeu Ipericon.

Yſopum calefacit et arefacit in tertio ordine: tenuiumq; partium eſt. lege cap. de hyſopo in. H.

## De littera. Z.

Zinziber.
Zedoaria.
Zuccarum.

Zynziber calidū eſt in tertio ordine: humidum in primo: at obſtruit: et cibos concoquit: venerēq; ſuſcitat et flatus diſtrahit: prodeſt aduerſum oculorum ex humiditate hebetudines acutū viſum efficiendo: aduerſumq; ventris et iecoris frigiditatem: glutinoſoſq; humores.

Raſis iij. al. ca. xxxiiij. — Raſis. Zinziber calidum eſt et humidum quod ⁊ cibum digerit et ventrem mouet: ſtomacho quoq; atq; epati frigidis confert: obſcuritati itidem oculoꝝ ex humiditate in oculis poſitum vel comeſtū auxiliat̄

Zurumbeth. ideſt zedoaria.

Abenmeſuai — Abenmeſuai eſt calidū ⁊ ſiccū in ſcdo gradu: et impinguat impinguatione cōuenienti: et aufert vētoſitates. Et de ꝓprietate eius eſt ꝙ aufert odorem alleorum et ceparum ⁊ vini.

Bedigoras. — Bedigoras. Proprietas eius eſt ꝙ cōfert morſui venenoſorum: retinet ventrem.

Meſarugie. — Meſarugie. Reſoluit apoſtemata ꝓprie que ſūt in matrice: et retinet vomitum et cōfert vētoſitati cholice.

Raſis. iij. al. ca. xxxiiij. — Raſis. Calida eſt ⁊ ſicca que ventoſitatem diſſoluens: venenoſorum aīalium morſibus valde proficit: atq; impinguat.

Zuccarum guttur ⁊ ventrem lenit: neq; calefacit niſi parum. de ipſo vide ca. de ſaccharo. in. S.

Hactenus ſimplicium naturā aliquorum (nam omnium quis poſſet) oſtendimus a preſtantiſſimis traditam medicis quam eoruz mētibus infudit qui cuncta condidit nutu ſuo.

M.E.C.D. 2016

¶ Introductorium in praxim medicinalem ab eodez dño Simphoriano champerio phyſico collectum: Incipit.

Quoniam apud recẽtiores noſtre pfeſſionis interpretes alius ab eo quo maiores noſtri vſi ſunt: inoleuit practicãdi mod⁹: hinc animus fuit quedã ad hippocratice artis tironum vtilitatez generalia ex eiuſdem facultatis famatiſſimis pfeſſoribus aggregata: his ſimplicibus ſuperaddere. A cliſteribus autem vt a cõmunioribus ad nõnulla febrium cure peculiariter accommoda progrediendo exordiemur.

Cliſterium lenitiuũ. ¶ Cliſterium ventris lenitiuum: fecum induratarũ eductiuũ: caloris febrilis remiſſiuũ ꝛ ſic de alijs intentionibus. ℞. folioꝝ maluarum ſpinachie añ. ℳ. ß. aque fluuialis lib. ĵ. ß. bulliant ad cõſumptionem tertie partis: deinde colentur ꝛ fortiter exprimant: de qua colatura. ℞. qrt̃. v. cui addãt olei viol. ℥. iij. ꝛ hoc ſi cauſa erit calida: ꝙ ſi frigida addantur. ℥. iij. olei cõis: ſalis cõis. ʒ. ij. Or ſi vis magis abſtergere: addas plus de bliti et de ſaccharo. addas in calida de albo: in frigida de rub. Si plus vis lenire adde caſiefiſtule: aut mãne. ꝛ quidam vt Auicenna addũt vitella ouorum. Et ſi feces ſint multum indurate debent cliſteria eſſe multum pinguia cũ oleo vel cum medullis: ita ꝙ ponant olei. ℥. vj. ꝛ multi vtuntur ſolo oleo.

Lenitiuum. ¶ Lenitiuum p ſuperius poteſt dari. Nã aliquando cliſteria plus ledunt ꝙ lenitiua per os: vt ſepe vidi. ℞. caſiefiſtule nouiter extracte. ℥. ĵ. ß. aque ordei. ℥. iiij. cum aqua dicta caſia extrahatur. Item aliud. ℞. mãne. ℥. ĵ. ſirupi viola. ℥. iij. aque ordei. ℥. ij. Ad idem aqua fructuum meſue diſtinctione ſeptima. Doſes ſunt. ℥. iiij. dictas tñ doſes oportet quandoqz augere: qñqz minuere ſm corporis diſpoſitionẽ ex parte ſtipticitatis ꝛ lubricitatis habitudinis etatis ꝛ hmõi. Poſtremo aduerte ꝙ cũ ſuccis herbaꝝ quidaz cliſteria ipſa faciunt: ſperantes magis lenire.

Minoratiuũ. ¶ Minoratiuum cõe qd dicit̃ tale. qñ materias cões: ſiue in vijs cõibus exiſtẽtes: vt ſunt ſtomachus et iteſtina euacuat. ℞. tamarindorũ. ℥. ß. vel loco illoꝝ tantũdẽ pruuorũ decoquantur in. ℥. x. aque vſqz ad cõſumptionem tertie partis: ꝛ coletur et fortiter exprimatur: de qua colatura. ℞. ℥. vij. ꝛ adde mãne. ℥. ĵ. vel caſie tantũdem ſi mãna careres: et hoc magis reſpicit cholerã. Et ſi volueris ſanguinem a cholera mundificare pone tamarindos in decoctiõe ꝓino. Or ſi phlegma et cholerã: ſꝫ principaliter phlegma: adde agaricum in dicta decoctione ꝛ cũ tamarindis bulliant. ʒ. iij. agarici nõ piſtati: ſꝫ inciſi non multum ſubtiliter.

¶ Minoratiuum ꝓprium cholere: ꝛ maxĩe cholerã reſpiciẽs tanꝙ peccantẽ materiam. ℞. decoctionis ſupradicte tamarindoꝝ. ℥. vj. mãne. ℥. ĵ. vel caſie tantũdẽ ſucci roſ. ʒ. ij. vel electuarij de ſucco roſ. ʒ. ĵ. vel ß. ſm corporis diſpoſitionez vt ſupra. Or ſi fuerit phlegma. ℞. caſie. ℥. ĵ. electuarij indi. ʒ. ĵ. ß extrahatur cũ decoctione lupuloꝝ ſebeſten et tamarindoꝝ: vt ſupra. Ad idem valent pill'e elephangine de hiera ſimplici. — Minoratiuũ cholere.

¶ Statim cum occurris infirmo feb. acuta laboranti fac ſibi cliſtere lenitiuum ad vtilitates multas: etiam vt inteſtina ꝑparentur ſolutioni fiende in craſtinum ꝑ ſolutiuũ. Itẽ maxime conferret quãdo etas ꝓhiberet: aut aliquid aliud ad accipiendum farmacũ et poteſt fieri tale. ℞. maratrũ viol'. malue blitis añ. ℳ. ĵ. et ſi vis fortificare addas nenufa: ℳ. ĵ. ꝛ ſi fortius corticũ mãdragore quart̃. ℳ. ĵ. bulliant ad conſumptionem tertie partis: fiat deinde expreſſio d' qua colatura. ℞. lib. ĵ. ℥. ij. cãphore. ʒ. ß. ſandalorum. ʒ. ij. olei viola. aut roſa. ℥. iij. ſalis. ʒ. ij. et tu his addas aut ab his minuas vt videbitur tibi neceſſarium: et tuo ꝓpoſito conueniens. — Quid i primis agendum.

¶ Reuerendiſſimum in chriſto patrē ac dominum: dominum Georgium de Ambaſia Rothomagenſis eccleſie archipreſulem et Cardinalem ac in francia legatum digniſſimum: tum doctrina. tum virtutibus conſpicuū: Simphorianus chāperius Lugdunenſis phyſicus plurima impartiri optat ſalute.

NUmā Pompilium ſecundū rhomanorū regem maximis laudū preconijs: qui regū ac principum preclara facinora litterarum monumentis mādarūt ſcriptores pater piētiſſime extollūt qui curibus vrbe ſabinorū oriundus omni religione ⁊ pietate prudētiaqꝫ et iuſticia adeo inſignis fuit. vt ſequētia ſecula illū Pythagore diſcipulū crediderint. Sed fuit non tam peregrinis artibus inſtruct⁹. ꝙ tetrica ac triſti veterum ſabinorū diſciplina. Populū rhomanū a belli ſeuitia ad pacis et religionis ſtudia tranſtulit. Is profecto cunctis regia ditione potientibus exēplar eſt. vt eius inſtituta ſequant̄. Cum eñ ex omnibus animātibus homo ad ſocietatē et pacem auctore Tullio maxime natus ſit. quis illum non putet ab oī nature conditione humanitateqꝫ alienū qui belli diſcordieqꝫ fautor in alios plerūqꝫ imperij viribus abutentes tyrānus ſeuire gaudet. Quo fit vt impiū illud eſſe hominū genus arbitrer. quorū artibus atqꝫ dolis labefactatur ac ſoluit̄ iucūdiſſimum humane beniuolētie vinculum. et qui animos charitate cōiunctos. qua ſine ſocietas eſſe nulla poteſt diſiungere ſeparareqꝫ conatur. Sint igitur animo tranquillo benignoqꝫ prīcipes ſi ſibi res ſecūde et geſta facile monſtrēt longe magis arte atqꝫ beneficentia. ꝙ aut minis. aut etiam vi et parari ⁊ cōſeruari regnū. Quibuſnā Cirus a medis ad perſas imperiū trāſtulit. nōne induſtria et animi magnitudine? Quibus Alexander ad Gangen vſqꝫ penetrauit. nonne prudentia et benignitate? Quibus tandē Julius Ceſar orbis terre principatū adeptus eſt. nonne cōſilio et clementia? Nam Rhomulus ꝙdiu humanum ſeſe et manſuetum preſtitit. quaſi numen in terris eſt habitus. Cum primum imperio ſius voluit rebus vti: ab his in illū ſeuitū eſt. quibus charior eſſe iucundiorqꝫ debuerat. Quāobrem ſapiens ille macedonie rex Philippus Alexandri magni parens a Theophraſto traditur non ſolum genere ⁊ dignitate regia. ſed etiam tum fortuna tum moribus maior ceteris regibus ac moderatior extitiſſe. Qui quoniam populorū ingenia moreſqꝫ calleret. admonebat non abſurde Alexandrum filium. vt et blandū ſeſe macedonibus gracioſumqꝫ preſtaret. quo multitudinis ſibi vires cōpararet. Capiuntur namqꝫ animi populorum non minis. non terroribus. ſed cum alijs humanitatis officijs: tum blanditijs maxime. Et ꝙꝙ pax animiqꝫ humani officia. omnibus ſint conuenientia. prelatis tamen maxime chriſti emulatoribus. qui pacē ſuis in celum iturus perpetuo ſeruandā reliquit. Cuius cum maiores plurimum ſtudioſos fuiſſe videā. ipſe tñ pre ceteris Numā illum pacificum imitari mihi videris. Plerīqꝫ eñ dñici gregis paſtores pace qua ad bonarū artiū ſtudia. ac virtutū officia vti debēt. obſcenis dediti voluptatib⁹ abutūt̄. Si Catonē cēſorinū ob eximias aīmi virtutes ⁊ poetarū carmīa ⁊ oratorū eloqa cōmēdāt. te illo nō min⁹ laudādū habēt. Si

Pacatū nume pōpilij regnū.
Pacis cōmēdatio.
Inuehitur in perturbātes pacē.
Principū ad ſeruandā pacem exhortatio
Tyri magnitudo.
Alexādri prudētia.
Ceſaris clemētia.
Philippi regis macedonie cōmēdatio.
ꝙ pax platis maxie cōueniat.
Catonis cēſorini virtus

Pom Pompeium magnũ ob clara admodum geſta honore non mediocri donant hiſtorie
pei ma illi minime poſtponendus ades. Si deniqʒ preclaras maiorum noſtrorum dotes
gni ho in medium afferre voluerimus: earũ bona parte te inſignitũ facile comperiemus: ita
nores. vt cum oĩum diſciplinarum, tum virtutũ ceteris prebeas exemplũ. Nec mirum eſt te
virtutũ amatorẽ ⁊ cultorem eſſe probitatis q̃ tui generis radicib' (vt aiũt) incocta eſt.
Propterea nec per longa temporum ſpatia: nec per mala huiuſce noſtre vite conta
gia potuit eneruari. Eſt profecto vt videre mihi videor: magnum virtutis adiuua-
Parẽ mentum clarum ortũ eſſe parentibus. Solent eñ iuuene s. qui aliquid indolis ha-
tũ pba bent n degenerare videantur. maiorũ ſuorum dignitatem emulari: et ad paterna
ti mo- rum laudũ aſpirare felicitatẽ. Sic philippi nomen Alexandrũ. Sic maioris Aphri-
res ne cani gloria minorẽ Scipionẽ. Sic Julij ceſaris fama Octauianũ excitauit. Sic deni
potib' qʒ Pirrhus achilleides erat animoſus imagine patris. Te quoqʒ digniſſime archi
pluri- preſul q̃q̃ deo naturaqʒ ducente: tuiſqʒ adnitentibus ſtudijs virtutem amas nõ pa
mũ cõ rum tamen anteceſſorum tuorũ iuuare poſſunt imagines. quorum mores equare vt ar
ducũt. duum et difficile. ſic certe et pulchrũ eſt et laudabile. Quid enim ambaſiana domo
Do dignũ modo in lucẽ afferre potero. Longe profecto melius eſſet tãtũ pelagus ingre
mus di minime. q̃ tam exili cimba tranare velle. Verum ne dictã domum ſilẽtio funditus
amba preterire videar. minimã ſaltẽ ampliſſimaruʒ laudum partẽ deducam. Si immenſam
ſiane huiuſce domus generoſitatẽ querimus. ad priſcorũ francorũ regũ nobilitateʒ proxi-
laus. me accedere facile inueniemus. Si vetuſtatem. hec vna priſcarum memoriã ſuperat
et inſignia preclarorũ virorũ geſta. et excelſas prelationes. Quodnam aliud hoĩm
genus hoc vno preſtãtius reperiemus. Et vt alijs tacitis eos dũtaxat qui noſtra ſu
perſtites ſunt etate memoremus. occurrit imprimis dñs. N. conſilio maturus
prudentiaqʒ preſtans. quẽ magnum magiſtrum rhodieñ. haud quidem ab re vocant
propugnator acerrimus atqʒ orthodoxe fidei turris fortitudinis a facie inimici inte
merate chriſtianitatis. quẽ imitatur preſulum ſummo proſequenda honore comitiua
videlicet dñs. N. epiſcopus albieñ. dñs Johannes preſul et dux lingonieñ.
par francie. dominus. N. antiſtes pictauieñ. ⁊ dñs. N epus claromonteñ.
atqʒ abbas cluniaceñ. digniſſimus. Quorum innumeras ⁊ corpor̃ ⁊ animorũ dotes
ſi enarrare coner. vt verbis vtar virgilianis. Ante diẽ clauſo cõponet veſper olimpo
Sed tamen tu archipreſulum excellentiſſime inter tot tantoſqʒ longe excedis. ita
vt de te illud eiuſdem poete vere dici poſſit. Lenta ſalix quãtum pallenti cedit oliue.
Puniceis humilis quantũ ſaliunca roſetis. Judicio noſtro tãtum reliqui tibi cedũt
Vir- Tu namqʒ. etſi perſe admodum inſignes euaſere. non parũ ornamenti illis cõfers.
gilius ita vt de te illud eiuſdem verificetur. Vitis vt arboribus decori eſt. vt vitibus vue.
i buc. Vt gregibus tauri: ſegetes vt pinguib' aruis. Tu decus omne tuis. Cuius, et nos
eglo. participes reddas obnoxius poplite recuruo comprecamur: quod demũ nos aſſecu-
quita. tos ingenue fatebimur. cum opuſculum noſtrũ. haud minima lucubratum diligẽtia.
Vir- tibiqʒ litteratorum vnico preſidio dicatũ. quod de gallorum aduerſus exteras na-
in bu. tiones victorijs in fronte titulum gerit: hilari fronte poſito ſupercilio te aſpexiſſe co
gnouerimus. Te eñ fauẽte ſecurius in publicũ prodibit. nec inuidorum expaueſcet
latratus. Vale totius regni ſubſidium. et nos inter tibi dedititios admittere digne
ris. Ex lugduno anno dñi. M. CCCCC. vij. xv. kalẽdas Julij.

M.E.C.D. 2016

¶ De gallie diuiſione. Item de galloꝝ origine. Eorūdemqꝫ in alias nationes: ⁊ precipue rhomanos virtutibus.

¶ Tractatus primus.

A Galli[e] diuiſi[o]

GAllia omnis (teſte ceſare) diuiſa eſt in ꝑtes tris. quarum vnaꝫ incolunt belge: aliam aquitani. Tertiaꝫ qui ipſorum lingua celte: noſtra galli appellant. Lugdunēſem ꝓuinciam nō memorat Ceſar. Gallia tamē oīs comata (teſte Plinio) vno nomine appellata: in tria populoꝝ genera diuiditur. In belgicam. Lugdunenſem ſiue celticam ⁊ Aquitaniam. Ptolomeus addit Narbonenſem ad mare mediterraneuꝫ. Belgica a Scalda amne ad Sequanam. Ab eo fluuio ad Garunnam amnē lugdunēſis. Inde ad pyrenei mōtis excurſum Aquitania. Terra eſt frumenti precipue ⁊ pabuli ferax: hinc temperato calore inde felicibus ⁊ tēpeſtiuis imbribus in oīa frugum genera fecunda eſt: adeo vt non ipſis tm̄ incolis: verū etiam hiſpanie: italie et preſertim genuēſibus cunctaruꝫ reꝝ abundantiam ſufficiat. Hinc em̄ nō frumenti tantum copia magna eſt: verumetiam vini olei melliſqꝫ. Noxio genere aīalium minime frequēs. Fluminib⁹ ⁊ fontibus irrigua. Duob⁹ magnis fluuijs Rheno ⁊ Rhodano inſignis. Omnia ad vſum animantiū feru beatiſſima. Vno tm̄ pyrenei mōtis dorſo adheret hiſpanie. Hanc ab oriente alpiū iuga tuent: ab occaſu ocean⁹ includit: a ſeptētrione rheni fluēta atqꝫ germania. Ciſalpina: q̄ citra alpes. Tranſalpina ideſt trans alpes: contra ſeptētrionem: partes gallie ſunt vt diximus. Partiales ꝓuincias gallie ſi diſtinguere voluerimus: occurrunt francia: Normandia: Britannia minor: Turonia: Picardia: Flandria Holandia: Zelandia: Burgūdia: Lotheringia: Lucēburgia: Heluetia ſiue Alſatia: ꝓuincia: Delphinatus. Gens eſt chriſtianiſſima ⁊ religioſa. Corpora hoīum ad inediā laboremqꝫ: animi ad mortē parati. Bellum q̄ ocium malunt. Militares homines: ⁊ arma ſanguine ipſoꝝ chariora. Habuerunt ſemper magiſtros ſapiētie: qui terre mūdiqꝫ magnitudinē ⁊ formā motus celi ⁊ ſyderū: ac q̄d dij velint: ſcire ꝓfitent. Sed quid in tanta ſeculorum ſerie galli valuerint: qui ⁊ rhomanos varia ſepenumero victoria fatigarint. Audi

B Gallie fertilitas.

C Gallie regiones:

D Gallorum ſapiētes

Trogum Pompeium apud Iuſtinum lib. xx. epitomatū ita loquentē. Dionyſiū gerentem bellum legati galloꝝ: qui ante mēſes rhomā incendūt: ſocietatē amicitiāqꝫ petētes adeūt. Gentēqꝫ ſuam inter hoſtes eius poſitā eſſe: magnoqꝫ vſui ei futurū vel in acie bellanti: vel de tergo intētis in ꝑlium hoſtibus affirmant. Grata legatio Dionyſio fuit. Ita pacta ſocietate ⁊ auxilij galloꝝ auctus: bellum velut ex integro inſtaurat. His aūt gallis cā in italiā veniendi: ſedeſqꝫ nouas querendi inteſtina diſcordia: ⁊ aſſidue domi diſſenſiones fuere. Quaꝝ tedio cū ī italiā veniſſēt ſedib⁹ thuſcos expulerūt: ⁊ Mediolanū: Comum: Brixiam: Veronā: Bergamū: Tridentum: Vicentiaꝫ cōdiderunt. Hec Iuſtinus. Et vt Antias hiſtoricus ſcribit anno ab vrbe cōdita. D. c. xlij. Caius Manlius: ⁊ Quintus cepio ꝓconſules aduerſus Cymbros ⁊ Teutones: Tigurinos ⁊ ambronas galloꝝ gentes: que tunc vt imperiū rhomanū extinguerent cōſpirauerāt: miſſi ꝓuincias ſibi rhodano flumine medio diuiſerunt. Ibi dum inter ſe grauiſſima inuidia ⁊ contētione diſceptant cum magno ꝑiculo rhomani noīs itali victi ſunt. Siquidē in ea pugna Marcus Aemilius cōſularis captus atqꝫ interfectus eſt. Duo filij conſulis ceſi. lxxx. M. rhomanoruꝫ ſocioꝝūqꝫ ea tēpeſtate trucidata. lx. M. calonū atqꝫ lixarum interfecta. Ita ⁊ ex oī penitus exercitu. x. tantūmodo hoīes: qui miſerum nunciū ad augendas miſerias reportarent: ſupfuiſſe referunt. Galli binis caſtris atqꝫ ingenti preda potiti: noua quadā execratione cuncta ceperant: peſſundederunt: veſtis diſciſſa ⁊ proiecta eſt: aurū argentūqꝫ in flumen abiectum eſt. lorice viroꝝ conciſe: phalere quoqꝫ equorum diſperdite: equi ipſi gurgitibus immerſi: hoīes laqueis collo inditis ex arborib⁹ ſuſpēſi ſunt: ita vt nihil prede victor: nihil miſericordie victus agnoſceret. Maxim⁹ tunc rhome nō ſolum luctus: verūetiam met⁹ fuit. Hec Antias. Et circa annū ab vrbe condita cccc. lxxxiij. Galli ciſalpini noui extitere rhomanorum hoſtes: aduerſum quos varia forte bellatū eſt. Nam in primo conflictu Valerio conſule. iij. M. D. cecidere rhomanoruꝫ. Et vt fabius hiſtoricus atteſtatur Anno ab vrbe condita. D. c. xlv. Lucio Aemilio: Catulo Gaio: Attilio Regulo conſulibus magna formidine conſternatus ſenatus defectione ciſalpine gallie: cum etiā ex vlteriore gallia ingens aduentare exercitus nunciaretur: maxime geſſatoruꝫ: quod nomen nō gentis: ſed mercennariorum gallorum eſt. Ita-

Cauſa cur galli nouas ſedes q̄ſierūt

E

Gallorum cōtra italos victoria.

F

M.E.C.D. 2016

ꝙ permoti conſules totius italie ad preſidi-
um imperij contraxere vires. Quo facto in
vtriuſꝫ conſulis exercitu. D.ccc. M. arma-
torum fuiſſe referunt. Ex quibus rhomanoꝝ
⁊ campanorū fuerunt peditū. ccc.lxviij. M.
Equituz vero. xxvj. M. d.c. cetera multitu-
do fuit. Cōmiſſo prelio apud Aretiū Attili-
us conſul occiſus eſt. lxxx. M. rhomanorum
nec ſaltem tanta: quanta eos terrere debuit
ceſa ſui parte fugerunt. Nam. iij M. eorūz
tunc interfecta hiſtorici tradūt: qđ ideo igno
minioſius turpiuſꝫ eſt: tam paucis amiſſis
G
Prodigia viſa.
tanta agmina diffugiſſe. Sequenti anno di-
ra miſeram vrbez terruere ꝓdigia. Miſeraz
vtiqꝫ que hinc fremitu hoſtiū: inde nequitia
demonuz terrebatur. Nāꝫ in piceno flumi-
ne ſanguis effluxit: ⁊ apud tuſcos celum ar-
dere viſum eſt: ⁊ Arimini nocte multa lucez
claram effulſiſſe: ac tres lunas diſtātibus ce-
li regionibus exortas apparuiſſe. Tunc quo-
qꝫ magno terremotu Achaia ⁊ rhodus inſu-
le adeo cōcuſſe ſunt: vt labentibus vulgo te
ctis ingens ille quoqꝫ coloſſus rueret. Gal-
H
Gallorum in italiam acceſſus.
lorum in italiā acceſſus memorat Trogꝰ Pō
peiꝰ apud Juſtinū li. epitomatū. xxiiij. cū ait
Galli abundanti multitudine: cuz eos nō ca-
perent terre: que genuerāt trecēta milia ho
minum ad ſedes nouas querēdas velut pe-
grinatum miſerūt. Ex his portio in italia cō
ſedit: que ⁊ vrbem rhomaz captam incendit
Et portio illiricos ſinus ducibus auibꝰ (naz
augurādi ſtudio galli preter ceteros callēt )
ꝑ ſtrages barbarorum penetrauit: et in pāno
nia conſedit. Gens aſpera: audax bellicoſa q̄
ꝑma poſt Herculē: cui ea res virtutis admi
rationē ⁊ immortalitatis fidē dedit: alpium
inuicta iuga ⁊ frigore intractabilia loca tran
ſcendit. Ibi domitis pānonijs ꝑ multos an-
nos cum finitimis varia bella geſſerūt. Hor-
Gallici nois terror.
tante deinde ſucceſſu diuiſis agminibus alij
greciam: alij macedoniā omnia ferro ꝓſter-
nentes petiuere. Tantuſꝫ terror gallici no-
minis erat: vt etiam reges nō laceſſiti vltro
I
pacem ingenti pecunia mercarent. Solꝰ rex
macedonie Ptolomeus aduentum galloruz
intrepidus audiuit. Iſꝫ cū paucis ⁊ incōpo-
ſitis quaſi bella nō difficilius q̄ꝫ patrarentur
parricidiorum furijs agitatus occurrit. Dar-
danorum quoqꝫ legationē viginti milia ar-
matorum in auxiliū offerentem ſpreuit: addi
ta inſuꝑ contumelia. Actū de macedonia di
cens: ſi cum totum orientē ſoli domuerint
nunc in vindictam finium dardanis egeant
milites ſe habere filios eorum: qui ſub Ale-
xandro regē ſtipendia toto orbe terrarum vi
ctores fecerint. Que vbi Dardano regi nun
ciata ſunt inclytum illud macedonie regnum
breui immaturi iuuenis temeritate caſurum
dixit. Igitur galli duce Belgio ad tentādos
macedonum animos legatos ad Ptolomeuz
mittunt: offerentes pacem ſi emere velit.
Sed Ptolomeus inter ſuos belli metu pa-
cem gallos petere gloriatus eſt. Nec minus
ferociter ſe legatis q̄ꝫ inter amicos iactauit:
aliter ſe pacē daturum negādo: niſi ꝑncipes
ſuos obſides dederint: et arma tradiderint.
Non enī fidem ſe niſi inermibus habiturum
Renunciata legatione riſere galli vndiqꝫ ac
clamantes breui ſenſurum ſibi an illi conſu-
lentes pacez obtulerint. Interiectis diebus
ꝑlium conſeritur. Victi macedones cedunt.
Macedones victi.
Ptolomeus multis vulneribꝰ ſaucius capi-
tur. caput eius amputatur: ⁊ lācea fixa tota
acie ad terrorez hoſtiū circunfertur. Paucos
ex macedonibus fuga ſeruauit: ceteri aut ca-
pti aut occiſi. Hec cū nunciata ꝑ omnem ma
cedoniam eſſent: porte vrbium clauduntur
luctu oīa replentur: nunc orbitatē annoruz
filiorum dolebant: nunc excidia vrbiū metue
bant: nunc Alexandri Philippiqꝫ reguz ſuo-
rum nomina ſecuti numina in auxiliuz voca
bant: ſub illis ſe non tutos: verūetiam victo
res orbis extitiſſe: vt tuerentur patriam ſuā
quā gloria rerum geſtarum celo, primam red
didiſſent: vt opem afflictis ferrent: quos fu-
ror ⁊ temeritas Ptolomei regis perdiderat
orabant. Deſperantibus omnibus nō votis
agendum Soſthenes vnus de macedonum
principibus ratus: cōtracta iuuentute ⁊ gal-
los exultantes victoria compeſcuit: et mace
doniam ab hoſtili depopulatione defendit.
Ob que virtutis beneficia multis nobilibus
regnum macedonie affectantibus ignobilis
ipſe preponitur. Et cū rex ab exercitu appel-
latus eſſet: ipſe nō in regis: ſed in ducis no-
men iurare milites coegit. Interea Brēnus
quo duce, portio gallorum in greciam ſe effu-
derat: audita ſuorum qui belgio duce mace-
dones vicerant: indignatus parta victoria
K
tam opimam predā et orientis ſpolijs onuſtā
tam facile relictam eſſe: ipſe adunatis. cl. mi
libus peditum. ⁊. xv. milibus equitum in ma
cedoniam irrumpit. Cum agros villaſꝫ po-
pularentur: occurrit ei cuz inſtructo exercitu
macedonum Soſthenes. Sed pauci a pluri
bus: trepidi a valentibus facile vincuntur.
Itaqꝫ cum victi ſe macedones: intra muros
vrbium cōdidiſſent: victor brennus nemine
ꝓhibente totius macedonie agros adpredat
Et vt idem Juſtinus lib. xxv. affirmat. B .i

M.E.C.D. 2016

*In gal lis con fidunt reges.*

Iorum ea tempeſtate tante fecunditatis iu-
uentus fuit: vt Aſiam omnē velut examine
aliquo implerent. Denicꝫ necꝫ reges orietis
ſine mercēnario gallorum exercitu vlla bel-
la geſſerint. Necꝫ pulſi regno ad alios ꝙ ad
gallos cōfugerint. Tantus terror gallici no
minis ſiue armorꝫ iuncta felicitas erat: vt ali
ter necꝫ maieſtatē ſuam tutam: necꝫ amiſſaꝫ
recuperare ſe poſſe ſine gallica virtute arbi-
trarent. Itacꝫ in auxiliū a bithynie rege vo
cati: regnū cū eo pta victoria diuiſerūt: eacꝫ
regionē gallogreciā cognoīauerūt. Idē Iu
ſtinus lib. xxxviij. de gallis ⁊ eorꝫ virtutib⁹ ꝯ
rhomanos ait. Audiere pplos traſalpine gal
lie italiā īgreſſos maximis eā pluribuſcꝫ vr
bibus poſſidere: ⁊ lati⁹ aliquāto ſolū finiū ꝙ
in aſia: que dicaf in bellis eoſdē gallos occu
paſſe. Nec victam ſolū dici Rhomā a gallis
ſed etiā captam. ita vt vnius illis mōtis tan
tum cacumen relinqueretur: nec bello hoſtē:
ſed precio remotū. Gallorꝫ autē nomen: qd
ſemper rhomanos terruit: in partem virium
ſuarum ipſe habeat. Nam hos qui aſiam inco
lunt gallos: ab illis qui Italiaꝫ occupauerāt
ſedibus tm̄ diſtare: originem qdem ac virtu
tem generiſcꝫ pene ideꝫ habere. De religione
et cultu deorū prout tēpus patiebatur: audi
eundem iuſtinū lib. xliij. de Maſſilia loquen
tem que cōdita eſt prope oſtia Rhodani am
nis in remoto ſinu velut ī angulo maris. Dū

*Gallorum nomen ſemper romanos terruit*

Z

Maſſilia fama rerū geſtarū. et abundantia
opum: et virū gloria virente floreret: repēte
finitimi populi ad nomen Maſſilienſiū delen
dum veluti ad cōmune extinguendū incēdiū
cōcurrunt. Dux cōſenſu omniū Caramādus
regulus eligitur. qui cum magno exercitu le
ctiſſimorū virorū vrbem hoſtiū obſideret: p
quietem ſpecie torue mulieris: que ſe deā di
cebat: exterritus vltro pacem cū Maſſilien-
ſibus fecit. Petiitcꝫ vt intrare vrbeꝫ: ⁊ deos
eorū adorare liceret. Cum in arcem minerue
veniſſet: cōſpecto in porticibus ſimulacro dee:
quā per quietem viderat repēte exclamat il
lam eſſe: que ſe nocte exterruiſſet. illamcꝫ re
cedere ab obſidiōe iuſſiſſe. Gratulatuſcꝫ maſ
ſilienſibus ꝙ animaduerteret eos ad curam
deorū immortaliū pertinere: torque aurea do
nata dea in perpetuū amicitiaꝫ cū maſſilien
ſibus iunxit. Parta pace et ſecuritate funda
ta: reuertentes a delphis maſſilienſiū legati
quo miſſi munera apollini tulerāt: audierāt
vrbem rhomanam a gallis finitimis captam
incenſamcꝫ. Quā rem nunciatam domi pu
blico funere maſſilienſes proſecuti ſunt: au
rumcꝫ et argentū publicū et priuatū contule

*Maſſilienſiū p̄clarū factum*

runt ad explendū pondus gallis: a quibus re
demptā pacem cognouerāt. Ob quod meritū
et immunitas illis decreta: et locus ſpecta-
culorum in ſenatu datus: et fedus equo iure
percuſſuꝫ. De fuerūt italorū ſtrages a gallis
habite. Sed quid ab alijs etiā paſſi fuerint
paucis expediaꝫ. Memorie proditū eſt Han
nibali cū flagranti odio feſtinaret ad italos:
appuiſſe in ſōnis horrende magnitudīs ſer-
pentē: q a tergo ſequēs exercitū nemora ⁊ ſal
tus ingēti fragore pſterneret. Quid aliō erat
ſerpēs ille terribilis ꝙ hannibal ipſe: cui⁹ mi
niſterio volebat deus totius italie punire fla
gitia. Attilam hunnorꝫ regē ferociſſimū: cuꝫ
tot tātiſcꝫ cladibus deuaſtaret italiā: dixiſſe
libera voce ſe eſſe flagellū dei in chriſtianorꝫ
annalibus legim⁹. Iteꝫ zenone rhomano pn
cipe imperāte Gothos Theodorico duce ita
liam inuaſiſſe iāpridem afflictā varijs barba
rorum incurſionibus: ⁊ tūc Odoacri tyranni
de occupatā: canūt hiſtorie. Nōne Federic⁹
dictus barbarouſſa Mediolanū ciuitatē flo-
rentiſſimā inuitis italis euertit: ⁊ Alexandrū
papā tertiū apud venetias pſecut⁹ eſt. Quid
de imperatoribus rhomanis dicendū eſt. Non
ne Julius ceſar p violentiā ⁊ tyrannidē con
tra reipu. ſtatū imperiū vſurpauit. Nam cuꝫ
ex gallia rediēs in italiā veniſſet: decerni ſibi
abſenti alteꝝ conſulatū popoſcit. Cui cōtra
dictū eſt a Marcello cōſule: adnitēte Pom
peio. Deinde a ſenatu decretū eſt. vt in vrbē
Ceſar nō niſi dimiſſo exercitu veniret. Pō
peius atcꝫ oīs ſenat⁹ creſcētibus Ceſaris vi
ribus trepidi: tancꝫ italia pulſi in greciā trāſ
uecti Durachiū gerēdi belli ſedē delegerunt
Ceſar rhomaꝫ venit: negatacꝫ ſibi ab erario
publico pecuniā effractis forib⁹ inuaſit: pro-
tulitcꝫ et eo auri pondera. iiij. M. c. xxxv. ar
genti pōdera. ppe. d. cccc. M. Inde digreſſus
ad alpes trāſuect⁹ maſſiliā venit: deinde ad
hiſpanias ptendit: q inde reuerſus in pugna
pharſalica Pōpeiū cū ſuis deuicit: fugauitcꝫ
Poſtea ꝓo rhomā redijt: vbi dū reipu. ſtatū
ꝯ maiorū exempla atcꝫ ordinatiōes diſpone
ret: auctorib⁹ Bruto ⁊ Caſſio: cōſcio etiā ſe
natu plurimo: q manu violēta impiuꝫ vſur
pauerat: manib⁹ violētis in curia. xxiij. vul-
neribus cōfoſſus interijt. In qua quidē cōiu
ratione fuiſſe ampli⁹ ꝙ. lx. huius facti pſcios
ferūt. Duo bruti ⁊ gaius caſſius alijcꝫ cōplu
res ex cōplicib⁹ ſtrictis pugionib⁹ in capito-
lium ſeceſſerūt. Ceſare extincto q̄ta ex eius
cinerib⁹ armata exorta ſint agmina: q̄ta bella
ut miſere fecūditatis teſtimoniū nō legenda
pueris: ſꝫ ſpectāda pplis excitarat: qs verbis

*M Hanni bal in italiaꝫ venit.*

*Atti la hū norꝫ rex.*

N

*Ceſar italiaꝫ petit.*

*Ceſar occiditur.*

M.E.C.D. 2016

explicare ſufficiat. Et horuʒ oīm malorū ini-
tium ambitio atq͂ ſuperbia fuere. Non ergo
iniuſta ſiue punitio ſiue etiā cedes eorū cen
ſenda videtur: qui contra reipu. libertatē ad
principatus apicem per fas et nefas aſpi-
rantes: tyrānice ſeſe habent: et in ſubditos
inſtar luporū rapaciū in oues ſeuiunt. Nec
etiā ſi nōnunq͂ ſcelus ipſum cum auctore pu
niatur: vt malū e medio auferatur: mirum ꝛ
incōgruū cuiq͂ videri debet. Quod nōmodo
in iulio ceſare primo rhomanoꝝ (de quo pau
lo ante) imperatore: verūetiā in cōpluribus
eius ſucceſſoribus et ſui ſimilibus proculdu
bio verificatum minime ignoramus. Quēad
modum eñ peccatū protoplaſte in oēs poſte
ros pertranſijt. Ita et Ceſaris primi impe-
ratoris ambitio oēs (chriſtianis exceptis)
rhomanos principes labefacit. et obinde cu-
ius in cōſuetudine vite fuere imitatores: ꝛ in
mortis genere extitere comites. Nā vt a pri
mo fiat narrandi exordiuʒ. Iulius ceſar (de
quo ſuperius) omitto quot curis: quot labori
bus. quot periculis ꝛ diſpendijs peruenit ad
regnū. id eñ impoſſibile relatu eſt. necdum
plenis velis in imperio nauigabat: ꝛ ecce cō
iurationis tēpeſtas exoritur qua ſic oppreſſus
eſt: vt tribus et viginti plagis acceptis obie
rit. C. Caligula poſtq͂ triennio ꝛ decē menſi
bus imperitauit trucidatur a ſuis. Claudius
anno imperij. xiiij. venenat᷑. Nero iuuenis
adhuc: ꝛ in etatis flore ꝯſtitutus: qui ardēte
Rhoma Troie aloſim decātarat: ſeipm ſuo
pugione cōfodit. Galba ſenex imperij menſe
ſeptimo in vrbe ad lacū curtij trucidatur: et
eius caput qđ toti orbi legē dixerat: a grega
rio milite amputatū. ad calones ꝛ lixas eſt ꝓ
iectuʒ. Otho nonageſimoquinto imperij die
ſeipm pugione ꝯfodit. Vitellius cū ſumma
ignominia ex edibus tractus luto ꝛ ſtercore
ꝯſperſus: mucrone gladij mēto ſuppoſito ne
pre pudore faciē inclinaret: ad ſcalas gemo-
nias ductus minutatiʒ excarnificatur. Domi
tian⁹ ex optimo pr̄e peſſimus fili⁹ chriſtiano
rum perſecutor ſeuiſſimus. anno imperij ſui
decimoquinto necatur a ſuis tāto infelicior:
quāto eius potētia diuturnior. ꝓlongatio eñ
tam ſeue tyrānidis qđ fuit aliud q͂ coacerua
tio diuine indignationis. Antonius cōmodus
oībus (vt aiūt) īcōmodus duodecimo impe
rij anno ſtrāgulat᷑. Helius q͂ illiberalis eſſet
et ſordidus imperij mēſe ſexto palam occidit᷑.
Antonius Caracalla ſeptimo imperij ſui an
no dū leuāde veſice gratia deſcēdiſſʒ ex equo
a parthis opprimitur. Heliogabalus homo
flagitioſiſſim⁹ quarto imperij anno tumultu

Impatores romāi male mortui

militum enecat᷑. Decius chriſtianorum inimi
cus imperij anno ſcđo a barbaris eſt occiſus
cadauere eius nuſq͂ reperto. Valerian⁹ qui
cū Galieno regnauit capt⁹ a Pacaro partho
rum rege nō occiſus ſtatim: ſed ad diuturnā
mortē reſeruatus. erat eñ ei equū aſcendēti
ſcabellū pedum: qđ aliter dicit᷑ ſuppedaneuʒ
Sed quid pergo tyrannoꝝ cedes recenſere
verſu illo ſatyrico concludendū. Ad generū
Cereris ſine cede ꝛ ſanguine pauci deſcen-
dunt reges: ꝛ ſicca morte tyranni. Hic citari
poſſet Antimachus poeta grecus: qui cū do
lorem ſuū quem e morte chariſſime cōiugis
Lyſidices cōceperat: emollire vellet: elegiaʒ
ſcripſit in qua calamitates oēs heroū altius
repetens numerauit. Sed ad preſens iſta đ
tyrannoꝝ principio atq͂ fine ſufficiāt. Et vt P
ad Ceſarem a quo aliquātuluʒ digreſſi ſum⁹
reuertamur operepciū videt᷑. Fuit hic inre
militari oīm italoꝝ p̄ſtantiſſim⁹: cui tametſi
ex ſuis null⁹ aut p̄deceſſoꝝ: aut ſucceſſoꝝ ve
niat ꝯferēdus: attamē ex gallis cōplures nō
modo pares illi in re militari aut armoꝝ vir
tute: verum ſuperiores (etſi aliquādo diſpa-
ri fortuna) eo euaſere: vt de Belgio ꝛ Bren
nio gallorum ducibus (de quibus paulo ſupi
us mentio habita eſt) oībus ferme conſtat: q̄
etiam eundē p̄ceſſerunt. Silentio pretereo
troianos: a quibus ꝛ ipſi franci originem tra
xerunt. Nam a francio ſiue francone hecto-
ris filio francia regio: ꝛ franci huius incole
denominati ſunt. Ex poſterioribus fuit Ka-
rolus magnus Pipini regis francoꝝ filius:
quē noſtri in rebus bellicis ipſi Ceſari nō ab
re preferūt. Hic victo Deſiderio lombardoꝝ
rege in italia apud Papiā veniens rhomam
electus eſt imparor a ſenatu ꝛ pplo rhomano
ꝛ cōfirmatus a ſummo pōtifice: qui adiutor
erat eccleſie: ꝛ q: femina praua Hirena īpe-
perabat in oriente. Hic fuit optim⁹ princeps
chriſtianorum: qui terram ſanctā occupatam
a ſaracenis recupauit in oriēte ꝛ in occidēte
totā hiſpaniā liberauit de manib⁹ eoꝝ. maxi-
mus pugil: fidei xp̄iane ꝛ ec. ro. ꝓtector. Vi
xit ānis. lxxj. ꝛ mortu⁹ eſt: nō vt Ceſar p vio
lentiā: ſʒ feliciter apđ ſuos: cū regnaſſet ſup
gallos an. xlvij. ꝛ ipaſſet poſt belloꝝ ſuoꝝ fi
neʒ: nō trib⁹ annis dūtaxat et mēſib⁹. vij. vt
ceſar: ſʒ annis. ix. cū magno oīm ſuoꝝ placitu
Multi ex gallis poſt karo. in impio claruerūt
cuiuſmōi fuerūt Ludouic⁹ pius karoli magni
filius. Lothari⁹ ludouici pij fili⁹. Ludo. ij. lo
tharij fili⁹. Karol⁹. ij. dict⁹ calu⁹ f. li⁹ ludouici
pij ꝛ patru⁹ ludouici. ij. ꝛ frater Lotharij. ka
rol⁹ mior nepos karoli calui. Arnulph⁹ q̄ ex

Karolus magnus īpator eligit᷑.

Q Impatores ex gallorū regibus.

M.E.C.D. 2016

carolorū fuit progenie: qui normannos mi-
rabili cede deleuit: ⁊ Rhomam cepit. Ludo-
uicus tertius arnulphi filius. Iſti fuerūt gal
lorū reges: qui nō per tyrannidem: ſed ꝑ elec
tionem rite celebratā Rhomanū feliciter ob
tinuerunt imperiū. Quid amplius de gallis
dicendū venit? Profecto nihil: niſi q̄ vnus ⁊
Eccl'i. verus eſt deus regnū a gente in gentem trāſ
x. cap. ferens ꝓpter iniuſticias ⁊ iniurias ⁊ contu-
melias ac diuerſos dolos ⁊ diſponēs tempo-
ra: peccata quoqꝫ puniēs. Que enim infirma
ſunt mundi quādoqꝫ eligit: vt cōfundat ſup-
Virgl. ba. Nam poſtq̄ res aſie iliōqꝫ ſuperbū ceci
dit: troianis per vniuerſum pene orbē profu
gis: ab eiſdē tandem exordiū francorū ſum-
pſit regnū: quod per duces alioſqꝫ officiales
diutius moderatū in ſublimeqꝫ prouectū pau
latim normandie: picardie: aquitanie atqꝫ lu
gduni: ceteriſqꝫ circūadiacentibus regionibꝰ
ampliatum fuit. Tandem regē fortiſſimū to
tam galliam ⁊ ciſalpinā ⁊ nō minimā tranſal
pine partem occupantē ⁊ cunctas regiones a
mari vſqꝫ ad mare in ditione ſua poſitas: in
manu forti et brachio extento: ⁊ ꝓuida ordi-
natioue: maturoqꝫ ſemꝑ ꝯſilio eaſdē regētē
huic regno diuina impꝛtiri dignata ē clemētia
Huic generi hoīm qđ reliq̄ ferme oēs natōes
admirent̄ ⁊ amore timoreqꝫ ꝑmixtis nō īmeri
to honorarēt: deꝰ verꝰ q̄ ſupſtitōe ſollicita ab
ignorātibꝰ colebat̄ ſue ītelligētie fontē ada
ꝑuit. Prōptiuſqꝫ ꝑ hoīez recturꝰ hoīeſ gallorū
regē vtutes nō modicas: ac ſēꝑ in exteras na
tiōes mirabilia opantē: vt eccleſiā ſuā nō ha
bentē rugā aut maculā ab infidelibus: q̄ hera
cliti. imꝑatoris negligentia per orbē increue
rant: atqꝫ in chriſtianos inualuerāt: defenſa-
ret: ⁊ vt inter gallos fideliū tuta eſſet liber-
tas: in ſubſidiū excitare voluit. Propt̄ qđ: et
cū etiā ſepenūero ſummos pōtifices Rhoma
pulſos in ſuū locū reſtituerit: tum q: francorū
gens plus ceteris diuine dedita viſa eſt reli-
gioni: hinc francorū reges iuſto titulo chriſtia
Reges niſſimi dicti ſunt. Ex gallorū regibus a Clo-
franco douei tꝑe: qui primus inter eos chriſti fidē
rū nun recepit. aut infidelē effectū: aut de fide male
q̄ꝫ fidē ſentientē: legimꝰ neminē. Ex rhomanis aūt
ſuſce- imꝑatoribus ⁊ poſtq̄ veritatis viā agnoue-
ptā ꝯſe runt: cōplures retrorſum ea deſerta abierūt:
ruerūt ac de chriſto male ſenſerūt. Imprimis Con-
R ſtās Cōſtātini magni filiꝰ arrianus nōne ꝑſe
Impa cutus ē chriſtianos? Itē cōſtātius eiꝰ frater ſi
tores q̄ milis fratri arrianus fuit. Iulianꝰ apoſtata
fidē re- ꝑfidus ꝯtra fidē: vnde apoſtata vocitatus ē
liq̄runt qui poſt Cōſtantinū a chriſtiana fide receſſit
⁊ odio ſummoꝑe habuit chriſtianos: quibus

officia ⁊ ſcientiarū ſtudia interdixit. Valens
imperator in oriente tanq̄ arrianus ꝑfectus
chriſtifideles ꝑſecutus eſt. vnde precepit vt
monachi ſub tēporali dn̄o militarēt. Anaſta
ſius imꝑator nōne factus eſt hereticꝰ ꝑtinax
Iuſtinus minor nepos iuſtiani homo fuit a-
uarus: rapax ⁊ impius ⁊ hereticus. Leo ter-
tius imꝑator rhomanus vir vtiqꝫ peſſimus
fuit: q̄ btē marie atqꝫ aliorū ſctōrū imagines ī
publico cōcremari fecit. Cōſtantinus quintꝰ
ꝑſecutor fuit eccl'ie q̄ multos catholicos ⁊ mo
nachos occidit: impie magicis vacās artibꝰ
Nōne oēs iſti imꝑatores iniq̄: ꝑtinaces. infi
deles: heretici ⁊ de xp̄o male ſentientes fue
re: ita vt horū euo iuſto dei iudicio impiū vix
etiā noīe vigeret. Nā illud in oriēte barbari
ꝯtinue occupabāt: et rhomani ab armorū vſu
bellandiqꝫ ꝯſuetudine abalienati inermes:
iertes puſillanimeſqꝫ effecti: atqꝫ ignauie de
diti ad gallos tanq̄ ſtrenuos ⁊ bellicoſos mi
lites: q̄ ſemꝑ rhomane eccleſie promptiſſimi
⁊ adiutores ⁊ ꝓtectores fuere q̄ nec mortē
oppetere id neceſſitate exigente: q̄n̄qꝫ dubi-
tarūt: reſpiciebant. Quāobrem Carolū mag
nū Pipini filiū imꝑatorē rhomanū elegerūt Frāco
Gallorū reges ferme oēs aut in armis forti- rum re
ter dimicātes: aut apud ſuos rebus bene ge gū ⁊ īp
ſtis regnoqꝫ pace acquiſita: feliciter diē clau- atorū ī
ſerūt extremū. At rhomanorū ꝑncipū nō mo teritus
dica pars (vt iam dictū eſt) aut ignominioſe
a ſuis: aut quouis alio infortunio periere. Et
omiſſis iam paulo ſuperius cōmemoratis: ne
ſuꝑuacanea fiat repetitio eorū quibꝰ ſol iuſti
cie radios ſuos non cōmunicauit: nōne et iſti
male mortui ſunt? Tiberius veneno perijt: q̄
ex māſueto principe in ſeuiſſimā ꝑmutatus
eſt beſtiā. Pertinax imperator in domo ſua a
militibꝰ occiſus fuit. Iulianus didianus in
palatio occiſus eſt. Baſſianus apud carras
occiſus eſt. Macrinus poſt Baſſianū a ſuis
occiſus fuit. Alexander varij heliogabali fi-
lius in gallia a militibus opera Maximiani
occiſus eſt. Maximianus apud aquilegiā cū
filio ſuo a militibus occiſus eſt. Gordianus
tertius interfectus fuit a militibus. Philip-
pus ⁊ ſuus filius eiuſdē nomīs ambo in tu-
multu militari fraude Decij interfecti ſunt:
pater Verone: ⁊ filius rhome. Quintilis fra
ter Claudij occiſus eſt. Florianus occiſus ē
inſidijs militū. Probus de pānonia occiſus ē
a militibus. Charus rhomanus cū exercitu
fulminatus eſt. Carinus occiſus eſt a Dio-
cletiano. ⁊ frater eius Numerianus. occiſus
eſt proditione Apri ſoceri ſui. Diocletianus
venenū bibit. Galerius poſtq̄ multis mole-

M.E.C.D. 2016

ſtijs affecerat chriſtianos diuturno morbo cō-
tabuit: et cū vermes ex eius corpore ſcaterēt
cruciatus impatiēs manu propria ſeſe inter-
fecit. Lucinius occiſus eſt a ſuis. Maxen-
tius in fluuium cum ſuorū magna parte ſub-
mergitur. Conſtans Cōſtantini magni filius
occiſus eſt. Julianus apoſtata tranſfixus te-
lo in deſerto parthie ab vno ignoto milite oc-
cubuit. Valens vulneratus ſagitta fugiēs in
vilem caſam: viuus crematus ē igne. Valēti-
nianus ſcōs ſtrāgulatus ē apud vienaʒ frau-
de Arbogaſti comitis ſui. Honorius occi-
ſus eſt rhome. Valētinianus tertius occiſus
eſt rhome ab vno ſuorū militū. Martianus
occiſus eſt cōiuratione ſuorū militū apud cō-
ſtantinopolim. Conſtantinus ſecundus occi-
ſus eſt a ſuis in balneo. Juſtianus ſecūdus
qui a leone relegatus fuerat: vbi recuperauit
imperiū leonem ipſum: et Tiberiū qui inua-
ſerat imperiū in publico iugulari fecit. Sed
ipſe ab vno ſuorū militū quē relegarat: vin-
citur et occiditur. Fuerunt ne iſti principes
gentium: qui dn̄abātur ſuper beſtias que fue- baruch tertio.
runt ſup terrā. Qui in auibus celi ludebant: T
qui argentū theſaurizabāt: et aurum in quo cō-
fidunt hoīes: et non fuit finis acquiſitionis
eorū. Qui argentum fabricabant: et ſolliciti
fuerunt: nec eſt inuentio operū illorū. Exter-
minati certe ſunt: et ad inferos deſcenderūt:
et alij loco eorum exurrexerunt. Fuerunt ne
igitur iſti veri imperatores? Reſpōdebit for- Juue-
taſſis quiſpiā. Minime: ſed tyranni. Et qm̄ nalis.
vt belue immaniſſime in ſubditos ſuos ſeui-
erunt: beluaruʒ inſtar laniati perierūt. Sed
de his alijſqʒ q̄ plurimis: quos breuitati ſtu-
dens ſilentio pretereo. quorumqʒ geſta ex ap-
probatiſſimorum hiſtoriographorum annali-
bus notiora ſunt q̄ lucus marti: aut cuiq̄ ſua
domus: pro epitomatis anguſtia ſat abunde
me dixiſſe arbitror.

¶ Primi tractatus finis.

M.E.C.D. 2016



¶ De karoli octaui: atqꝫ Ludouici duodecimi francorum regũ preclaris geſtis. Tractatus ſecundus.

SUpereſt igit̃ vt nos
quoqꝫ poſt alios: tam-
etſi balbutientes: ali-
quid ex egregijs et e-
terna memoria dignis
facinoribus: que et no
ſtro euo francorum re-
ges chriſtianiſſimi in
exteras nationes: vt
pote Italos et precipue neapolitanos et in
ſubres ſiue mediolanẽſes: fortiter dimicãdo
patrarunt in medium afferamus. Ubi itaqꝫ
fato conceſſerat francorũ regno omni ex pre
pacato Ludouicus rex vndecimus: conceſſit
eidem diuina ſapientia: per quam reges re-
prouerbiorum gnant: et legum conditores iuſta decernunt:
per quam et principes imperant: ⁊ potentes
viij. decernunt iuſticiam: eiuſdem ludouici filium
Luce. Carolum huius nominis octauum in regem
xix. Qui etſi membris teneris et imbecillibus:
atqꝫ ſtatura (quemadmodum zacheus ille de
quo in euangelio) erat: alioquin tamen ⁊ mi
tius ingenium et naturam benigniorem con
ſecutus fuit: vt de eo poeticum illud non im
merito verificari poſſit. Maior in exiguo re
gnabat corpore virtus. Nam inſurgentes
aduerſus regnum ſuum quoſcumqꝫ hoſtes in
regni circumferentijs poſitos animoſe debel
lauit: ⁊ ſepenumero abſqꝫ magno regni detri
mento perdomuit: vt regno pax vniuerſalis
reddita ſit. Cum igitur a bellis carolus quie
ſcere potuiſſet: cura illi inceſſit de ſicilie re
gno quod ad ſe patrimonij iure pertinere cõ
tendebat. Nec potuit a ſententia dimoueri.
Nec pariſiorum oratores eius rei cauſa ad
eum miſſos audiuit. Cõtractis propterea ter
ra mariqꝫ copijs hortante maxime Alexan-
dro ſexto rhomanorum pontifice: ⁊ ludouico
ſfortia: qui alphonſo neapolitano infenſi erãt
In italiam ducens lugduni primum aliquot
dies moratus eſt: non ſatis certus an ipſe al
pes tranſcenderet. Tandem ſuperatis alpi-
bus ſequitur exercitum: cuius bonam partẽ
premiſerat bene inſtructã. Qui per italiam
iter faciens: quibuſdam eius tranſitum impe
dire et potẽtie ſue magnitudini reſiſtere ad
nitentibus expugnatis ciuitatibus rhomam
venit. Cuius aduentũ propter eius magni
tudinem pontifex rhomanus timens: cuius
ingreſſum cum impedire minime valeret: in
caſtellũ ſancti angeli vt munitiſſimũ locum
ſe recepit. Rex vrbem ingreſſus: militem a
tumultu temperare iubet. Quoſdam qui re-
gis edicto non paruerunt vltimo ſupplicio
(tribus per vrbẽ erectis furcis) afficit. Dũ
paucos dies in vrbe rex agit: nec vllus audi-
tur militaris tumultus: ſecurior ſui alexãder
arce egreſſus regem ad colloquium admittit
Pluribus itaqꝫ verbis vltro citroqꝫ habitis:
multis etiam vtrinqꝫ adiectis et conditioni- Pape et
bus et articulis inter eos vera contracta eſt regis
amicitia. Horum igitur articulorum tenorẽ karoli
et exemplum: quoniam id ab alijs ſcriptoribꝰ collo-
omiſſum eſt: huic loco inſerere curaui. Cõuẽ quium
tio ergo inter papam ⁊ regẽ eſt huiuſcemodi B
Et primo remittuntur iniurie inter papam ⁊
regem francie. Et ediderunt nonnullos ar-
ticulos quorum ſummarij ſunt iſti. Impri-
mis papa remanebit bonus pater regis: et
rex bonus filius pape. Item papa conten-

M.E.C.D. 2016

tus eſt q̄ cardinalis valentineñ. vadat in ſo
cietate regis: et permaneat quattuor meſes
et vltra ad beneplacitum regis. Item papa
turchum conſignabit in manibus regis: ⁊ ſer
uabitur per regem in Terracina. Item rex
in reditu ſuo reſtituet turchū pontifici. Itez
rex pollicetur pontifici q̄ ſi turchus ei intu
lerit aliquod nocumentum iuuare ⁊ defende
re. Item promittit rex pontifici q̄ faciet da-
re conſenſum rhodianorum infra ſex menſes
Item rex pro reſtitutionis ſecuritate dabit
ſummo pōtifici obſides. Item pontifex ſem-
per recipiet tributum. xl. M. ducatorum con
ſuetum per magnum turchum mitti. Itē pa
pa dabit regi portum ⁊ rhocam ciuitatiſuetu
le. Item conſentit rex q̄ ad vrbem aduehan
tur victualia tam per Oſtiam q̄ Ciuitatem
uetulam dūmodo nō veniant ex parte inimi
corum. Item dabit papa regi francie cōmiſ-
ſarios vt eidem de viatico prouideant per
terras eccleſie. Itez omnia fortalicia ⁊ caſtra
et ciuitates eccleſie regi francie aperientur:
ſi contigerit ipſummet adire donec in tuto
fuerit. Item redeunte rege reſtituētur pape
omnia loca infra. xiiij. dies poſt eiuſdē regis
diſceſſum. Item redeundo reſtituet Oſtiam
in manibus ſancti petri ad vincula. Item ci
uitaſuetula et alia fortalicia remanebunt in
poteſtate regia ꝓ ſecuritate ſua. Item papa
ignoſcit omnibus qui ſeruierunt regi: vtpu
cta Aquapendes. Montiſflaſconeñ. Viter-
bieñ. ⁊ alijs. Item papa reſtituit ex nūc om-
nes cardinales ſuis libertatibꝰ ea lege et cō
ditione q̄ ipſi deinceps ſint fideles. Itez pa
pa ignoſcit et remittit Colonenſibus et de
Sabellis. Et rex itidem ignoſcit Urſinis ⁊
Iacobo de comitibus ea conditione q̄ reſti-
tuat pecunias ab eodem rege per eum rece-
ptas. Item rex conſtituet gubernatorem ad
ſui libitum in ciuitate Ceſanareñ. Item rex
conſtituet locūtenentem legati in marchia
anconitana ad ſui beneplacitum. Item ſimi-
liter in legatione patrimonij. Item rex con-
ſtituet in campania vnum cardinalem ſibi a
micum. Item rex capit dominum vrbiſprefe
ctum in ſui protectionem. Et ꝑmanebit idē
prefectus in priſtino ſtatu et dignitate. Itez
rex tranſfert et aſſumit in ſe diſſidium ⁊ om-
nem controuerſiam que inter ſummum pon
tificem vertitur ſuper depredatione. xl. M.
ducatorum et quorūdam aliorum bonorum
Item dominꝰ cardinalis ſancti petri ad vin
cula redintegratur in ſua legatione Auinio
neñ. Itē cardinalis Garceñ. recipiet emolu
menta ſui capelli tam in abſentia q̄ in pre-
ſentia: permanebitq̄ʒ in priſtina dignitate:
Item papa reſtituet cardinalem de ſabellis
in ſua legatione Spoleti. Item papa reſtitu
et Coloneñ. ⁊ Sabelleñ. cū alijs amicis ſuis
priſtinis ſtatibus. Item papa abſoluit cardi
nales ab obligatione per eos facta in concla
ui videlicet de nō recedendo abſq̄ʒ licentia ⁊
conſenſu. Et ſimiliter a iuramento ab eis p̄-
ſtito. Itē rex reſtituet ſummo pontifici vrbē
romā cuʒ clauibus ⁊ alijs munitionibus. Itē
rex nō requiret a ſummo pontifice caſtrū ſan
cti angeli. Item rex preſtabit ſummo ponti-
fici obedientiam perſonalem. Item ipſe rex
nō offendet in aliquo ſummum pontificem:
nec eidem aliquam iniuriam inferet: et ſi q̄s
eidem moleſtus fuerit: vel in aliquo leſerit:
tenebitur rex ipſum defendere. Item polli-
cetur ſummus pōtifex regi ſecuritatē: ⁊ a po
pulo romano perſonam regiam vel quemq̄
ex ſuis in aliquo nec offendi: nec leſum iri.
His igitur inter ſummum pontificem et frā C
corum regem pactis: rex ipſe ceptum iter ꝓ-
ſequitur. et quaſdam ſibi reſiſtentes ciuita-
tes vi expugnans Neapolim verſus tendit:
Cuius aduentum Alphonſus qui tunc Nea
polim tenebat: pertimeſcens: Ferdinando fi
lio regnum reliquit. Ipſe in ſiciliam fugiēs
paulopoſt vita deceſſit. Ferdinandus fugiē-
te patre in caſtrum oui: veniente Neapolim
Karolo ſe recepit. Quam ingrediens Karo-
lus applaudentes ſibi honoratiſſimos quoſ
q̄ʒ habuit: et plebem. Ferdinandus vero ho-
neſtiſſimam humaniſſimi regis recuſans cō-
ditionem ſibi oblatam: aufugere coactus eſt
eſt. Ad Karoli ſecundas res ſucceſſit Appu
lia: deinde calabria: mox etiam Lucania. Tā
ꝓſperis ſucceſſibus inuidens ſummus pon-
tifex: conſociatis ſibi venetis: et maximilia-
no rhomanoruʒ rege: quibus cum accedebat
rex hiſpanus: et Ludouicꝰ mediolanē. hi oēs
ad Karolū legatos mittūt: petētes Neapo D
lim liberam dimittat: aut in turchos ſicut ꝓ-
miſiſſet copias ducat. Ad hec ſubindignatꝰ
rex ꝓtinus reſpondens. Vos inquit omnes
aduerſum me arctiſſime coniuraſtis: ſed ve-
ſtras cōciliationes vnus irritabo: ita vt vos
veneti mercaturam: non rerum imperia di-
ſcatis me auctore moderari. Hoc verbo di-
miſſis oratoribus: Neapolitanis grauiora
tributa remiſit: quibus ab Alphonſo preme-
bantur. Pacata Neapoli et ꝑ loca prefectis
cum valido preſidio impoſitis: ſummam re-
rum Gilberto mōpenſerio committit. Ipſe
in galliam cum parte copiarum reuerti pa-
rat. Redeunti portas vrbis Alexander clau

Rex neapoli potitur

Regis emuli.

Rex in galliam reuertitur

C

M.E.C.D. 2016

dit. quam licet foſſis atq; aggeribus vallaſ-
ſet: Orueium tñ cũ cardinalibus ſe confert.
Veniens rhomã karolus fauente populo in
ea ſtationẽ fecit. Et quas ab Alexandro vr-
bes habuerat: libere dimittit preter Oſtiam
& zyzimum turchum qui apud Neapolim vita
deceſſerat. Inde ꝓfectus Senas in ſuam tu
telam accepit. Dum fornouiũ nõ longe a Par
ma ciuitate appropinquat nuncium accipit:
E Venetos & reliquos cõiuratos vias inſidere
qua erat tranſiturus. Erant in hoſtiũ caſtris
milia quadraginta armatoꝝ. karolo ſeptem
ad ſummũ milia electiſſimoꝝ pugnatorũ mi
litabant diuturno itinere feſſã: & nõ minus in
digentia viatico. Nam reliqui exercitus bo-
nam partem Neapoli: & alibi p preſidia reli-
querat. Miſerat quoq; genuam ducib9 Phi
lippo de ſabaudia: & Hugoni ambaſiano al-
teram nõ exiguã manum: q ſpem illi Julia-
nus cardinalis fecerat vrbem recipiẽdi. Sub
latus ꝓpterea hoſtis exploratum quaſi habe
bat venturum in ſuam ptãtem karolum: aut
reue[illegible] vulnere aliquo moriturum. Pollicebã
tur etiã aduerſe partis copiarum duces vene
tis legatis victoriam: atq; omnium maxime
Gonziacus dux ſepe teſtat9 fore vt vel vna
pugna: que inſtare videbat: galli ſue vanita
tis admoniti: facile intelligerẽt italicã virtu
tem nõ eſſe: vt ipſi falſo ꝑdicarent: oĩno ex-
tinctam. Quinquaginta nãq; alij dicunt cen-
tum milia ducatoꝝ ꝓpoſuerant illi qui regem
vel viuũ vel occiſum in caſtra abduxiſſet. Ei
qui franci caput exhibuiſſet ꝑmium ſex duca
torum erat conſtitutũ. Tali ſpe militẽ hoſtis
venetus animabat. Sed nihilo ſegnius di-
ſpoſitis aciebus karolus magnanimus: & q̃-
ſi alter Judas machabeus cum exiguo exer-
citu contra maximam multitudinem: qui ſuis
I. ma- ait. Facile eſt concludi multos in manu pau
cha. iij corum: & nõ eſt differentia in cõſpectu dei ce
li liberare in multis & in paucis: qm̃ non in
multitudine exercitus victoria belli: ſed de
celo fortitudo eſt. Ipſi venijt ad nos in for-
titudine contumaci & ſuperba vt diſperdant
et ſpolient nos. Nos vero pugnabimus pro
animabus noſtris: et ipſe dominus conteret
eos ante faciem noſtram. His atq; alijs con
ſimilibus gallorum animatus exercitus: ho
ſtium in ſua multitudine confidentium intre-
pide preſtolatur aduentum. Augebat etiam
nõ parum militibus animum regis preſen-
tia: cuius hoc tempore auctoritas plus q̃ re
liquus valuit exercitus. Videtes hoſtes hu
iuſcemodi gallorũ & ordinem & inſtructionem
atq; perſeuerantiam honeſtius ducentũ for

titer dimicando in armis mori q̃ turpiter ce
dendo hoſtibus terga vertere: admirabant Preliũ
q̃plurimum atq; timuerũt. Conſtitutis gal- apud
lorum copijs in vna Tarri fluminis pte. Ita forno-
lorum vero in altera: Gonziacus dux vt fe- uium
rox atq; pugne cupidus hortat ſuos: nec mo
ra: deinceps canentibus ſignis: vno tpe plu
ribus eſt locis in gallos ꝑcurſum: qui in eos
ferebantur cum fremitu & clamore amnẽ in-
greſſi ad vlteriorẽ ripam pertendunt. Hic te
tra collucratio orta eſt: pugnaq; dira cõmiſſa
Tandem franci quaſi leones animoſi certan
tes venetum p decliuia agunt: atq; ad flumẽ
retrocedere turpiter: atq; ad ſuos ſe cõferre
cõpellunt. Certatum eſt & a ſfortianis: q deui-
cti etiam ꝑcipiti curſu quaſi parthe fugaces
francis terga dedere. Vbi ergo hoſtes in frã
corum armatam aciem nihil ꝑualuerunt: pu-
dore ducti: q2 nihil memoratu dignum egiſ-
ſent: ad inermẽ calonum & lixarum aliorũq;
qui viatica vectitabant: necnon mulionum
ſarcinas ducentiũ multitudinẽ bellicũ furo-
rem ꝯuerterunt: atq; in eos maximã exercue
runt crudelitatem: quibus milites opem fer-
re minime potuerũt. Cecidere in hoc prelio
vtrimq; cõplures ſtrenui milites: ſed ex ad-
uerſa pte nulla habita ꝓportione multo plu
res inter quos iſti memorantur maioris eſti
mationis. Rodulphus de gonzaga. Johan-
nes maria de gonzaga. fauorite del ſignore
marcheſe. Comes Robertus de bagno. Co- F
mes Galeotus de Ipoliti. Antonius ſcarã-
po. Dñs Aſcanius de martinago. Guido de
gonzaga. Bernardinus parente. Alexander
daeſe. Rhanuſius pharneſe. Comes bernar
dinus de montano. Robertus ſerreza. Alexã
der berardo. Vincentius corſo. Dñs galeo-
tus de coregia. Franciſcus del fia. Franciſc9
de mantua. Jacominus de boſo. Conrardus
locacorno. Bertholomeus de domenico pio.
Benedictus de coregia. Johannes frãciſcus
di groſſi. Euangeliſta di gregorij. Petrus frã
ciſcus penna. Dondazus barbo. Lucas terzo
karolus forlano. Cochinus forlano. Johan-
nes todeſcho. Bergamus de verona. Hercu
les de montecucola. Americus coute. Rezo
lus del ſeſchalcho. Cigorola. Ludouicus far
da. Johãnes iacomo. Thomaſius de quãgra
Lingneia da modana. Morletus bocatio.
Trauainus de la volta. Ezechiel bocalino.
Bonifacius de gonzaga. Alexãder alolega-
zio. Antonius d la fibre. Bartholinus da pa
lu. Silueſter bagnoſo. Bartholinus piceti-
ard. Venturinus de chirin. Andreas de bri-
zello. Guilhelmus de rauẽta. Polidorus ca-



M.E.C.D. 2016

naleabo. Johānes auguſtinus bandello. Ja
comus de bicbaria. Petrus de monte. Lu-
douicus de rezo. Dñs Theophilus de piſca
ro canzellano. Federicus bocalino. Molet⁹
de hoſtilia. Et permulti alij in hoc diro con-
flictu lethalia vulnera excepe. Hi fuerunt p̄
cipui inter nobiles famatos qui in hoc certa
mine occubuerunt circa numerum quinqua-
genarium: quos rumor eſt equites auratos
ex principis mantuani: cui veneti omniū co-
piarum regimen cōmiſerant: ſocietate fuiſſe

B Ex gallorum vero exercitu perpauci preter
inermes ī quos vt lupi rapaces prede inhiā-
tes hoſtes ſeuierūt. Matthias noth⁹ borbo
nius inter animoſos animoſiſſimus: iter for-
tes fortiſſimus: inter bellicoſos bellicoſiſſi-
mus: quaſi alter Hector in hoſtiuꝫ armatiſſi-
mos cuneos impetuoſiſſime magna vi viam
ſibi aperiens ferebatur: pluresqꝫ ex eis tum
haſta: tum ferro ꝓſternens: nemini pepercit
At vbi ſe ſtrenue habuit: ⁊ multa preclara
ea in pugna facinora patrauit: inuidit ei incō
ſtans ⁊ volubilis fortuna tantum honorem.
Nam equus eius cui inſidebat furore belli-
co ſtimulatus et incaleſcēs freno rupto inſeſ
ſorem ſuum hinc inde: tandem in hoſtiuꝫ ag
men ferebat: vbi vn⁹ a q̄pluribus circunda
tus ac demū captiuus detentus fuit. Hac tā
nobili francorum exercitus inſignitus victo
ria: hoſtibus in fugam conuerſis: iter ince-
ptum ꝓſequunt̄: quoꝝ ſecuti ſunt leuis equi
tatus milites complures: eorum ducib⁹ ſub-
ſequentibus: ſed eminus: ne iterum galloruꝫ
experirentur fortitudinē. Tandē Aſtam cuꝫ

Frāci victo-ria po tiunt̄.

D exercitu karolus ꝑuenit: vbi moram p̄ dies
aliquot faciens: Ludouicum aurelianenſium
ducem nouarie a mediolanēſibus arctiſſime
obſeſſum accepit. Eius liberādi gratia karo
lus cū hoſte pacem inijt. Quo facto cū in frā
ciam saluus veniſſet: diui Dionyſij cenobiuꝫ
contēptis pariſijs adiuit: vota q̄ ſuperis vo
uiſſet: ſoluturus. Redeunte in franciā karolo
ſtatim Neapolis a fide defecit. Et mortuo
Gilberto mompenſerio reliqui prefecti egre
ſua ꝑſidia tuentes ad karolū ſe recepere. Fe
ſtinat karolus terra mariqꝫ coactis copijs eā
rurſus recuperare. Sed inopina mors ei⁹ ꝓ
poſito obſtitit. Deceſſit ambaſie ſeptimum ⁊
vigeſimū agens annū. vij. idus Aprilis. an
no ſalutis. M. cccc. xcvij. pridie kal. maij.

Obitus regis karoli.

Fuit h̄ Karol⁹ ſtatura puſillus: ſꝫ animo ma
I ximus: pluribus adornatus virtutibus. Nā
in eo ſumma fuit humanitas: laudāda comi-
tas: cōmendata liberalitas: atqꝫ late patens
affabilitas oībus ad eum exhibens aditum.
In bellis fortunatiſſimus adeo vt predeceſ-
ribus formidatas nationes auſus ſit aggre-
di. Quis vnq̄ ex gallorum regibus britanis
bellū indicere nō exhorruit preter hunc Ka-
rolum: quos ſtrenue cum fautoribus ſuis de-
bellauit. Quis alpes tranſire preter euꝫ: qui
nōmodo italiam totā deuicit: verū etiā tranſ
marinis nationibus nō mediocrē incuſſit for
midinem: adeo vt etiaꝫ turchus ipſe ad eum
eius acceſſum formidaret. Hic nāqꝫ eſt q̄ exi-
gua manu ⁊ venetoꝝ ⁊ mediolanēſium: nec-
nō reliquoꝝ italorum maximas copias apud
fornouium animoſe debellauit: vbi tam ex-
cellenti victoria potitus eſt: vt alie quas ſe-
penumero galli cōſecuti ſunt excellentiſſime
huic nō minſte cedere videantur. Quāobreꝫ
cum francoꝝ regibus in pariſiēſi palatio in lo
co editiori ſinglis ob egregia facinora ſtatue
decernant̄: huic oīum excellētiſſima decreta
ſit. Eius auctoritate ⁊ fauore anglorū rex re
gium ſceptruꝫ apud ſuos cōſecutus eſt. Sꝫ
hec de karoli plurimis virtutibus modica di
cta ſint. In eius locū ſummo oīm principuꝫ
R conſenſu ſuffectus eſt aurelianēſium dux lu-
douicus. Hic pacato regno iniuriarum quas
apud nouariaꝫ a Ludouico ſfortia acceperat
memor: ſimulqꝫ mediolani ducatum tanq̄
ad ſe ꝑtinentem recuꝑare cōſtituens: grādi
ꝯflato exercitu alpeſ traijcere copias ꝑmittit
q̄s cito ſecut⁹ eſt. Rex aūt ſuꝑatis alpib⁹ op
pida nōnulla ſfortianoꝝ: nō t̄n ſine noſtroruꝫ
incōmodo: oppugnat expugnatqꝫ tādē ac di-
ripit. Mox papiēſes in regi ꝑtātem trāſiere
Quo euentu permotus ſfortia: ⁊ de ſuorū er
ga ſe fide dubius: ſubducere ſe periculis co
gitauit. Poſitoqꝫ in arce Mediolanenſi ad
preſidiū milite: eaqꝫ omnibus: cū ad victum:
tum ad bellum et defenſionem pertinētibus
copioſiſſime munita: ipſe cum filio et paucis
clam abſceſſit. Fugiēte ſfortia nō multo poſt
mediolaneñ. regeꝫ admiſerūt. Et arcis pre-
fectus idem facere admonit⁹: ſemel atqꝫ ite-
ruꝫ reſtitit tāq̄ arcem ſincera fide ſfortie ſer
uaturus. Sed auaricie (que lombardis cōgi
gnitur) obſequēs: arcem deditur ū ſe promit
tit: ſi quam in ea ſupellectilē Ludouicus di-
ſcedens reliquerat. regio dono ſibi liceret ac
cipere. Placuit partim conditio. ⁊ dimidium
ſupellectilis prefectus accepit. Mediolano
cū arce recepto reliqua regionis oppida: cum
caſtellis vniuerſis libera paulo poſt deditio-
ne in regis poteſtatē traducta ſunt. Venere
preterea genuēſes: quibus prefectum dedit
Philippum raueſtanū materno ſibi genere
attinētem. Venetis cremonam cū aliquot in

Expeditio regis ludouici xij. i insubres

ſignibus mediolanēſis principatus locis( q:
ita ab initio cōuenerant ) permiſit. Rebus p
inſubres cōpoſitis rex in franciam reuertitur
Quo reuerſo ecce mediolanēſes ad aſcaniū
mariā ſforſiam cardinalem Ludouici fratrē
deficiūt: et aſcanium primū intra muros acci
piunt. Mox etiā cum heluetiorum germano
rumqꝫ cōducto milite: ludouicū. Proinde re-
uocatis copijs nouoqꝫ ſupplemento e gallia
miſſo ludouicū ſfortiam ſine certamine viuū
capiunt: atqꝫ in galliā ad regem mittūt. Car
dinalis aſcanius tunc Mediolani agēs hoc
de fratre acerbiſſimo nuntio cōſternatus: re
licta vrbe fugam: cōpluribus amicorum eum
cōcomitantibus: inijt. Sed venetorum ma-
nus infortunatus incidit. ductuſqꝫ venetias
intra paucos dies a venetis belli ſocijs ad re
gem mittitur. vbi vſqꝫ ad alexādri vi. Pont.
Max. obitum permanſit. quo mortuo rhomā
ſummū Pont. coelecturus rege id cōcedente
profectus eſt: atqꝫ ibidē poſtea fato cōceſſit
appulit etiā Ludouicus recuperando regno
neapolitano animū: initoqꝫ cū ferdinādo ara
goneo: et Eliſabeth hiſpanie regibꝯ his ꝯdi
tionibꝯ vt bello partū regnū neapolis ex eq̊
diuiderent. Alexandro ſexto . Pont. Max.
quicq̄d eccleſie cōpeteret: vtriqꝫ concedente
Protinus ineunte vere copias eo mittit. Il-
lic multum diuqꝫ curēto marte vtrinqꝫ dimi-
catum eſt. Galli tamen priores pulſos acie
hiſpanos intra Barolū cōpulerūt. vnde libe
rius euagādi p oēs regni fines copiā adepti:
neglexerunt hiſpanos: qui barolū ⁊ aliquot
arces p̄ſidio tenebant: obſidere. Sub id tp̄s
humaniſſimus princeps Philippꝯ archidux
auſtrie ex hiſpania rediens: regio diadema-
te caſtelle inſignitus: lugdunū petit vbi ho
norifice admodū fuerat exceptus. Nam pro-
ceſſit illi obuiā reuerēdiſſimꝯ dn̄s do. Geor
gius de ambaſia cardinalis rhotomagorū ac
archiantiſtes digniſſimꝯ in frācia legatus ho
neſta comitatus ſocietate. Item eccleſiaſtice
pſone( que lugduni ſunt plurime ), pceſſiona
liter. Alij ⁊ muros ⁊ parietes tapetis et peri
petaſmatibus ſiue periſtromatibus adorna-
runt. Alij vero ſpectacula ludoſqꝫ multifor-
mes varijs refertos myſterijs illi gratulabū
di exhibuere intranti. Ceteri itē loca editio-
ra aſcendunt: alij feneſtras occupant. Reliq̄
vero p vicos ⁊ compita eius viſendi deſide-
rio illecti cōfluunt. Eius aduentū diui Iohā
nis baptiſte grauitatē nō modicā pre ſe ferē
tes comites ⁊ canonici cū ceteris huiuſce ſa-
cre edis miſtris ante templi porticum p̄ſto-
lantur: quē humaniſſime excipiunt: ⁊ in edē

> M
> Expeditio in neapolitanos

> Philippus caſtelle rex lugdu. venit.

ſacram deum optimum maximum cū patro
no adoraturum introducūt: apud quos etiā
hoſpitio receptus eſt. Hic igitur tantā inter
illuſtriſſimos duos reges ſibi coniūctiſſimos
diſcordiam moleſtiſſime ferens: Lugdunū p
aliquot agens dies: regis preſtolatur aduen
tum manibus ⁊ pedibus( vt aiunt ) nixurus
vt eos ad pacis vnitatem pducat. Ubi rex
aduenit diligentius p eos atqꝫ eorūdem con
ſiliarios viros prouidos maturiori conſilio
res agitata eſt: ⁊ demū fedus: ſi hiſpanis rex
muliebri conſilio: cuius nutu oīa regni nego
cia diſponebantur: patientem nō accōmodaſ
ſet aurem: initum indiſſolubile ſtetiſſet. Dū
hec tractantur hoſtes ad oēs occaſiones intē
ti: Barolo intempeſte noctis ſilentio egreſſi
Rubum puenuint: gallorū nihil de bello: cū
pax tractaret: opinantium opprimunt preſi-
dium: oppido expugnato. In ipſo fere tēpo-
re germanorum peditatus ab hiſpanis mer
cede cōductus occurrerat: vnde tm̄ fiducie
hoſtibus accreuit: vt ( q̄uis ſepenumero an
tea ⁊ fuſi turpiter fuerint: ⁊ pmagno affecti
ſint incōmodo ). ix. kal. Maij. anno dn̄i. M
ccccc. iij. eductis oībus copijs ad pontē can-
narum caſtrametati ſint: haud pcul a gallorū
caſtris: que ſcḋm ripas amnis Aufidi ad Cau
nuſium habebant. Poſtridie tētantibus hiſ-
ſpanis oppidū Cydoniole vi capere: cū gal
li ſubſidio veniſſent: acriter vtrinqꝫ pugna-
tum eſt. Tandē gallorū equites ab extrema
acie: cū certando defatigati: tum q: numero
longe inferiores: coacti ſunt parumper cede
re. Ea re animaduerſa: equites itali hiſpa-
norum auxiliares: galloꝝ a fronte pugnanti-
um latera adorti pturbarunt. Nam eorū cō
ſpectum( opinor )intueri ⁊ aggredi formida
bant. Gallis ita debilitatis atqꝫ fugatis re-
manſit apud hiſpanos victoria. In eo pre-
lio occubuit nobiliſſimus Ludouicus dux ne
moſij: Arinigniaci comitum gentilis: qui le-
gatus regis perſonam vicemqꝫ ſuſtinebat.
Hiſpani ſecundis rebus elati: nō multo poſt
vrbe Neapolis arceqꝫ eius expugnatis: ce-
teriſqꝫ oppidis ſeſe dedentibus: regno po-
tiuntur. Que bello ſuperfuere gallorum reli-
quie ex fuga primum in ripa Liris conſtite-
runt ad Senueſſam: deinde Caietam ſe re-
ceperunt: vbi ab hoſtium maximis copijs
circundati: conſtanter et animoſe impetum
ſuſtinebant: ſuorum ſubſidium expectantes:
Quibus hec calamitas funeſtior fuit: eorum
qui opem ferre debuerunt deſtitutio. Nam
Gallorum queſtores: ſiue vt vulgo dicunt
theſaurarij ſuppetias minime tulerunt.

> N

> Gallorum et hiſpanorum pugna

> O
> Dux nemoſij ceſus.

> Gallorum indignū facinꝯ.



M.E.C.D. 2016

Quia pecunias publicas quas receperant: vt illis ſtipendia ſua mitterẽt: auaricia ducti ſibi retinuerũt: ad ſummã vt fama ē. ccc. M ducatoꝝ: nec viaticũ neceſſariũ ſuppeditauerunt. Quapropter fortiſſimi milites: qui nõ modo Parthenopen iam domitã tenere: verumetiã totam ſiciliã recuperare: ac hoſtes lõgius arcere potuiſſent: coacti ſunt inedia et animi egritudine miſerabiliter in nihilum redigi. Sed nõ remãſit tam indignũ flagitiũ inultũ. Nam veritate cõperta citati ſunt in parlamẽto pariſienſi: coactiq; ſunt rationem reddere: qua in re eorũdez maxima iniuſticia deprehenſa eſt. Quãobrem eorũ nõnulli bonorum proſcriptione mulctati: alij in exilium relegati ſunt: alij ſi deprehendi potuiſſent vltimo ſupplicio ex regis mandato affecti fuiſſent. Horum omnium iam memoratorum malorũ caput: muliebre ad omne malũ propenſum fuit ingeniũ. nam regis animuz quacunq; in partē voluerit: facile flectebat. Quãdoquidem et alie ꝙplurime fortiſſimorũ viroꝝ ꝑditionũ ⁊ ciuitatũ ⁊ regnoꝝ excidij cauſa fuere. Nõne Cleopatra Marcũ antonium perdidit? Nõne et Ceſarem fortiſſimũ poſt pugnã pharſalicam tam cruẽtam: bellis ciuilibus adhuc implicitũ ⁊ nõdum plena potitũ victoria in egipto ab incepto eadẽ remorata ē? Nõne troiane deſtructiõis mulier cauſa fuit? Nõne et hecuba vt achilles grecoꝝ fortiſſimus proditorie occideretur: cõſilium dedit? ¶ Gratius longe iucundiuſq; nobis fuiſſet: Italie atq; gallie felicia bella ꝙ deflendas clades referre: tñ quia tẽpora ſic tulerunt: ſequimur et nos temporũ viciſſitudinem: fortuneq; mutabilitatẽ: atq; hoſtiũ calliditatẽ. Et bellum quo tota pene ſicilia euerſa eſt: in hoc apologetico trãſeunter deſcribimus. Doloroſam profecto materiam: ſed pro noſtrorũ temporũ cognitione perneceſſariã. Neq; Liuius cũ vrbẽ rhomã a gallis captã: et incendijs cõflagrataz refert minorẽ meret laudem: ꝙ cũ P. Aphricani victorias enarrat. Hiſtorie quippe eſt res geſtas tam ꝓſperas ꝙ aduerſas litterarum monumẽtis mandare. Itaq; optanda quidẽ ſunt meliora: ſcribenda vero quecũq; cõtigerint. Quod profecto haud videtur feciſſe venetus ille. vir quidem alioquin eloquẽtia preditus: ſub qua letale venenũ in mellis dulcedine latitat. Nõ enim hiſtoricus: qui dũtaxat vera et tam aduerſa ꝙ proſpera ſcribit: ſed potius poeta vocitandus venit. Niſi forſitan velit dicere nõ ad hiſtorie fidem: ſed ad perfecti belli effigiẽ ſcripſiſſe. Nec quales fuerint hiſpani et itali

Eorundez punitio.

Hiſtorie officium.

aduerſus gallos: ſed quales eſſe debuerint: vt ita ſub hiſpanorũ inſtitutione ac exemplo optimũ regie adminiſtrationis genus luculẽter expreſſuz eſſe diſpiciamus: Ea forma qua Cyrus ille perſarũ rex non ad hiſtorie fidem apud Xenophontez ſcribitur: ſed ad perfecti imperatoris effigiem. Nec qualis fuerit ſed qualis eſſe debuerit. Sed de his ſatis: Supeſt vt ad incepti negotij cõtinuationem calamum noſtrũ reuocemus: atq; ea que ſcriptor venetus (neſcio quo animo) aut diminuit: aut ſilentio preterijt in medium afferamus. Peruenit ad man⁹ noſtras illius (ſi dici poſſit) hiſtoriographi opus: nõ (mea quidez ſententia) inelegans: in quo de bellis inter gallos et quoſdam italorũ atq; hiſpanorũ populos: hiſtoriã nixus eſt contexere. Sed (oĩm pace dixerim) in eo hiſtorie merã veritatem nõ ſatis proſecutus videtur: cũ aduerſariorũ magis ꝓſperitates: noſtrorũ vero aduerſitates luce clarius explicet. Quandoquidem et illi nõnunꝙ ſatis infeliciter. noſtri vero ſepenumero feliciter dimicarunt. non tñ [illegible] eo belli exitum: cum ob hoſtium infeſtantiuz moleſtiam: tum potius ob noſtrorũ officialiũ infidelitatez: qui neceſſaria militibus ſubtraxerunt: nobis infelicem fuiſſe. Nec mirũ noſtros aduerſa nõnunꝙ fortuna laboraſſe. varius enim et dubius eſt exitus belli. Nonne Judas ille machabeus fortiſſimus diu fortiter ac animoſe pugnãs: cũ tota fratrum ſtirpe tandem deletus eſt: ſub alexandri magni ſucceſſoribus: vt machabeorũ teſtatur hiſtoria. Judei quilegem vereri ⁊ obſeruare voluerunt miſere trucidati ſunt: Inter quos Eleazarus vnus de ſenioribus ſcribaruz: vir etate prouectus: vultu decorus: vite ſanctitate venerabilis: cũ porcinam carnem contra legis a deo condite conſtituta comeſſe cogeretur: maluit iuſte ⁊ religioſe mori ꝙ flagitioſam ignobilemq; vitam paulo amplius producere. Dum igitur in tormentis conſtitutus mortez vicinam videret: ſic gemẽs exclamaſſe dicitur. Domine qui habes ſanctam ſcientiam: manifeſte tu ſcis: quia cuz a morte poſſem liberari: duros corporis ſuſtineo dolores ſecundum animam vero propter timorem tuum libenter hec patior. Dauid quem ſecundum cor ſuum deus inuenit: ⁊ vnxit in regem: nonne regis Saul. nõne allophilorũ nonne filij dilectiſſimi patitur inſidias? Nõne abel: quem chriſtus in euangelio iuſtum appellat: primus omnium ſanctus ab impio fratre Cain occiſus eſt? Nonne hieremias lapidibus obrutus? Nonne Eſaias in duas

De machabeis.

De dauid et alijs iuſtis.

partes ſectus? Nõne Zacharias barachie fi-
lius inter templum et altare occiſus eſt? Nõ-
ne Helias a Hiezel fugatus? Taceo apoſto-
los. Taceo Johannẽ baptiſtam. Taceo mar-
tyres. quoniam nota magis nulli domus eſt
ſua. Quotquot enim a mundi exordio ad no-
ſtram vſqꝫ etatem deo placuerunt: crucis pa-
tibulum in ſuo mortali corpore portauerunt
Audi quid in pſalmis dicit. Propter te mor-
tificamur tota die: eſtimati ſumus ſicut oues
occiſionis Non mirum igitur ſi galli ab infi-
dis hiſpanis: calliditate ſua vtẽtibus: nec re-
gijs mandatis obtemperantibus: circũuenti
minus proſpere quãdoqꝫ pugnarũt. non em̃
eiſdem inconſtans fortuna ſemper arridet.
Geſſerũt tamen noſtri fauſte ſatis plura me-
moratu digna certamina: et tempore regis
Caroli et Ludouici. xij. impreſentiarum re-
gium; ſceptrum moderantis: quorum ſcriptor
venetus plura ſilẽtio preterit. Et imprimis
illud memorabile duelluꝫ apud Aſtenſes ſub
rege Carolo celebratum: in quo quidam gal-
lus parue ſtature: qui propterea vulgo le pe-
tit lande vocitatus eſt: deuicit quemdam ma-
gnum et robuſtũ et maxime in diſciplina mi-
litari eſtimationis apud lombardos. Et in di-
cto loco in rei huiuſce memoriã columna ele-
uata eſt. Item illud ſingulare certamen Pe-
tri terrali domini de baiar nobiliſſimi viri ex
dalphinatu. Nam cum in quodam belli con-
greſſu quẽdam ex hiſpanis nobiliſſimũ in ar-
miſqꝫ exercitatiſſimũ cepiſſet: capitiuũqꝫ pe-
nes ſe teneret: et benigne atqꝫ humane ſatis
vt nobilem decet tractaſſet: is vbi libertati
reſtitutus eſt beneficij immemor: de eius er-
ga ſe inhumanitate conqueſtus eſt: vnde di-
ctum dñm de baiar ad ſingulare certamen: et
id quidem pedeſtre vbi plus preſtitit: prouo-
cauit. Qui ex diuturno labore atqꝫ inedia ſe
ſentiens defatigatũ: conditionem aliquãtulũ
recuſauit: Tandem pluribus laceſſitus iniu-
rijs: puſillanimiſqꝫ eſtimatus: abiecta omni
animi mollicie: acceptauit conditionem. De-
ſignatꝰ locus. preſtituta agonis dies. Miſit
etiaꝫ hiſpanus dicto domino de baiar epiſto-
lam: a tabellione ſcriptam propria manu ſub-
ſignatam quam et vidi et perlegi: quam etiã
ne quis nos arbitretur hec in fauorẽ noſtro-
rum effingere: hic inſerere volui ſub proprio
idiomate latine tamen expoſitam: cum reſpõ-
ſiua ſepedicti domini de baiar. Epiſtole hiſ-
pani tenor. Senor Pedro de bayardo yo
he ſentido como ſiti venuto alo locho donde
eri ſtato deputado de face fate darmas de la
mya perſona ala veſtra: del que me plaze e

S Duellũ cuiuſdã galli et lombardi.
Aliud duellũ.

voglio che ſi alchuno de la gente noſtra de
andre ni de la veſtra faſſe donato impacho
neſuno e que alſe vulga cautela que voy ve-
rẽdate prizonero mio como ſi fuſſeti ſtato vẽ-
cido per forza darmes: e voy non voglio al-
tra cautela. Scripto in andre ſtado. xxvj. no-
uẽbris. CCCCC. iij. Par mi Pedro de cor-
dona.

Dona alonſo de ſoto maiore.

¶ Epiſtole iam dicte expoſitio talis ẽ. Domi-
ne Petre de baiar accepi te vidiſſe locum pu-
gne vtriuſqꝫ noſtrum deputatum: quod mihi
perplacet: Sed volo ꝙ ſi quis ex noſtris aut
ex veſtris fuerit vtriuis impedimento: aut a-
liqua vſus fuerit cautela: dominus illius ſit
captiuus alterius perinde acſi virtute armo-
rum deuictus eſſet: nec aliam volo cautelam
Scriptum in Andra. xxvj. Nouembris: An-
no domini. M. quingenteſimotertio. Per
me Petrum de cordona. Subſcriptio hiſpa-
ni. Dominꝰ Alõſius de ſoto maiore. ¶ Se-
quit̃ reſpõſio domini petri tarralli. Domi-
ne Alonſi vidi epiſtolam ad me datã: et pla-
cet mihi conditio vt ſi quis noſtrũ alteri fue-
rit impedimeno: ſit illius captiuus quaſi vi
armorum ſuperatus. Nam ego honorẽ meũ
tueri: iniuriamqꝫ mihi illatam propulſare dũ-
taxat cupio: quaſi te non ea qua debui huma-
nitate tractauerim: hoc enim nec aliud volo
Vale. Exaratum hac. xxix. nouembris. An-
no dñi. M. quingenteſimo tertio. Per me
Petrũ tarralli: dñm de baiar. His itaqꝫ per-
actis conuenere ambo animoſe ad pugnam.
Conſernere acriter manus: ſed dñs Petrus
tarralli tertio ictu etſi illi cõpatiens: cum ꝑ
humanus ſit: hiſpanum interemit. Cadauer-
qꝫ eius cũ armis: que ſibi iure belli retinere
potuiſſet: libere: vt ea qua cõueniebat decen-
tia: ſepulture traderetur libere aſportari per-
miſit. Item ꝙuis deſcripſerit quoddã certa-
men in quo certus gallorũ numerus infelici-
ter dimicauit cũ certo italoruꝫ numero: omi-
ſit tamen aliud in quo certus hiſpanorum
numerus cum totidem gallis dimicauit vbi
ſeptem ex gallorum equis occiſis: duo quorꝫ
ſepedictus dominus de baiar erat vnus: ip-
ſis hiſpanis adeo animoſe reſtiterunt conſo-
cioſqꝫ ſuos periculo eripuerũt: vtpotiti ſint
victoria: hiſpanis cum nihil proficerent: ig-
nominioſe ad ſuos redeuntibus. Item ante-
dictus Petrus taralli quaſi alter Horatius
cocles contra plures immo ferme ducentos

Vicũt pauci galli i certamine. Dñs ẟ baiar pontez tenet.

hoſtium milites pontem quendam ne tranſi
rent: ſolus ipſe: donec ſui in ſubſidium ad
ueniſſent: cuſtodiuit. Item ſilentio inuoluit
Ludo memorabile facinus fortiſſimi ducis Lu-
uicus donici daſt: qui cum ceteris paucis qui ſuper
daſt ſal fuerunt poſt miſerandam gallorum ſtragem
uus ve ꝛ rebus omnibus apud neapolim deſperatis:
nit in animi fortitudine ꝛ virtute armorum: bra
chio extento: haſtis in ſublime erectis a ſici-
lia per regiones ꝛ dominia hoſtium tráſiens
ad ſuos vſqꝫ ſaluus peruenit. Ut cum Da-
uid viro forti ꝛ bellicoſo dicere poſſint. Trá
ſiuimus per ignem ꝛ aquam ꝛ eduxiſti nos
in refrigerium. Hec fuere inter gallorum tot
mala ꝛ aduerſa pauca ex multis glorioſa cer
tamina: que venetus ille aut ſilétio inuoluit
aut diminute litterarum monumentis man
dauit. Uos igitur o fortiſſimi gallorum iuue
nes quorum maiores in ſicilia procul a nata
li ſolo ceciderunt: a merore ꝛ triſticia reuo-
uocate animum: ꝛ voſmet rebus ſeruate ſe-
cundis: ꝛ magis gaudete: gratiaſqꝫ agite im
menſas ꝙ in bello iuſto fortiter: vt ſtrenui
milites dimicando: etſi hoſtium dolis ꝛ inſi
dijs circumuenti. mortem oppetierunt. Gau
dete inqꝫ ꝙ ꝗplurimi (ex hoc venerando ce
tu ſanctis martyrib⁹ in penis ſimiles effecti
eiſdem ꝛ in gloria ꝛ premio ſint equales: ni-
hil heſitantes vt ſi nondum ad hoc peruene
Rom. runt breui peruenturos. Non enĩ (teſte apo
viij. ſtolo) ſunt condigne paſſiones huius tempo
Heb. ris ad futuram gloriam que reuelabitur in
xij. eis. Scriptum eſt item. Quem diligit deus
caſtigat. flagellat autem omnem filium qué
recipit. Gallos autẽ deus corripit vt meli
ores reddat. Imperatores autem rhomanos
vt Julianum apoſtatam: Conſtanté. Maxé
tium ꝛ ceteros quos flagitioſe vixiſſe refe-
runt hiſtoriographi: deus corripit vt eorũ
conſummatam nequitiam penis ꝛ tempora
libus et eternis: eius iuſticia id exigente: pu
niat. De illis dicere poſſumus quod ſcriptũ
apud Eſaiam reperimus: deo de iudeis impi
is ꝛ ingratis conquerente. Quádiu enim be
ne viuendo deo adheſerunt cum eo qui dixit.
ps. Mihi autem adherere deo bonum eſt: ꝛ po-
nere in deo ſpem meam: tandiu eos pauit et
vt pius pater direxit. At poſtꝙ cũ filio pro-
digo a deo patre receſſerunt in regionẽ lon
ginquam abeuntes ſubſtantiam ſuam diſſi-
pantes impie viuendo: ꝛ quia ea conſumpta
nunꝙ ad patré redierunt: porcinis cibis alit
et in beſtialem naturam tranſire permiſſi ſút
Ex his fuit ille impius Herodes ſecundus:

qui poſtꝙ vt placeret iudeis interfecerat
Jacobum apprehendit ꝛ Petrũ: cum patere Actuũ
tur ſe vocari deum: mox ira dei correptus é: xij.
et in tante impietatis vltionem: vermibus
toto corpore repente ſcatere cepit: ventris
doloribus concuti: diſſenteria torqueri: et vi
uus adhuc poculum amaritudinis primitias
perditionis. Item Julianus ille apoſtata ho
mo nequam ac peſſimus rhomanorum impe
rator: qui chriſtum Jeſum in deriſionem ga
lileum ꝛ fabri filium appellabat: perſico aut
vt alij dicunt particho bello ſagitta tranſfi
xus: dum expiraret clamare coactus eſt. Ui
ciſti galilee viciſti. Hos igitur non vt ſana
ret: verum vt puniret deus non medici am
plius beneficio: ſed iuſti iudicis percuſſit offi
cio. Me certe hec ipſa ſcribenté tametſi mul
ta pro ſingulari meo erga patriam amore có
turbent: attamen illa conſolatur ratio: ꝙ etſi
magnas tunc maxime (ob hoſtium perfidiá)
aduerſitates gallia in ipſis gallis perpeſſa
fuit: nihilominus externarum gentium ſupe
ratrix hucuſqꝫ atqꝫ in preſens et terra mari
ꝗ potentiſſima remanſit. Ciuitateſqꝫ in ea
ornatiſſime magnis opibus: magnaqꝫ aucto
ritate viguerunt hactenus: hodieqꝫ vigent:
quarum gloria ꝛ regnum longe lateqꝫ exten
ditur: vt non tam ingemiſcendũ ſit pro illis
que tunc acciderunt aduerſa: ꝙ letandum ꝑ
his que ſuperſunt proſpera: ceu Herculem
magni labores celebriorem fecere: ꝙ ſi nũꝙ
tam periculoſe laboraſſet. Taceo bonarũ ar
tium diſciplinas: in quibus parés et alumna
incomparabilis ciuitas vna pariſienſis repe
ritur. Sed cõmendationis aliud fuerit tép⁹.

¶ De gallorũ cõmendatione ex aliarum
nationũ teſtimonijs.

Tractatus tertius.

NE quis inuidentie
morbo laborans: aut li
mis oculis in obliquũ
ſemper: in directũ ve
ro nunꝙ reſpiciens: ar
bitretur me gallorum:
genus ipſorũ gallorũ
aut etiam hiſpanorum
hiſtoriographorũ: cuius fuit Juſtinus atqꝫ
alij pleriqꝫ teſtimonijs approbare: Italorũ
quoqꝫ qui gallorum ſepenumero virtutẽ ex
perti: atqꝫ et ſuorum et illorum: tam aduerſi

M.E.C.D. 2016

tates q̄ proſperitates vt fidi ſcriptores litte
rarum monumentis mandauerunt: pro po
ſitiones in medium afferam. Nobis autem
ex italorum apud ſtudioſiſſimos quoſq; ma
gne fidei commentarijs earū rerum laus fu
erit non ignobilis. Itaq; vt alia ſatis multa
ſic etiam hec iam plane obliterata ad noſtro
rum hominum cognitionem reducere ſtudui
mus. Atq; eo libentius id fecimus ꝙ et cete
re nationes de ſuis laudibus hiſtorias conte
xere non omiſerunt: hec autē tota de noſtris
eſt. In qua operepreciū fuerit paucis enu
cleare: quid aliquando per italiam: aliaſq;
regiones ⁊ puincias ac deniq; per vniuerſum
pene orbem gallorum virtus valuerit: que
obſeſſe vrbes: que expugnate ac victe: et qui
bus in locis prelia ab ipſis gallis commiſſa.
Nec enim omnia et ſcire pulcherrimum eſt:
et ignorare turpiſſimū. Diligentis ſiquidem
viri eſt patrie ſue originem et progreſſum: ⁊
quecunq; illi per ſuperiora tēpora contige-
rint: non ignorare. Ego igitur gallorū in rho
manos atq; in ceterarum gentium populos
certamina ſuperius ex Iuſtino alijſq; nō par
ue auctoritatis viris edocui. Nunc vero gal
lorum gloriam: noſtrūq; iudicium per ipſos
italos cōfirmare conſtitui: qđ quidē demū re
cte me feciſſe putabo: ſi ab italis doctiſſimis
ac ſapientiſſimis approbetur. Principiū igi-
tur narrandi ab ipſo ceſare et propter dicen-
tis et eius de quo dicitur auctoritatem: potiſ
ſimum aſſumemus. Plutarchus itaq; de Ce
ſare loquens ſic ait. Ceſar nouem annis mi-
litans galliam vniuerſam a pyreneo ſaltu al
pibuſq; ad montem vſq; Gebennam ⁊ Rhe
num Rhodanumq; .P. R. ſubegit. Quod: vt
alius ſcribit hiſtoricus: pacata gallia a ceſare
maior gloria illi fuit: q̄ ſi totum ſibi ſubegiſ
ſet orbem. Fatet͛ tamen Ceſar in cōmenta
rijs ſuis libro primo ſe Rhenum trāſiſſe non
ſua ſponte. ſed rogatū et acceſitum a gallis
non ſine magna ſpe magniſq; premijs. Pre-
dicauit: domū: propinquos relinquiſſe ſedes
habere in gallia ab his conceſſas: obſides ip
ſorum voluntate datos: ſtipendium capere
iure belli quod victores victis imponere: con
ſueuerunt. non ſe gallis: ſed gallos ſibi bellū
intuliſſe. Quid igitur de gallis dicendum ve
nit: ſi ceſar ob galliam non tam deuictam: q̄
ab ipſis gallis deditam maiorem gloriā me
ruiſſe videatur: q̄ ſi reliquum ſibi orbem pa
caſſet? O glorioſum gallorum genus. O ge-
nus fortiſſimum. O gens bellicoſa: gens aſ-
pera nec minus religioſa, per te reges regnāt

B plutarchus d̄ ceſare

per te imperatores triumphant. Si galliam
Ceſar non cognouiſſet: non ſolū imperiū non
vſurpaſſet: ſed nec dictatoris perpetui nomē
obtinuiſſet. Soli franci. ſoli francorum prin
cipes ac duces ex omnium gentium numero
auſi ſunt ceſaree cōſulere vtilitati: et pompe
ianam bello pharſalico inuadere ac debilita-
re audaciam. Sub Pompeio multoplures q̄
ſub ceſare militabant. Sed ceſar virtute gal
lorum qui ſub ipſo militabāt, atq; impetu ma
gno hoſtes adoritur: ac multos cedendo vul
nerandoq; ſtrauit. Ceſariani gallorum more
hoſtium ora ferientes eos telis cuſpideq; in-
feſtabant: quo feriendi genere hoſtes territi
oculorum periculo terga dare coacti ſunt. Ce
ſar autem duobus et viginti tantū milibus
quorum maior pars gallorū erat: imperabat
Sub pompeio vero multo plures q̄ bis toti
dem militabant. Sed hec victoria non italo
rum: ſed gallorū fuit: qui tanq̄ perſe ſub vno
Cyro contra Creſum et aſſyrios homines ti
midos: bella geſſerunt. Item Iulius celſus
gallorum tamen emulus libro. v. de bellis
Ceſaris de gallis ita ait. Galli homines ſūt
aperti minimeq; inſidioſi: qui per virtutem
magis q̄ per inſidias dimicare cōſueuerunt
Et Ceſar in commentarijs ſuis. Illud quo
q; prouidentiſſimi ducis augebat curam: ꝙ
inſidioſiſſimo cum rege rem gerebat: aſſuet⁹
dimicare cum gallis apertis hominibus ⁊ in
ſidiarum neſcijs: nec fraudibus: ſed virtute
bellantibus. Item in eodē capitulo. Siſtit
aciem Ceſar: ⁊ pauci contra multos egregie
preliantur. Quo congreſſu aliquot gallorum
equitum: qui Ceſarem ſequebatur: inſignis
et creditu difficilis virtus fuit. Siquidem
triginta vel eo minus: duo milia maurorum
equitū cāpo pepulerūt: et in oppidū cōpule-
runt. Sed hec ex veterū ſcriptorū dictis ſuffe
cerint. Quidnā etiam recētiores italorū ſcri
ptores de gallis ſenſerint paucis perſtringe
mus. Franciſcus Philelphus inter italos
vir ſua etate doctiſſimus ⁊ elegantiſſimus
in epiſtola ad Carolū ſeptimum francorum
regem ita ait. Si verum ſine cuiuſq̄ inuidia
fateri licet: poſtea q̄ impia et immanis illa
ſceleratiſſima mahometi ſecta inualuit: nul-
lum eſt vſq̄ hominum genus: cui plus de-
beat chriſtiana religio: q̄ inuicte francorum
nobiliſſimeq; virtuti. Cum reliqui enim fe-
re omnes et reges et populi chriſtiani igna-
uo quodam animi torpore tanq̄ elāguiſſent:
ſoli frācin iuēti ſunt: qui ingenti animo et ex
celſo oēm barbarorū ⁊ infideliū impetum nō

Ceſar gallorū auxilio pōpeiū vicit.

Iulius celſus.

Ceſar de gallis

Frāciſc⁹ philelph⁹ de francis.



M.E.C.D. 2016

modo ſuſtinuerint: ſed repreſſerint. Quid in
quaȝ repreſſerint: imo fuderint: fugarint: op
preſſerint. Hec philelphus. Nonne karolus
ille cognomẽto magnus vt ſupius diximus:
imitatus karolũ marcelluȝ auum: qui ſarace
nos ad. ccc. M. ⁊ amplius interemerat: vbi
poſt captiuitatẽ Deſiderij vltimi longobar
dorum regis italicas res oĩs cõpoſuiſſet: et
a Leone ſummo pontifice id qđ antea conſti
tuerat Hadrianus: inſignibꝰ imperij rhoma
ni eſſet ornatus: cum primũ in vlteriorẽ gal
liam reuertiſſet: nõ tam cõtentus ꝑſenti lau
de: quin maiorem quandaȝ ⁊ clariorẽ animo
meditatus: robuſtis firmiſſimiſqꝫ copijs hiſ
paniam petit. Ea enĩ ꝑ id temporis ſceleri
tatis perditi Machometi ſectatoribꝰ ſeruie
bat. Tota erat in tetro ſarracenoꝝ ⁊ flagitio
ſiſſimo dominatu. Diuturnum fuit periculo
ſiſſimũqꝫ belluȝ. Multe pugne: multe vtrin
qꝫ clades: euentus varij. Sed tandẽ effectũ
eſt diuina benignitate vt prudẽtia ⁊ ꝑſeuerã
tia karoli exercituſqꝫ virtute: ijdeȝ impij ho
ſtes chriſti eque fuerint extrema calamitate
preſſi: vt eiuſdem ꝑfidie ſocij ad aſpeꝝ mon
tem Afri ab eodẽ karolo deleti ſint. Nonne
eadẽ fuit honeſtatis cauſa Ludouico pio hu
ius Karoli magni filio: dum tanto cũ labore
atqꝫ periculo liberauit vrbem rhomã duriſſi
mo ſarracenoꝝ iugo: qui ſaltem egyptioꝝ du
ctu ꝑ nephariam quorũdam rhomanoꝝ cõiu
rationem in italiaȝ fuerant accerſiti. Nonne
Ludouicus ille rex ſanctiſſimus qui primus
regum oĩm chriſtianiſſimus dictus eſt apud
multos qui ꝓmum vt ſtaret conuẽtis: vt iuſ
iurandum ſeruaret: vt illud quod honeſtũ di
cimus tueret: exhauſit theſauros ſuos oẽs:
⁊ quã anno ſupiore ceperat cum ingenti pre
da Damiatã: hoc enĩ nomine Canopũ appel
lant: reſtituit ſarracenis. Deinde comparato
rurſus ex vniuerſa gallia exercitu: ob eãdem
vim honeſtatis in Aphricam traiecit: eo con
ſilio: ea mente vt nõ modo acceptam in egy
pto calamitatem vlciſceretur: ſed oẽm impu
riſſimi Machometi ſupſtitionem tolleret e
terra viuentium. Id qđ facile effeciſſet: niſi
peſtilentie vi correptus apud Tyneta: quaȝ
obſederat: vna cum filio Ludouico albaniqꝫ
cardinali ac infinito pene chriſtianorum nu
mero ex hac luce migraſſet. Naȝ quod aliud
deſiderium fuiſſe credimus francis illis reli
quiſqꝫ gallis: qui duce Gotthifredo: vbi in
Aſiam perueniſſent: ſarracenos apud Dama
ſcum pugna ſuperarunt: apud Antiochiam
perſas et turchos contriuerunt. Meſopota

karolꝰ magnꝰ ſarracenos deuicit.

D Ludouicꝰ pius ſarracẽos rhoma expulit

Sanctus ludouicꝰ ꝯ ſarracenos.

gotthifredus contra eoſdẽ

miam omnem recuperarunt: ac rurſus ſarra
cenis in ſyria ad internitionem vſqꝫ profli
gatis: Marrhaqꝫ ac Barcha populoſiſſimis
munitiſſimiſqꝫ vrbibus expugnatis: ſanctaȝ
ciuitatem: vniuerſamqꝫ paleſtinam: qđ Hen
rico tertio imperante fecerat. Item Boha
mundus erubeſcenda infidelium ſeruitute
liberarunt: poſſederuntqꝫ mirabili cum chri
ſtiani noĩs incremento annos octo ⁊. lxxx. ad
Saladini vſqꝫ tẽpeſtateȝ. Hec de francis in
italorum hiſtorijs non ſolum legimus: ſed ⁊
perlegimus. Magne laudi datum eſt. G.
Iulio ceſari qꝫ britãnos difficili bello ſuper
aſſet: qui ⁊ Liberum ⁊ Herculẽ peritiſſimos
duos clariſſimos potentiſſimoſqꝫ duces ver
tiſſet in fugam: ⁊ ab nemine ipſi vnqꝫ eſſent
ſuperati. At eoſdem ab anglis nõmodo ſu
peratos ⁊ victos: ſed patrio ſolo extermina
tos oſtendit gallia. Qanto autem angli ſint
francis inferiores: frequentes permagneqꝫ
de his habite a Karolo ſeptimo francoruȝ re
ge victorie declarant. Apud italos paucos
ceſares viros tales: qualis fuit Iulius ceſar
reperies. Apud gallos autem multos tales
clariſſimos potentiſſimoſqꝫ reges claruiſſe
conſtat. Quibus in bello vincitur: ea nume
ro tria eſſe ſapientes dicunt: que in galloruȝ
regibus eſſe reperies. Imperatoris preſtan
tiam: militum multitudinem ac robur ⁊ pecu
niarie rei cõmodum. Sunt eniȝ nũmi perin
de atqꝫ nerui quidam rerum bellicaruȝ. Que
quidem omnia in gallia reperies. Nam vt
de nũmorum copia conticeſcam: quibus gal
lorum regem atqꝫ regnum mirabiliter afflue
re omnes ſciunt. Apud gallos exercitus eſt:
qui, ⁊ magnus ⁊ firmus: et qꝫ diutiſſime aſſi
dua militia ſumma cuȝ laude exercitatus ad
uerſus maximas eaſdemqꝫ omniuȝ maxime
formidabiles anglorum germanorumqꝫ vi
res. quibus vniuerſa fere gallia circundatur
ne vniuerſum quidem hominum genus per
timeſcat. Imperatoris preſtantiam duabus
rebus conſtare puto: prudentia ⁊ virtute qui
bus ipſis ⁊ auctoritas omnis ⁊ euentus pro
ſperi pariuntur. Nam ratio ⁊ conſilium cum
omnibus in rebus plurimum valeant tum
in bello gerendo maxime. Qui enim rei mili
taris et imperij ſit ignarus: recte agere nihil
poteſt: neqꝫ pugnando: neqꝫ imperando. Ab
initio vero regni ſui in hanc vſqꝫ etatem a
deo prudenter circa artem militarem verſa
ti ſunt galli: vt nullum omnino neqꝫ impera
torum: neqꝫ militum induſtria: aut vſus vl
lus: aut ratio vlla eos latere queat. Virtus

E Tribꝰ in bellis vincitur.



M.E.C.D. 2016

autem in gallorum regibus tanta fuit: quan-
ta in aliis regibus aut imperatoribus fuerit
vnq̄. ⁋ De gallorum virtutibus audi quid
aduerſarij veritate coacti ſunt dicere. Ipſe
enim Antonius ſabellicus vir vtriq; eloquēs
Sabellicus d̄ frācis. gallorum tamen emulus Eneadis decime li-
bro tertio de gallorum moribus ita ait. Ri-
tus gallorum omnino diuerſus ab eo qui oliȝ
fuit. Malorum quondam demonum culto-
res hi vt cetere gentes: nunc vere pietatis
obſeruantiſſimi. Viuebant tum populi quiſ-
q; ſibi: viuebant ⁊ ciuitates. Pauci numero
reguli in tota gente: nunc regis imperium la-
te omnia tenet. Matrimonia italico ritu ce-
lebrant. Liberales artes multis cure ſunt: ⁊
in primis diuinarum artium ſtudia. Gymna-
ſium: quod pariſijs eſt: id declarat: omnium
que ſunt in terris celeberrimuȝ. Sunt ⁊ rho-
manorum litterarum appetentiſſimi: nec gre-
ca aſpernantur. Penes magiſtratus iudicia
ſunt: regum eſt hos legere. In bellis cata-
phracto equite vtuntur: peditecq; leuiter ar-
mato. Vtuntur ⁊ ſagittarijs: qui longiores
intendunt arcus: nec corneos vt ſcythe ⁊ to-
tus fere oriens: ſed ⁊ taxo aliaue duriore ma-
teria. Sunt franci Troiana ſtirpe oriundi.
Johanne vginis egregiū factum Et libro eodem ait. Temporibus Caroli ſep-
timi francorū regis incidiſſe crediderim Jo-
hāne gallice virginis facinus illud omni euo
memorabile: cum gallorū opes anglicis bel-
lis infracte iacerent: puella celeſti voce mo-
nita (vt creditur) virili habitu armiſq; in-
ſtructa: ductare cepit exercituȝ. Dein cum ho-
ſtibus ſepius cōgreſſa inter primos dimicās
multo maximā francorum partem ex anglis
recepit. Per hec tempora dicit Sabellicus:
aut certe nō multum prius Johānem arme-
niaci comitem inceſto ſororis amore infamē
eiuſq; nuptias affectāteȝ: principatu expulit
Carolus. Quod ꝙ a veritate ſit alienū ſciūt
omnes. Nam Johānem armeniacum in ga-
ſconia occiſuȝ nō a Carolo: ſed a ludouico. xi
fama vulgatiſſima eſt. Non mirandum ergo
ſi Sabellicus pleriſq; in locis errauerit: ac
de gallis male ſenſerit: cum in recentioribus
hiſtorijs de armeniacis errauerit. Et enea-
dis octaue libro octauo de gallis ſcribit ita
idem Sabellicus. Erāt in hiſpania plurimi
mortales a vero fidei cultu abhorrentes: ceſ-
ſeruntq; plereq; harum gentium vrbes gal-
licis armis: ⁊ in his opibus ⁊ celebritate no-
minis florentiſſime auguſta ⁊ Pāpilonia vi
capte atq; hoſtiliter direpte. Tenebāt tum la-
te hiſpaniam Ibnalachus et Denizes: q̄ ſuis
viribus diffiſi: pacem his ſibi conditionibus
redemerunt: vt Carolus ſuper magnuȝ auri
pondus quod tributi noīe dabatur: citerioreȝ
haberet hiſpaniam. Sunt qui ſcribant tres
fuiſſe reges qui in hec federa venerūt. Cete-
rum Carolus victor: cum victorem in galliā
reduceret exercitum: circa pyreneum in va-
ſconum inſidias incidit. Per diem iniquo eſt
loco dimicatū. Multiq; gallici noīs eo pre-
lio periere. ⁊ in his anſelmus: Egibardus: ⁊ Rolandus perijt.
omnium gallorū fortiſſimus Rolandus Ca-
roli ex ſorore nepos: cui⁹ fama plus ꝙ heroi-
ca manauit ad poſteros. Perijt vir fortiſſim⁹
poſt ingentem ſuorum ſtragem: nec ferro vt
aiunt: ſed ſiti. Vaſcones egre a gallis repul-
ſi: onuſti preda in tutum cōceſſere. Ceterum
ſi quam ex cruenta illa victoria leticiam ſen-
ſere perbreuem fecit illis Carolus: qui gen-
tem ipſam eſt cōfeſtim atroci bello inſectat⁹
Etenim ſepe ceſi belliciſq; cladibus varie af-
flicti: meritas ſue ꝑfidie luerunt penas. Hec
ſabellicus. Perijt Rolandus annos duos et
quadraginta natus: vt Turpinus ſcribit. Te- G
ſtaturq; id breue carmen: quod ſemper Caro-
lus in ore habuiſſe dicit. Tu patriā repetis:
nos triſte ſub orbe relinquis: Te tenet aula
nitēs nos lachrymoſa dies. Sed q̄ luſtra ge-
ris octo binos ſuper annos Ereptus terris
iuſtus ad aſtra redis. Et eneadis none libro
nono. idem Sabellicus de karolo magno
ita ſcribit. Mira ſunt que de eius viri indo-
le et ingenio prodita ſunt memorie. Juxta
pacis belliq; artibus eminens. Inſignis in
eo pietas: beneficentia et humanitas: quan-
ta in ſuperiorum principum nullo. Difficile
dictu eſt bellica virtus maior an felicitas in
eo fuerit. Nullus vnquam in Europa plu-
res ſubegit gentes. Nemo bonarum artium
ſtudia indulgentius fouit: impenſius ada-
mauit. Albinum: cui Alchuini cognomen
redditur: ex Britannia a regibus miſſum: vt
pacem a ſe impetraret: ob eximiam eruditio-
nem complexus ex legato hoſpitem fecit ſu-
um: ex hoſpite preceptorem: vetus atheni-
enſium imitatus exemplum: qui Gorgiam
a Leontinis publice ad ſe miſſum: legatio-
nis munere defunctum: Athenis remorati
ſunt: eius capti eloquentia. Pariſijs diuine Studij pariſieñ. inſtitutio.
humaneq; ſapientie Gymnaſium inſtituit: ⁊
in italia Ticini alterum. vt quibuſdam pla-
cere video. Adijciunt caſum memorabilem.
Viri duo monaſtice profeſſionis cuȝ britan-
nicis mercatoribus ex hybernia in galliam
delati: cum alij alias merces ꝓponerent: ſe

M.E.C.D. 2016

ſapientiam venalem habere alta voce teſtati: ſi emptorem inueniant. Crediti ſunt primum delirare: mox quotidiana predicatione cepta eſt a paucis: vt ſit illorum aſſeueratio animaduerti. Interim rumore in regiam ꝑlato: ad karoli conſpectum accerſiti: appellatiqꝫ coram rege: de venali merce: cum idem teſtarentur rogati: ⁊ quanti ſtatuta eſſet emere volenti. Victu inquiunt docentis: et veſtitu. Ceterum karolus bellicis impeditus curis. Nam hec aliquanto antea acciderunt ꝙ̄ imperij nomen ſit adeptus. Horum vnuꝫ pariſijs collocauit. Clementis aiunt illi nomen fuiſſe: cui ex omni ordine ciuitatis dati ſunt iuuenes inſtituendi. Alter in italiam tranſire iuſſus: ac Ticini: nunc Papia eſt: ſapientiam docere. Eſt et alius ſermo de pariſien̄. Gymnaſio: vt a quattuor ſit viris monaſtice profeſſionis inſtitutum. Rabano: Alchuino: Claudio: ⁊ Johanne ſcotho. Conſulto miſſa facio alia que Sabellicus ipſe de Karoli ſtatura ⁊ viribus ſcripſit in gallorum cōmendation m. Mirandum de tam excellenti ſcriptore qui precedentium gallorum regum geſta intantuꝫ laudauerit: quonam pacto de eorum factis quos noſtra cognouit etas: nec minora ꝙ̄ reliqui egerunt: tam ſobrie citra manifeſtam veritatem locutus ſit. De Clodoueo ſcribit Eneadis decime libro tertio ita. Clodoueus qui francorum regum primus chriſtianam coluit pietatem: Syagrium Egidij filium bello vicit: victum regno expulit: pulſum et a Gothis ad quos cōfugerat: repetitum ac deditum hoſtiliter interfecit. Intulit inde Clodoueus bellum gothis et aquitanis: equum pro victoria vouit damnatuſqꝫ voti tenui eſt pecunia conatus quadrupedem redimere. Ceterum tam diu bellator equus ſtetit immotus: donec maius ſit precium pro eo datum. Tum rex bonus inquit propitiuſqꝫ fuit mihi in prelio diuus: cuius hic equus eſt (hinc enim celitus res vota erat) ſed negociator nimis auidus. Alia multa de gallorum regibus: eorundeꝫ moribus ⁊ virtutibus dicit. Sed cum incidit in karolum. viij. virum liberalem: pium: ⁊ miſericordem. Et in Ludouicum duodecimum virum chriſtianiſſimum prudentiſſimumqꝫ: multa non hiſtorice: ſed preter hiſtorie legeꝫ per licentiam poetice ⁊ fabuloſe ſcribit: ⁊ precipue de gallorum illa victoria apud ripam Tarri fluuij cum ait. Res veneta eo die ſuperior fuit: ꝙ impedimētis gallo ademptis: hoſtis qua venetus voluit ire coactus eſt: nō qua iturus putabatur. Contra gallus ad ſe victoriam trahere: ꝙ italis a ſe cum cede repulſis deſtinatum iter tenuiſſet. Sed ꝙ veneti potiti ſint victoria: non tam falſum ꝙ̄ ridiculoſum eſſe iamdiu ad indos vſqꝫ extremos fama certiſſima euolauit. Galli enim iuſtiſſime ad ſe victoriam trahere poſſunt.

H Sabellic⁹ male de gallis ſentit.

Nam quemadmodum Xerxes perſarum rex cum tanto exercitu a Themiſtocle non minus arte ꝙ̄ viribus fugatus eſt. Sic itali ab vno karolo non ſolum fugati: ſed ceſi eo die ſunt. Dicit enim ipſe Sabellicus tanquam a veritate: que omnium fortiſſima eſt: coactus ita. Ceſorum numerus parum iniri potuit. ſatis conſtat duplo maiorem numerum ex italico exercitu ꝙ̄ gallico cecidiſſe. Ceciderunt ex venetis ducibus Rodulphus gonzaga. Franciſcus patruus. Rhānuſius pharneſius: et alij pleriqꝫ viri illuſtres. Hec Sabellicus. Dicere non debuit duplo maiorem numerum ⁊c. Nullam enim proportionem facere debuiſſet. cuꝫ nullius ad plurima nulla ſit proportio. Quod etiam ait multo plures ex gallorum primoribus cecidiſſe ⁊c. a veritate perꝙ̄ alienum eſt: quoniam ex primorum numero in eo congreſſu occubuiſſe inuentus eſt nullus: preter vnum Julianum ducis cuiuſdam gallorum exercitus vice fungentem: qui fortiter dimicans tandem cecidit. Non tamen eo inficias nothum Borbonij: de quo ſuperius: nonnulloſqꝫ alios fuiſſe captos. Item ait idem Sabellicus. Fateri oportet eo die a venetis ducibus maiore animo ꝙ̄ conſilio dimicatum. Sed queſo dicat mihi venetus: vbinam tum veneti ſenatus tam maturum conſilium: vbi eorundem prudentia: que rerum exitus metitur: que tantopere ab italis ſcriptoribus commendatur? Reſpondebit forſitan eo die quo apud Tarrum fluuium dimicatum eſt: venetos noluiſſe tantum et conſilij et prudentie theſaurum cōmittere ducib⁹: nec belli diſcrimini exponere: ne forte cum ipſis periclitaretur: ac ſic cum militibus ſuis amitterent et theſaurum. Sed coniectura ducor eos huiuſcemodi theſaurum cum pecunie ſue theſauris in quibus confidunt: eo die recondiſſe: vt illic in tuto ſub ſancti Marci tutela reſeruaretur. Sed iocatum ſatis. Enarrando regis karoli virtutes: non Sabellicum: ſed alios ex italis qui illius experti ſunt vires: citabo teſtes. Et imprimis Jacobum Philip-



M.E.C.D. 2016

pum bergomenſem ordinis heremitarum in
eo quem ſupplementum ſupplementi chro-
nicarum nuncupauit: libro :in quo tametſi
multa citra veritatem:tamen plura a veri-
tate coactus in francorum laudem ſcripſit.
Eiuſdem voluminis libro decimoſexto de
Karolo octauo gallorum rege ſic ait. Ne-
minem equidem me legiſſe ex regibus gal-
lis fateor a magno Hugone citra:qui aut in
bellis conficiendis: et regnis adipiſcendis:
aut animi magnanimitate clementiaqꝫ :et
maxime pietate:huic paruulo regi ſit prefe-
rendus. Nemo vnquam ipſorum regum ita-
liam intrare auſus eſt. De eo equidem dice-
re auſim: quod Virgilium de Octauiano
dixiſſe crediderim. Maior in exiguo regna-
bat corpore virtus. Huius etenim victoria-
rum incredibilis fama vniuerſam Europam
vſqꝫ ad Aſiam timore ⁊ admiratione profe-
cto concuſſit. Unde et Baſietus turchorum
imperator de bello cogitare cepit. Fuit hic
excellentiſſimus rex ex omnibus miris lau-
dibus [illegible]rte commendandus. Hec Jacobus
Bergomenſis. Quamuis in hoc a veritate
coactus: vt Balaam ab angelo: de rege ka-
rolo vera ſcripſerit: In alijs tamen multis
ne dixero omnibus: hiſtorijs de gallorum re
gibus adeo mendoſe locutus eſt: vt non plu-
ribus maculis pardus: q̄ iſte erratis ⁊ men-
datijs fedatus videatur. Nam et ſibiipſi
multis in locis contrarius inuentus eſt.
Unde vt ſuperius dictum eſt: victoriam ad
furnouum ruſculum dicit fuiſſe pro vene-
tis ducibus. Et alibi ita ait. Etſi gallo vi
ctoria creditur: non tamen incruenta.
Iſte autem cum Baptiſta Mantuano et
Sabellico tam male de gallorum geſtis ſen
ſit: vt nonmodo non hyſtoricus: verum nec
poeta quidem veniat dicendus: ſed potius
zoilus a veri poete officio peregrinus. Au-
diamꝰ preterea quid de Ludouico chriſtianiſ
ſimo gallorum impreſentiarum rege. xij. di-
xerit. Ait enim libro iam dicto vbi loquitur
de pugna Caroli octaui contra britannos a-
pud ſanctum Aubinum. Cū Franciſcus bri-
tannie dux aurelianenſem ducem: Orengeqꝫ
principem: ſuos ſubditos barones ſuas in
partes aſciuiſſet: ſuum imperatorez Jacobū
galeoti contra eundem britannie ducem cuꝫ
magna manu miſit. Qui et maximo prelio et
acriter inter ſe decertarunt. Quo quidem ex
vtraqꝫ parte ad ſex hominum milia fuerunt
ceſa. Inter quos ⁊ ipſe Jacobus dux: licet vi
ctor: ceſus occubuit. Britannie autem dux
dum ſe profligatum videret: ne in hoſtium
manꝰ deueniret: fuga ſe eripuit. Aurelianen
ſis vero et Orenge principes capti: et ad re-
gem perducti: eueſtigio aurelianēſem ducem
nomine Carolum per centuriorem decapita
ri mandauit. Quo mortuo pax confeſtim ſub
ſecuta eſt. Hec Jacobus ipſe bergomenſis.
Quo mendatio a veritate alienuꝫ magis eſt
nihil. Et vt idem mendatium magis corro-
boraret paulo infra ita ait. Ludouicus aure-
lianenſiū dux hoc anno karolo francoꝝ rege
ſine vllis liberis vita functo: eidem nō mul
ta difficultate in ipſo regno ſuccedens in pre
ſens vſqꝫ quinqꝫ annis regnauit. Hic impri
mis Carolum ducem habuit patrem: quem
idem Carolus rex predeceſſor ob conſpiratio
nis et rebellionis notam: ac publicam fidem
violatam: captum ſecuri percuti mādauerat
Hec iacobus ipſe. Hec et ſexingentas alias
ineptias rediculas in gallos confert ille qui
ſupplementum ſupplementi non hiſtoriaruꝫ
verum fabularuꝫ ſcripſiſſe dicitur. qui homo
omnium ineptiſſimus: niſi ſacris foret inicia
tus. qui nullum niſi campanarum aut tympa
norum nouerit ſonum. Cuius inſanie reſpon
dere ad ſingula que ſunt prioribus inconcin
niora vanum atqꝫ ſtultiſſimum videretur.
Non legit opinor: aut ſaltem ſi legerit nō be
ne tenuit memoria: horatianum illud prece-
ptum. Sumite materiam veſtris qui ſcribi-
tis equam Uiribus: et verſate diu quid fer-
re recuſent: Quid valeant humeri. Nec ſatis
reuoluit veterum aut etiam recentium ſcrip
torum annales mera citra omnem adulatio-
nem: continentes veritatem. Litteris man-
dauit ipſe Jacobus Carolum aurelianorū du
cem Ludouici huius impreſentiarum regis
patrem cū Orenge principe a Carolo. viij.
captum: quem vltimo ſupplicio plecti man-
dauerat. Quid hoc errore a veritate magis
alienum: Quid falſitati magis propinquum
Conceſſerat namqꝫ fato Karolus dux aure-
lianenſiuꝫ huius Ludouici pater multis an-
nis ante hoc bellum: immo ⁊ ante regis ka-
roli octaui coronationez. Quem item Ludo-
uicus filiꝰ in regnum ſublimatus anno dñi
M. quingenteſimoſexto exhumari precepit
atqꝫ pariſiꝰ in pōpa funebri deferri fecit: atqꝫ
ibidē in ɔuētu celeſtinoꝝ in ſacello vbi maio
res ſui ſibi elegerūt ſepulturā: ſepeliri. Non

Bergomēſis ꝺ rege karolo viij.

De rege Ludouico xij.

bergamēſis error.

Horatius in de arte poetica.

M.E.C.D. 2016

ergo mirandum ſi in pleriſq; errauerit: cum hic in manifeſtiſſimum inciderit errorē. Nō inquā mirandū allucinatorem illum ſuum in nos virus euomuiſſe: qui propter innatam mentis imbecillitatem Antonium ſabellicū: Baptiſtam mantuanū: alioſq; italos minores ſcriptores: qui partim liuore et inuidia moti: partim pecunia (cui omnia obediunt) corrupti in gallos ſcriptis ſuis inuehuntur: inſecutus eſt. Qui propter quandam animi peruerſitatem ⁊ inanem gloriā oēs priſcos illos atq; illuſtres gallos: quorum memoria omnibus ſeculis ſumme laudis veneratione celebrata eſt: fera quadam immaniq; proteruitate contemnunt: culpant ⁊ aſpernant. ⁊ tanq̄ fortune rotam in manu tenentes: ſurſum deorſumq; voluūt ac verſant omnia: et ad ſuum arbitrium trahunt. Sed q̄ de alijs male ſentiant: ceteriſq; detrahant nationib? mirandum non eſt: cum in alterutrum nonmodo verbis ⁊ ſcriptis: verum etiam armis (vt omnibus notū eſt) inuehantur. Nam eſt italis innata detrahendi maledicendiq; cupiditas: que coalitur eis atq; concreſcit. Et vt omiſſis alijs: de doctis fiat ſermo: nonne C. Saluſtius in. M. Ciceronem ſcriptis inuectus eſt: quorum extant inuectiue. Nōne et laurentius ille valla Priſcianum: Donatum: Seruiū. Nonium marcellū: Pompeiū feſtum. Varronem: Ariſtotelem: Ciceronē. Titū liuium: Saluſtiū: Lactantiū: ceteroſq; latine lingue auctores neq; elegantes fuiſſe ⁊ plurimis in locis ſenſa verborum nō recte poſuiſſe teſtatur? Hieronymū etiā improbat aſſerens multa ab eo perperam in ſacra pagina eſſe in latinū traducta. Et beatū Auguſtinū de fato: de trinitate: ⁊ diuina prouidētia non recte ſenſiſſe fatetur. Nonne ⁊ Merula quidā contra Galeotum ſcripſit? ⁊ ediuerſo Nonne Pogius florentinus in Vallam et ediuerſo? Et ex theologis nonne Picus mirandula in quendā fratrē ordinis predicatoꝝ et idē in Picum inuehebatur? Nonne ⁊ Lucius bellantius in Picum inuehebatur? Ex medicis aūt nōne Jacobus de forliuio cōtra Gētilem fulginatem. Hugo ſenenſis contra Jacobū de forliuio. Sermoneta cōtra hugonē ⁊ Jacobū. Nonne ⁊ Johannes herculanus contra eoſdem: aſſerens Hugonē et Jacobum neſcire ordinare vnū enema ſiue clyſterium. Et ex recentioribus medicis ille qui lumen maius ſcripſit: alium qui lumen apothecariorum compoſuit: vocat lumen non luminans: lumen male lucēs: lumen obtenebroſum. Et zerbus complures reprehendit.

Scriptorum italorū inuidia

Minime igitur mirandum ſi in exteras nationes inuehantur: atq; dente ſuo canino in rabiem verſo petulanter nimium lacerent et reprehendant: cum ⁊ inuicem iniurijs laceſſent: ⁊ tantopere ſecum diſſideant. Et noſtris temporibus vidimus Pariſius quendā Hieronymum balbum contra Fauſtum et Guilhelmum tardiuum ita balbutientem et garrientem vt totam vniuerſitatem ſua loquacitate picarum inſtar commouerit atq; turbauerit: qui tandem infamie nota contracta coactus eſt hoſpite (vt aiunt) inſalutato abire: ad anglos (quos penitus toto diuiſos orbe britannos poeta aſſerit) ſe cōtulit. Sūt enim iſti: qui donis dei gratuitis abutuntur ex illorum numero de quibus ipſe Baptiſta mantuanus in libello ſuo contra poetas impudice loquentes ait. Sunt quibus eloquij datur aurea vena poete: Sed cadit ī ſordes inficiturq; luto. Sed potius mirandum de ipſomet baptiſta mantuano homine religioſe profeſſionis: ſacriſq; initiato: huius noſtri eui poetarum principe longe doctiſſimo: cum apud omnes tum doctos: tum virtute precipua inſignitos maxime ſemper fuerit eſtimationis ob ſua ſingulari doctrina referta volumiua: quonam pacto veritate poſt habita ob neſcio cuius principis fauorē animum appulerit ad quoddam: quod tropheū pro gallis expulſis intitulauit: opuſculum cōſcribēdū: mēdacijs euidētiſſimis figmētiſq; nihil aut ſaltē valde parum veri habentib? refertiſſimum. Quod ſibi haud parum dedecoris nonmodo non attulit: verum etiam et operum ſuorum et done fame: qua nihil preſtantius: non mediocrem labem incurriſſe dicitur: quemadmodum de Alberto magno ſui temporis theologorum facile principe: complures fabulantur: qui propter quoddam de ſecretis mulierum opuſculum vulgo nuncupatum: cum plurima exquiſitiſſime doctrine ſcripſerit volumina: infamiam non paruā contraxiſſe perhibetur. Sed de his hactenus: Reliquum eſt vt quorumdam litteratorum virorum ſuis carminibus regem celebrantium teſtimonia in medium afferam?

Virg.

¶ Antonij Mancinelli ad Karolū octauū francorum regem in expeditione neapolitana. Velitris hoſpitantem. Milleſimo quadringenteſſimo. nonageſimo. v. Carmen.

Rex regum: terrorq; hoſtis: rerūq; poteſtas
Felici auſpicio veneris Italiam.

M.E.C.D. 2016

Vtqꝫ oliꝫ Senones vrbē: Carthagis arces
Scipio: Parthenopes inclita regna cape
Qđ fore nec dubiū: preſtas pietate tyrannū:
Conſilio ac armis viribus ingenio.
Nec tibi defuerit gallorū gente creatus.
Gyraldus: ſi nos mitius aſpicias.
Js ſanctus noſtre eſt vrbis tutela ſaluſqꝫ:
Hoſtibus hinc olim plūbea glans cecidit
Nec minus in gallo ſperamus cōmoda rege:
Numine Gyraldi ſis rogo noſtra ſalus.

Idē ad karolū regē Parthenope redeūtē.

Magnus Alexāder pugnādo ſepius acrem
Vt dariū vicit: Perſeon Aemilius.
Carolus Jtaliam terret certamine nullo:
Dūtaxat gypſo rhoma ſuperba patet.
Effugit Alphonſus regali ſede relicta:
Effugit heu ſolo nomine ſollicitus.
Ceſaris haud aliter Pōpeiꝰ nomē abhorrēs
Cū patribus longe fugit ab vrbe citus.
Maior Alexandro Gallus: cū nomine ſolo
[illegible]perit Auſoniā: Thratia regna tremāt.
Ceſaris ergo magis ſimilis: quapropť vt ille
Jmperiū oceano terminet aſtra colat.

Publius fauſtus Andrelinus forliuienſis Poeta laureatus in opere quod de ſecunda victoria neapolitana edidit. de rege Carolo ſic cecinit.

Magnanimo primū Carlo deuicta laborem
Parthenopea dedit: Carlo quē parca ſeuera
Ante ſuā rapuit diſrupto ſtamine lucem.

De eodem Carolo. viij. aliud epithaphiū.

Qui puer accepit regnū: ciuilia bella
Compreſſit: gentes cōtudit armoricas.
Terruit Jtaliam referens victricia regna.
Oſtenſus fatis conditur hoc tumulo.

Publij fauſti Andrelini forolinienſis regij poete laureati. Epithaphium in eundem regem Carolum.

Quiſquis es o pͥnceps ſceptro ne fide potēti
Aut hoc aut alio mors venit equa modo.
Carolus en ſitus eſt: cui victa britānia ceſſit:
Captaqꝫ cū patrio parthenopeia ſolo.
Qui latio inſubres vndauit ſanguīe cāpos:
Proſtrato in francos dū redit hoſte lares.
Qui ꝓfugū ex angla regē ditiōe recepit:
Partaqꝫ victrici ſceptra cohorte dedit.
Quo duce iacta fuit grato burgundia freno
Dum terror cunctis ſtaret amorqꝫ plagis.
Dicta bella die ſemper victritia geſſit:
Magnanimo tantū pectore robur erat
Q̄ menti rector generoſe debet hyberus
Oppida cui nullo reddidit aucta metu.
Juſtior haud recta Traianus lance nitebat:
Non ſtabili melior religione Numa
Plura ne Auguſte fuderūt munera palme:
Munera magnanimū teſtificata ducem.
Dū ſua regna ſtudet cetu decorare diſerto:
Jnqꝫ omni ſanctos ede locare patres.
Dū preſſos nimio populos releuare tributo:
Et gerere inuicta ſplendidiora manu.
Interceptus obit primoqꝫ extinctus in euo
Heu tanto inuidit mors inopina duci.
Aſt immaturā penſat noua gloria mortem:
Extremū ſupāt inclyta geſta rogum.

Eiuſdem aliud in eundem.

Nō aurū: nō ſtēma iuuat: nō forma: nec etas
Nec regū populis imperioſus apex.
Oīa mors ſoluit: nec morti obſiſtere quēq̄
Fata ſinunt: fatis cedite: vita nihil.

Aliud eiuſdem in eundem.

Religio: bonitas: animus: donatio: iuſtum:
Hoc ſita ſunt tecum Carole ſumme loco.

Nunc de Ludouico. xij. francorū rege chriſtianiſſimo aliquid dicendū: ſed tamen minꝰ q̄ ſua virtus mereatur dicturi ſumꝰ. Eſt hic oīm regū ſummus iuſticie cultor: atqꝫ obſeruātiſſimꝰ equi: clemētie atqꝫ vrbanitatis admirabilis. Admirabili virtute et felicitate gallorꝫ regnū magnifice ampliauit. Subtili ingenio ⁊ facūdia preſtāti atqꝫ modeſtia preditus. Nūc feliciter apud ſuos regni ſceptra moderať. Populū ſuum plus alijs qui ante eū regni ſceptra tenuerunt. in tranquillitate cōſeruare ſtudet. Eundēqꝫ et tributorꝫ et aliarū impoſitionū graui onere: quo ante premebatur: leuauit. maximaqꝫ erga ſubditos ſuos atqꝫ cetera reipu. ſtatū concernentia vſus ē pietate atqꝫ prudentia. Eius animi ſapientia ꝯſiliū atqꝫ relique virtutes oībus ſunt admirationi: adeo vt difficillimū ſit dijudicare in qua earū preſtet: vel ob quā maiorem promereatur laudem. Eſt etiā bonarū litterarū amantiſſimus: ac virorū doctorꝫ obſeruatiſſimus: ⁊ librorum cupidiſſimus inſtar Ptolomei Philadelphi. qui Demetriū phalerū bibliothece ſue prefecit: grādem pecuniā ei tradēs: vt vndiqꝫ ad bibliothecā regis vel emē

M.E.C.D. 2016

do vel tranſcribendo libros congregaret. Et cum eum interrogaſſet quotnã libri iam in bibliothecis eſſent. Reſpondit plures q̄ ducenta milia: ſed breui tempore ad quingenta milia poſſe peruenire putabat. Sic item Ludouicus noſter chriſtianiſſimus libros vndi-qz non minori diligẽtia perquiri atqz ornari iubet. Nec minus ſumptuoſam q̄ ipſe Philadelphus bibliothecã extruxit vir certe prudentiſſimus: ⁊ tanto principatu digniſſimus qui regio diademate ſuſcepto: omnia que ad reipu. ſtatũ pertinere arbitrabatur: maxima animi prudentia diſpoſuit. Que de ipſo itali ſcriptores eiꝰ animi virtutes admirati: litterarum monumẽtis mandarũt: recenſere oĩa

Virg. prolixum eſſet: nec hoc ipſa ſibi tẽpus ſpectacula poſcit: ſubijciã tamẽ nõnulla ex multis que Fauſtus ille Andrelinus poetã laureatus in eius cõmendationem carmine elegantiſſimo proſecutus eſt. Ait nanqz imprimis de captione Ludouici ſfortia.

Quãuis magnanimꝰ famã cõtemnat inanẽ:<br>
Seqz ipſo cõtentus eat: factoqz decenti<br>
Comprobet arcano virtus q̃ ſola receſſu.<br>
Succedẽs rectas tractet Ludouicꝰ habẽnas<br>
Et ſceptra expugnet captiuo ĩſubria mauro:

Idem Fauſtus in ſecunda expeditione neapolitana.

Sub iuga Parthenope ceruicẽ frãca rebellẽ<br>
P Ecce iterũ ſubdẽs vinclo arctata recenti:<br>
Expromenda nouo p̃bet ſpectacla triũpho.<br>
Sicut deficiens rhoma Carthago potenti<br>
His latia frenata manu: ternoqz furore<br>
In rapidas euerſa faces: gẽtẽqz ſubactã<br>
Illius ⁊ cineres capitolia ad alta minutos<br>
Vectus honorato deduxit Scipio curru.<br>
Digna quidẽ res cedroqz linenda perenni.<br>
Spõte ſua/ veniẽs regno fredericus adẽpto<br>
Victorẽ intrepida Ludouicũ fronte ſalutat.<br>
Mutuaqz exercẽt niueo cõmertia vultu:<br>
Nec tacitis fraudata dolis: ſʒ purus vtrinqz

Feruet amor: quẽ nr̃a vnq̃ labefecerit etas

Idem in eodem.

Nec minor excelſo Ludouicus rege feretur:<br>
Perdita reſtituit porro qui regna ſubacto<br>
Et captis maiora dedit. nã principis alti<br>
Magnanima exoptat ſolam victoria laudẽ.

Epitaphiũ ducum aurelianorum.

Quis iacet hic? Magni heroes Ludouicus et vxor<br>
Alma valẽtina regia progenies.<br>
Aureli ꝓceres Carolus cũ fratre Philippo<br>
Ille auus: illa auia ẽ: hic paẽ hic patruus<br>
Quis genus? a frãcis ſtudiũ qđ regna tueri<br>
Bellaqz ſanguinea ſollicitare manu.<br>
Que mulier ducis inſubri pulcherrima ꝓles<br>
Ius mediolani ſceptraqz dote dedit.<br>
Quis tumulum et pario poſuit de marmore ſigna?<br>
Et decus ⁊ regũ rex Ludouicus [illegible]os:<br>
Quãdo poſt ligurẽ inſubrẽ ſiculũqz triũphus<br>
Poſt captos reges ſforciadaſqz duces.<br>
Viuere debuerãt ꝓpter facta indyta ſemp:<br>
Debuerãt: ſed mors impia cũcta rapit.<br>
Nos ergo rapuit ꝓceres. nõ corpora tantum<br>
Semper erũt. anime gloria ſemp erit.

De Ludouico ſfortia quondam mediolanenſiũ duce.

Maurus ab anguifero luget depulſus olĩpo<br>
Gallicus exultãs rex modo ſceptra tenet:<br>
Sic variat fortuna vices: ſic lubrica ſors ẽ:<br>
Rebus vt elatis non ſit habenda fides.

Sequitur tractatus quidaʒ ſeriem et formulam introitus eiuſdem regis complectẽs: ab eodem domino Simphoriano ſuperadditus.

M.E.C.D. 2016

¶ Benedictus Portuenſis ad clarū virum Bartholomeum Juſtinianū de ſereniſſimi Ludouici .xij. francorū regis in vrbem Genuam aduentu.

Conſtat plerunq̃ viſos in vrbe noſtra, magnos ⁊ excellētes viros: clariſſimos terrarū principes: duces reges imperatores pontificeſq̃ maximos. Viſa etiā multa et memoratu digna ſpectacula. Verū francorū regē aliquem vllo tempore Genue fuiſſe: neminē cōperio: qui niſi per hos demū dies aut viderit vnq̃: aut legerit: illo fortaſſis excepto Ludouico: vt quibuſdā placet: quem ob vite ſctītatē inter diuos relatū colimus. Cū itaq̃ poſt exacta iam tot ſecula nouus ⁊ admirabilis cōſpectus Ludouici duodecimi frācorū regis oīm q̄ ante ſe fuerūt glorioſiſſimi nr̄is oculis affulſerit: exiſtimaui me haud inu[illegible]e ſane rei memoriā relaturū: ſi modo eius in hāc vrbē feliciſſimū aduentū perſcripſero: ſimulq̃ mōſtrauero quo apparatu: quo ſtudio: quoue affectu ciuitas i excipiēdo venerādoq̃ rege ſuo vſa ſit. Etſi ſcio me nullum oratiōis ornatū preſtare aut pmittere poſſe qui legētiū animos oblectet: iuuabit tn̄ fortaſſe ipſius rei nouitas: ⁊ ipꝛimis iucūdiſſimi principis relatu p̄ſentia. Tibi igit̄ Bartholomee Juſtiniane vir humaniſſime: qui abſens p id tēpus in corſicana digniſſima prefectura tot abs te mēſes cum ingenti laude adminiſtrata eo ſpectaculo caruiſti: quiq̃ vt eſt ſumma eruditio tua: cūcta ſemper ediſcere cupis: ſtatui munuſculū hoc meum dedicare: vt que fortaſſis aliunde minus compoſite cognouiſti: ordine magis ſuo ipſa perſpicias. Vale.

Annus tertius agebatur ex quo Ludouicꝰ duodecimus francorum rex mediolanenſē principatum: quē hereditario iure auie ſue paterne ſibi deberi pretēdebat: armis ſubegerat pulſo primum: deinde capto: et in galliam perducto Ludouico ſfortia duce: Accepta quoq̃ in poteſtatem per liberam ⁊ ſpontaneam deditionem vniuerſa Genuenſi ditione. Regnum etiam neapolitanum: cedente Federico rege biennio poſt adeptus: quod cū Ferdinando ⁊ Eliſabeth hiſpaniarū regibus ex federe parciendum erat. In diuiſione igitur regni ſuborta videbatur inter hiſpanos et gallos cōtentio: ⁊ ob id etiam ad arma deuentū: quod origo fuit ſecuti poſtea belli. Habebat per id tēpus Ceſar dux valentinenſis Alexandri pontificis maximi filius validum in Italia exercitum: nec facile apparebat in cuius partes inclinaturus eſſet. Verū conſtans oīm opinio erat: illic futurā eſſe victoriā: vbi dux adheſiſſet. Hic enī ſubactis fere omnibus regibus in Flaminea Piceno Tuſciaq̃ magnū ſibi nomen imperiūq̃ parauerat. Et cū maiora mente agitaret: ingreſſus agrū florentinū: ipſam quoq̃ vrbem florentiam mutare cōpulerat: ſequentibus eū factionis Medices qui extorres erant. Videbatur profecto ea res magni (ſicuti erat) momenti. et non mediocre diſcrimen quieti ſtatus regij afferre poſſe credebatur. In hac igitur agitatione rerū prudentiſſimus rex venit in Italiā: et premiſſo Neapolim exercitu: quem ad reſiſtēdum hoſti ſatis eſſe putauit: ipſe dies aliquot Mediolani Papieq̃ cōſtitit: Ubi ſapiētia ſua breui admodum tempore ſedatis Florentie rebus: ducem ipſum valentinenſem: quē nōnulli ab amicitia gallorum alienatū putabant: ad ſe traxit. ⁊ plures ſecum dies in magna gratia: et exiſtimatiōe habuit. Poſt hec de rebꝰ italie iā ſecurꝰ deſtinatum dudum iter ad viſendam vrbem Genuam rex perficere ſtatuit. Quod vbi genue cognitum eſt: fit ſenatuſconſultum vt q̃ maximo fieri poſſit honore: aduentus regius celebretur. Deliguntur ergo viri duodecim ex ciuitate primarij: quibus tota honorandi aduentus regij cura cōmittitur. Hi omnium primū neceſſariam pecuniam expediunt: que vt mox promeretur ingenti ſuffragiorum cōſenſu magiſtratus ſancti georgij fides interceſſit. Deinde cum legatos ad regē mittendos cenſuiſſent: qui reipublice nomine de illius in Italiam aduētu gratularentur: eumq̃ ad viſendam vrbē ſuā ſicut iam pollicitus fuerat inuitarēt. Placuit ſenatui legatos a ſe creari. Hi quattuor fuere. Brixius iuſtinianꝰ Paulus fiſcus: Bartholomeus cena: ⁊ Hieronymus auria. Brixius ⁊ Hieronymus tūc ſenatores erāt. Paulus duodecimuir. Itaq̃ dum vel publicis negotijs detinentur: vel ad munus legationis peragendum ſe parāt inſtruuntq̃: multorū dierū tempus elabitur. Fitq̃ preterea ex longiori cunctatione vt cum minus opportuno tempore ea legatio

M.E.C.D. 2016

expediri poſſe videretur. eius muneris fungē
di negocium per litteras datum ſit claro iu-
ris interpti dominico ſpinule: qui ex alia cau
ſa dudum apud regez legatus agebat. Inter
ea nunciabatur aduentus regis accelerari. ⁊
Genue neceſſaria ſummo ſtudio parabantur
Nihilqꝫ magis animos ciuium ſtimulabat
ꝙ pabuli penuria: quod in ſterili regione ad
excipiendos tot equos quot aduentare dice-
bantur: difficillimum haberi poſſe videbatur
quāꝙ vt poſtea compertum fuit: nec tantus
equorum numerus genuam acceſſit: ⁊ maior
pabuli ceterarumqꝫ rerum copia ſuppedita-
ta eſt. Jam dies inſtabat qua rex Papia di-
ſceſſurus eſſet. Eliguntur igitur a duodecim
viris quattuor ex omni ordine ciuitatis. An
dreas cicer: Bartholomeus cena: Auguſti-
nus auria: ⁊ Francus fliſcus: qui derthonaz
vſqꝫ profecturi regem publico nomine cōſa-
lutarent: venerarenturqꝫ. Parantur ⁊ iuue-
num caterue: quas ſocietates vocant: iture
ſingule obuiam vſqꝫ eo quo cuiqꝫ imperatuz
fuiſſet. Parantur hoſpitia domuſqꝫ paſſim p
vrbem ad excipiēduz regem: regiumqꝫ comi-
tatum: que per familias et alios ciuitatis or
dines: vt mos patrius erat: diſtribuebantur.
Conſtruuntur multa equorum ſtabula ne in
ciuitate maritima vbi rara ſunt: ⁊ perangu-
ſta collocandis equis ceteriſqꝫ iumentis re-
gijs deeſſent. Inſtaurantur vbiqꝫ vie intus
⁊ extra vrbem. Cliuus carinianis quo tendi
tur ad inuiolatam: qꝛ rex illic hoſpitaturus
erat: nō modo ab imo ad ſummitatez ſtratus
eſt: verum etiam vbi anguſtus erat latior fa
ctus. Via a porta diui Thome ad phareā tur
rim ſilice ac lapide fictili perſtrata. Palatium
etiam circunquaqꝫ lilijs ceteriſqꝫ inſignibus
regijs vt nunc cernitur depictū. Nulla deni
qꝫ omittitur diligētia: quin tanti regis aduē
tus celebraretur. Dum hec ita per ciues ge-
runtur. venit Papia citatis equis Philippꝰ
raueſteinſ princeps: qui tum Genuenſi ciui-
tati perſidebat. Nunciat regez ex Ticino an
te diem conſtitutam fuiſſe diſceſſurum: niſi
duello: quod in ſequenti die dominico futuꝝ
erat inter duos conſobrinos Mantuanos
ex gente Gonziaca: intereſſe decreuiſſet.
Sed illum poſtridie ſine dubio iter eſſe cap-
turum: proinde vt parata ſint omnia victui
preſertim neceſſaria hortatur. Et cognitis q̄
deſignata erant: non probauit queꝙ regi ob
uiam procul eſſe mittendum: ſed die tantum
qua vrbem ingreſſurus ſit: ſenatuz cū ceteris
ciuibus ad glaream vſqꝫ porcifere debere p-
ficiſci. Jbi regem oēs in aperto et patenti lo
co eſſe conſpecturum. Jbi ſuum quoſqꝫ prin
cipem veneraturos eſſe. Jta demū regie ma
ieſtati placere: cetera minꝰ grata ⁊ ſuperflua
fore. Hec preſidis verba fecere ne quattuor
obuiam regi progreſſuri veluti decretū erat:
miſſi fuerint: neue alius quiſpiam ante ad
uentus diem vltraue preſignatum porficere
locuz publico nomine pfectus ſit. Inter hec
veniunt miniſtri regij domorum diſtributo-
res: qui eorum lingua forrerij appellantur.
Hi per vniuerſas vrbis ſuburbanaſqꝫ regio
nes circūeuntes: ſingulos domorū poſtes ſi-
gnis tituliſqꝫ gallicis inſcribunt: aſſignantqꝫ
prout cuiuſqꝫ hoſpitij et hoſpitis futuri cōdi-
tio exigebat. Ea res ꝙuiſ ciuiuz oculis noua
eſſet: et ante id tempus Genue nunꝙ viſa:
tamen ab vniuerſis nō obedienter modo ſed
auide etiā ſtudio gratificandi inſeruiendiqꝫ
regi tranſacta eſt. Jn quo id ſane iocundum
ciuibus fuit: ꝙ ijdem miniſtri non ſolum mo
deſtiſſime eo officio vtebantur: verumetiam
pulchra et accepta ſibi quecūqꝫ hoſpitia eſſe
dicebant. Jtaqꝫ ſuſcepta prius a ciuibus mo
re ſuo cura parandorū hoſpitioruz irrita fuit
Dum talia in ciuitate parantur: viri aliquot
primarij ſenatum adeunt: eiqꝫ proponunt co
gitandum eſſe tantiſper dum rex aduentum
moratur de his que apud illum cum affuerit
pro republica tractanda ſint. Laudato conſi-
lio decernitur munus hoc demandandum eſ-
ſe prudentibus viris qui excogitent que ma
xime ad rempublicam pertinere videantur.
Creati ſunt igitur octo viri ſingularis inter
ciues auctoritatis et prudentie. Johannes
baptiſta grimaldus. Simon blancus. An-
dreas cicer: Anfreonus vſuſmaris: Ambro
ſius zerbus: Nicolaꝰ ſpinula: Antonius ſau
lus: ⁊ Stephanus auria. Hi poſtea rebus in
ter ſe mature cōſultis: pauca ex pluribus que
maioris ponderis viſa ſunt: neceſſario regi
exponenda retulerūt. Ex his duo potiſſimū
ciuitatem ſtimulabant. Vnum hiſpana nego
tiatio Genuenſibus maxime neceſſaria: que
ab imminenti bello multis varijſqꝫ modis in
terdictum iri videbatur. Alteruz diuturnior
ꝙ ciuitatis leges permittāt iuris dicēdi ma-
giſtratus. Jtaqꝫ de his precipue cū rege agē
dum cenſetur. Appropinquabat regius ad-
uentus ⁊ aulicorum iam magna pars preceſ
ſerat: quibus omnibus hoſpitia patebant: no
ſcebaturqꝫ ex his portarum ſignis: que ſupe-
rius inſcripta diximus. Satiſqꝫ conſtabat ex
litteris Bartholomei ſenarege publica tum
legatione apud regiam curiam fungentis re
gem ipſum. xj. kal. ſeptēbris iam exacto Pa

M.E.C.D. 2016

pia diſceſſiſſe: ⁊ in itinere dies quinqꝫ fuiſſe
moraturum: quorum tres decurſi iam erant
cum Bartholomei littere recitate ſunt. Car-
dinalis autē rhotomagenſis ſupreme apud
regem auctoritatis aduentum ⁊ ipſe regium
preueniens vrbem ingreſſus eſt: comitanti-
bus illum preſide ſenatuqꝫ ⁊ longo ciuiū or
dine hoſpitatus in Cariniano apud edem in
uiolate. Cumqꝫ poſtero die ingreſſurus eſſet
rex: ⁊ magiſtratus omnes ciueſqꝫ cuiuſcunqꝫ
ordinis ac iuuenum caterue iuſſi fuiſſent: da
to cāpane ſigno: adeſſe in area palatij: vt cū
ſenatu obuiam regi pergerent. Veniūt in ſe-
natum duodecim: ⁊ quis locus eorum inter
eundum futurus ſit rogant. Deſtinarant eñi
animo primum poſt ſenatum ſibi locū debe-
ri. Senatus conſultare duodecim reſpondet
eorum locum poſt queſtores erarij: quod offi
cium monete cōmunis appellatur: fore. Illi
tale reſponſum egre ferre: cōqueri minus iu
ſte ſecum agi: exēplis ſuperiorum temporum
que vana erant niti: deniqꝫ ni p̄ferantur que
ſt[illegible]s ſolos ituros. Et profecto non magi
ſtratus auctoritas: que illius tantum tempo
ris erat: ⁊ vnius ſolum rei: cōtentionem illā
faciebat: ſed priuata virorū dignitas. Erāt
nanqꝫ in eo numero aurati equites viriqꝫ pa
tricij: et qui ſui cuiuſqꝫ ordinis primi ſine cō
trouerſia in ciuitate habebantur. Senatus
tamē ne dignitati vetuſtiſſimi ac venerande
auctoritatis magiſtratus derogaret in ſentē
tia perſtitit. Rex pernoctauerat in oppidulo
quod vulgus Burgum furnariorum appel-
lat: paſſuum. cxv. milibus ab ipā vrbe remo
to. Unde luce prima diſcedens ſuperato iu-
go in vallem porcifere deſcendit: et ad villā
ciuis quondā preſtantiſſimi Lazari aurie a-
pud campos diuertit. Ibi lauto ſplendidoqꝫ
cōuiuio ab Stephano Hieronymoqꝫ fratri-
bus inſtructo pranſus eſt. Erat dies ille ve-
neris. vij. kal. ſeptembris: annuſqꝫ ſecūdus
poſt milleſimum ⁊ quingenteſimum a saluti-
fera chriſti dei noſtri natiuitate: cum ciuitas
tota frequēs profuſaqꝫ in honorē regis exul-
tare: taberne clauſe: vie frondibus virētibꝰ
ſtrate: domorum parietes exornati pendenti
bus vndiqꝫ auleis tapetibuſqꝫ. Mulieres in
vicis ⁊ porticibus diſpoſite precioſis veſtibꝰ
gēmis vnionibus: margaritiſqꝫ ac monilibꝰ
indute. Templa campanarū ſonitu: naues q̄
in portu erant: ⁊ arx ipſa caſteleti tubarum
clangore: bombardarūqꝫ ſtrepitu reſonare.
Palatium quoqꝫ erectis vexillis plaudere.
Omnia deniqꝫ vrbis loca ingentis leticie ſi-
gna pre ſe ferre. Dies vbiqꝫ feſtus: vbiqꝫ ſo-
lennis agi. At ſenatus ceteriqꝫ ciues ⁊ iuue
num caterue ſericis veſtibꝰ induti: circa me
ridiem palatio egrediuntur: ⁊ ad glariā por
cifere regi obuiam facti: vt primū illum ve
nientem cōſpexere: deſcendentes equis ꝓni
obuolutoqꝫ in terrā genu venerabundi ſuū
principem ſalutant. Tum Brixius iuſtinia-
nus ſenatus prior. Excipimus te inquit glo- Oratō
rioſiſſime rex fideliſſimi ſerui tue maieſtatis ad re-
ea veneratione ⁊ animorum alacritate: qua gem.
nulla alia maior verior ſincerior eſſe poteſt.
Letamur ſiquidem noſtra ⁊ totius ciuitatis
vice: qua nunc fungimur intueri sereniſſimā
faciem tuam: quam etiā velut numen e celo
demiſſum contēplamur: gratias agentes im
menſe benignitati ⁊ clementie tue: q̄ ad vi-
ſendos inter hec ſaxa ⁊ hos ſcopulos Genuē
ſes tuos accedere dignata ſit. Gratulať vni
uerſa ciuitas: gaudent omnes ꝓmiſcue viri
mulieresqꝫ: geſtiunt parietes ipſi vt iamiam
videbis optatiſſimo aduentu tuo. ſignabimꝰ
albo lapillo feliciſſimā hanc diem: eamqꝫ in
acta referemus. Suſcipe igitur regum pre-
clariſſime dediriſſimum tibi populū: qui con
ſtantiſſimis ſemper animis nōmodo faculta
tes ⁊ vires ſuas omnes quātulecunqꝫ ſunt:
Sed etiam filios ſuos: vitam ipſam ⁊ ſan-
guinem ꝓ tui nominis gloria effundere pa-
ratus eſt. Rex hilari vultu data põri dexte
ra: omnes cōſurgere iubet. Qui ꝓtinus con-
ſenſis equis vrbem verſus iter capiūt. Se-
natores accelerato parumper itinere ad por
tam diui Thome ꝑueniunt. Ibi expectatum
regem in ipſius vrbis ingreſſu ſub vmbracu
lo ex auro ſericoqꝫ coccineo: quod erat illi in-
ſigne rubri ſcilicet croceiqꝫ coloris: ſuſcipiūt
Sicqꝫ deinceps per ſtatuta locorū interual-
la ciues diſpoſiti: ferendo vmbraculo ſucce-
dunt. Ordo vero progredientium ciuium ta
lis erat. Caterue iuuenū preibant: ſpectabi-
les quidem omnes: ⁊ iuniores primi erāt in-
dumentis ſemigallicis veſtiti. his ſuccede-
bant alij etatis maiuſcule diſcriminatis ab
eis veſtibus induti. Sicqꝫ ceteri iuuenes ꝑ
etatis gradus ſequebantur. Seniores dein-
de viri: poſt magiſtratus: poſtremo ſenato-
res ipſi veniebant. Pulchrum quidē eo die
ciuitatis ſpectaculum fuit. At qui ꝓceres p̄n
cipeſqꝫ viri tam italiꝰ q̃ galli regem in eo vr-
bis ingreſſu comitati ſint: quoue ordine inceſ
ſerint: non facile in conferta denſaqꝫ multi-
tudine ſecerni potuit. Ex pluribus tamē qui
Genuam tūc acceſſere nobiliores ſunt Dux
valentinēſis. Marchio montiſferrati. Mar
chio ſalutiarū. Johannes iacobus triultius:

et ipſe Marchio viglebij: franciecꝫ mareſ-
callus. hi quattuor itali. Ex gallis autē Phi-
lippus raueſtein dominus Genue guberna-
tor: regiuſcꝫ conſobrinus. Mareſcallus de
gies: Dominus de dunes: Dominus ꝺ ligni
Dominus trimogie: Dominus de chaumon
magnus magiſter dom⁹ regie: Dominus vi-
dame: Domin⁹ de rauel cardinalis rhotoma
genſis nepos. ⁊ hi ambo nobilium centurio-
nes. Infans nauarre: Dux albanie Rayneri-
us: Baſtardus ſabaudie. Legati preterea ce
ſarei: veneticꝫ ⁊ florentini. multa inſuper no
bilitas. Hi vel omnes eo die vel eorum plu-
res ingredienti regi preibant. Ventur⁹ quo
cꝫ vna fuerat Federicus olim rex Neapoli-
tanus: parato iaꝫ ſibi hoſpitio apud Carinia
num in villa ciuis clariſſimi Antonij ſauli:
ſed obſtitit aduerſa pedum valitudo. Ex do-
meſticis tamē eius aliquot huc profecti ſunt
Venit etiā paulopoſt regiū diſceſſum ipſius
Federici coniunx: que paucis hic diebus cō
morata ad virum in galliam ꝓfecta eſt. Dux
ferrarienſis: Marchio mantuanus alijcꝫ ſi-
ue aſperitate vie territi: ſiue ꝙ ſepius Ge-
nue fuiſſent retro ceſſere. Adeſt nunc lo-
cus vbi regem inſignem ſpectes vectum al-
bo equo ⁊ aurea indutum chlamyde pediti-
buſcꝫ tantum gallica geſſa manu ferentibus
ſtipatum. Qui letus quacuncꝫ tranſibat om-
nes perbenigne capite etiam detecto conſa-
lutabat. Acclamabat vbicꝫ a puerl ceteracꝫ
turba. Francia Francia ⁊ viuat rex. Seque
bantur eū Julianus ſancti petri ad vincula
Raphael ſancti georgij: ⁊ Federicus ſanſe-
uerinas cardinales: ac Ceſar valentinenſis
dux. Poſt nullo intermedio equites ſagitta-
rij quadringenti ad regis cuſtodiam delecti.
Qui omnes vnius fere etatis: vno inſignis
regij tegumēto induti: arcus pharetraſcꝫ ge
ſtantes: pulcherrimaꝫ de ſe ſpeciem faciebāt
Cum vero ad templum diui Laurentij ven-
tum eſt: clerus ſacerdoteſcꝫ parati: ſacra ma
nibus tenētes: qui ꝺ more ad portā vrbis re
gi occurrere debuerant: ⁊ pre ingenti concur
ſantium multitudine illic iuſſi fuerant expe-
ctare: vt regem deſilientem videre protinus
illi obuiam facti ſunt. Atcꝫ rex e manibus
antiſtitis oſculata vera cruce: ad altare ma-
ius: quod ſignis ſtatuiſcꝫ diuorum celeberri
mis exornatum erat: proceſſit. ⁊ fuſis preci-
bus rurſus conſcenſo equo inclināte iam die
pergit ad Carinianum ire: poſt ſe relictis in
foro palatij ſicut ſtatutum fuerat cunctis ci-
uibus. Paratas igitur luxu ac magnificentia
regali in Cariniano edes iuxta inuiolate
Marie templum ab inſigni viro ſuecꝫ fami
lie principe Johāne Ludouico fliſco: qui ad
id multorum dierum operam ſummo ſtudio
nauarat: rex ipſe cum valentinenſi duce alijſ
cꝫ principibus viris ingreditur: occupatis
vndicꝫ ab aulicis regijs ceteris Cariniani
domibus. Jam nox aduenerat ⁊ ciuitas to-
ta luminibus coruſcabat: ipſamcꝫ noctem fu
nalia vincebant. Era quocꝫ crepitantia: et
exultantium voces vbicꝫ audiebantur. Vil-
le preterea circunquacꝫ accenſis ignibus ma
gne leticie ſigna, oſtendebant. Idem toto in
ſequenti triduo a magiſtratibus fieri iuſſum
Poſtera luce rex ad templuꝫ diue Marie ca
ſtelli profectus: peracto ſacrificio in Carinia
num redijt: vbi reliquum diei: aut quieti: aut
alicui neceſſario datum. Nam paucis in re-
giam aditus preterquam domeſticis patue-
re. Sequenti die dominico Caſteleti ar-
cem inuiſit: ibicꝫ pranſus: nec multum mora
tus in Carinianum eſt reuerſus. Illuc ſta-
tim profecti ſenatores alijcꝫ primarij ciues
exhibende venerationis gratia: perbenigne
admodum ac perhumane ab eo ſuſcepti ſunt
Quibus reuerenter functis ſalutationis of-
ficio: Jacobus furnius iureconſultus vir nō
latine modo: ſed etiam grece apprime do-
ctus ex delegato ſibi munere hanc elegantiſ
ſimam orationem habuit.

Oratō iacobi furnij ad regem.

¶ Regnum ſiue ex hereditaria ſucceſſione:
ſiue ex electione legitima: quale tuū eſt chri-
ſtianiſſime ac propterea inſuperabilis rex: ſi
ue aliter non iniuſte tamen obtingat: maxi-
mam rem eſſe omnium que apud homines
ſint: meliuſcꝫ ac commodius ꝙ ſit aut popu-
laris dominatio: aut optimatum imperium:
aut tyrannides: paucorumue potentia: ne-
mo eſt qui ambigat: qui modo cogitet ſubſtā
tia deum vnum non ſolum eſſe: ſed neceſſa-
rio vnum eſſe: nec plures eſſe poſſe: qui cum
ſit mundi totius opifex ſolus ac rector nul-
lum illi ex ſuperioribus omnibus dominan-
di generibus propius accedit: vel ſimilius
eſſe poteſt ꝙ vnius dominatus: quem mo-
narchiam ſeu regnum nuncupamus. Acce-
dit ꝙ in vnius regimine vel mediocriter cō
ſtituto diſſidium nullum: nullus diſſenſus ti
meri poteſt. Que omnia in ceteris imperan-
di modis plerumcꝫ euenire neceſſe eſt: ipſis
principibus inter ſe altercantibus: dum vel
ſibi mutuo inuicem inuident: vel gloriam:
aut compendium: ſi qua in principatu ſunt
ad ſe quiſcꝫ ſolum trahere certatim cona-
tur. Quod animaduertēs homerus: ſiue poe-
tico furore correptus: ſiue (quod magis opi-

M.E.C.D. 2016

nandum eſt) diuina quadam vi percitus ſic
regem Agamenonē concionantem inducit.
Non multos regnare bonum eſt: rex impe-
ret vnus. Cum igitur tale tantumqꝫ vni-
us hominis regnū ſit: quale q̄ꝫtumqꝫ eſſe de
monſtratum eſt: eiuſmodi regno regem ſuuꝫ
parem eſſe: immo vero multo maioꝛem con
ueniens eſt: mobile namqꝫ vnumquodqꝫ mo
toꝛe ſuo virtute inferius eſt. Aliter ſtatu-
entibus neceſſario eueniet regem ſui regni
oneribus ferendis imparem: vel ipſum re-
gnum quandoqꝫ obiecturum euerſurumqꝫ
eſſe: vel ipſum ſub regni mole tanquam ſub
iniuſto quodam faſce: ⁊ ſub iniquo pondere
laboꝛantem o ppꝛimi obteriqꝫ. Eſt itaqꝫ rex
ſuo regno maioꝛ ac potioꝛ. Cum vero tu
Ludouice rex, ne te cum maioꝛibus tuis con
feram: quos omnes pretergreſſus interual-
lis longiſſimis poſt te reliquiſti: tantum vl-
tra omniū ſeculoꝛum maximos reges nomi-
nis claritate: ſplendoꝛe: gloꝛia rerum geſta-
rum: peritia rei militaris: foꝛtitudine: pru-
dentia: fide: pietate: iuſticia: grauitate: con-
ſtantia: manſuetudine: clementia: ceteriſqꝫ
regijs virtutibus emineas eniteas excel-
las: quantum a priuatis ceteris hominibus
regie foꝛtune faſtigium receſſit: ſi tuarum in
numerabilium inacceſſibiliumqꝫ virtutum:
vel minimam particulam abꝛumpens deli-
genſqꝫ temerarius laudatoꝛ exequi vl̄ attin
gere minime auſim ipſe homo infantiſſimus
exiſtens: vereoꝛ ne illa mihi eueniant: qua-
lia oculis in ſole ſe contendentibus euenire
ſolent: ⁊ ſicut illis per ſtricta acie videndi fa
cultate carent: ita me pꝛopius accedentem:
illaſqꝫ curioſius inquirentem: vel in ipſo ſta
tim veſtibulo repellit obiecta veneratio.
Neqꝫ vero ſum ita ſtupidus: aut tam ſupi-
nus: nec ſum adeo obtuſi pectoꝛis: vt non
ſentiam quale quantumqꝫ ſit: imperium tu-
um: qualis quātuſqꝫ ſis ipſe: que omnia ma-
xima eſſe: ⁊ maximis maioꝛa ſatis ſuperqꝫ
iam ſuperius pꝛobatum eſt. Dicant alij qui-
bus eſt caſtalius liquoꝛ hauſtus largius: qui
bus muſe naſcentibus dulcius arriſerunt:
quibus decoꝛa claroꝛum ducum geſta meo-
nia datum eſt tuba poſſe perſonare: quātus
in hoſtes conſurgas ſiue pedes ire libeat:
ſeu ſpumātis equi fodias calcaribus armos
q̄ꝫ validis lacertis pilū toꝛqueas: primꝰ ma-
num ineas: poſtremꝰ marteꝫ ponas: ſtrenui
militis optimi impatoꝛis oīa munera ſolꝰ p̄
ſtes: ipleas exeq̄ris: nemo te melꝰ caſtris lo
cū capiat: ⁊ ceteras ī vno te philopoemenias

virtutes recenſeant. Nulla ſit tam ſepoſita
natio: gens nulla tam ſeiuncta: nullꝰ tam ab
ditus: tam inacceſſus terrarum angulus in-
troꝛſus receſſerit: quo iſti armoꝛum tuoꝛum
terroꝛem non circunferant: in militum legio
numqꝫ tuarum robur ferociam numerum vt
libet efferant. Tuas ex hoſte partas innume
rabiles victoꝛias predicēt: cantent: celebꝛēt
Sis ꝗ hoſtium tuoꝛum aliquot clementiſſi-
me ſeruaueris Cyꝛo potioꝛ. ꝗ alijs vero: qui
ſe potius benignitati manſuetudini: clemen
tie: tueqꝫ fidei credētes: dedere ſummiſereqꝫ
q̄ꝫ foꝛtitudinis tue inſuperabiles vires expe
riri maluerint: regium nomen reliqueris: re
gium oꝛnatum ſumptumqꝫ conceſſeras: ha-
bearis maioꝛ Alexandro. ꝗ multi quidē abs
te honoꝛentur: paucis vero credatur: ſtabili
ter tutoqꝫ regnes. ꝗ nulla ex tot tāqꝫ efferis
effreniſqꝫ nationibꝰ tuo regno finitimis mo
ueat: hoc potentie tue munimentis firmiſſi-
mis limitumqꝫ validiſſimis pꝛeſidijs. Jmo
vero potius amoꝛi tui tuiſqꝫ moꝛibus aſcri-
batur: quibus iam illud conſecutus es: vt nō
ſolum tutum: verūetiam ſecurum reddidiſſe
regnum credaris. Oꝛ latera tua non ſoluꝫ fi
deliſſimis militibus ſatellitibꝰ deuotiſſimis
incoꝛruptiſqꝫ ſtipatoꝛibus claudantur muni
antur: cingantur ſepiantur ſtipentur: verum
etiaꝫ comitibus marchionibus ducibus regi-
bus cardinalibus: qui et ipſi quoqꝫ regia di-
gnitate cenſentur: hoc in tui amoꝛem pꝛopē-
ſioꝛem nimiam anxiamqꝫ beniuolentiam re-
feratur. Scribaris alijs ſecurus domi intre-
pidus foꝛis: omnibus vero vbiqꝫ ipſe trepi-
dandus: aduentus tui ſola fama vulgata ex-
citati. Tumultus ſedentur: bella componan
tur: ab armis diſcedatur: pacis leges ipſe fe-
ras dicaſqꝫ. diſſociatas populoꝛum gentiūqꝫ
amicitias in concoꝛdiam pꝛiſtinam reuoces:
in antiquam gratiam reducas: pacem ⁊ quie
tem omnibꝰ ſuadeas ipſe ſemper inquies vt
ſubditis amiciſqꝫ tuis quietem pares: ambi
gatur pacis ne an belli artibus pꝛeſtes: cum
tamen ſis in vtraqꝫ re pꝛeſtantiſſimus opti-
mus maximus. Jſta inquam atqꝫ alia innu-
mera alij dicant: ⁊ vtinam pro dignitate ſub
limitatis ac celſitudinis maieſtatis tue dicāt
Jpſe vero ne omnino quidem illa aggredi cō
ſtitui humilitateꝫ imbecillitatemqꝫ meam li
bere ingenueqꝫ palam confeſſus. maioꝛ nan-
qꝫ es q̄ꝫ vt nūc anguſto iſto poſſis oꝛe perſo-
nari: cōpenſabo tamen iſtam tibi rex iniuriā
ſi cū de te ipſe nihil dixerim quod legendum
ſit. Jnſtruā certe que legant̄. A me argumē



M.E.C.D. 2016

tum mutuabitur poetica. a me fidē ſumet hi
ſtoria. Nec vero rex ſicut pro dignitate tua
ſatis laudari nō potes: ita pro dignitate pro
mereri ſatis potes. Occurris vbiqꝫ ſemper
ipſe officijs noſtris ingentior: vt cuꝫ omnes
quidem in te vno promerendo rex tibi debi-
tum exoluere certemus: oēs tamen nō imple
mus. Nam qui poſſumus implere: ⁊ hoc to-
tum quod implere non poſſumus: certiſſimū
ac validiſſimū argumentū eſt magnitudinis
tue. Itaqꝫ ſicubi pro dignitate tua promeri-
tus nō fueris. ſicubi noſtra officia minora fu
erint inuēta: tantū abeſt vt vltro cōfiteamur
comprobemus agnoſcamus. Rex bone boni
conſulas vt cū deo pariter audias. Quoniaꝫ
bonorū noſtrorū non eges. Nec nos officiaqꝫ
noſtra appendens pro facultatū ratione: ſed
pro modo votorū illa metiaris vt non imple
uerimus que impleta voluimus: tamē ſatis
fuerit implere voluiſſe. Et qui dijs taurum
mactare non potuit pauper quidem: ſed reli-
gioſus agricola aliquando exigui lactis vel
modici thuris oblatione litauit. Non quiſ-
quis auro vel marmore ſacrorū vultuū linia
menta effingit: hic ſtatim deos colere cōpro
batur. Illi vero deos fecerunt: qui ⁊ pie ſctē
qꝫ coluerunt. Certe cum argentum atqꝫ au-
rum abunde in gazophilatium inſpectante
domino iactatuꝫ fuiſſet: omnibus tamen pre
teritis ſola paupercula mulier: que paucula
minuta era intulerat: eundem dominum ha-
bere meruit laudatorem. ❡ Ad eam oratio-
nem Stephanus Picherius preſes ſenatꝰ
mediolanenſis: idemqꝫ cancellarius regius
pauca regis nomine reſpondit: quibus per-
ſpicue declarauit officia quecunqꝫ noſtra ma
ieſtati regie grata eſſe. Poſt hec ſenatus pri
or aliquot inſuper verbis palaꝫ vſus eſt: que
vt erant prudenter ⁊ accommodate dicta: nō
a rege modo: ſed ab vniuerſis qui aſtabant
libenter audita ſunt. Ceterum rex conſtituta
in ſequentem diem hora audiendis publicis
negotijs: iuſſit eos in tempore adeſſe: quos
ſenatus de rebus ciuitatis locuturos elege-
rit. Igitur octo viri: quos ad id electos ſu-
pra memorauimus: ſine mora in Carinianuꝫ
profecti ſtatim ad cardinalem rothomagen-
ſem alioſqꝫ ſecretiores regis conſiliarios ma
gne quidem auctoritatis viros introducti
ſunt. Erant hi quattuor primores. Cardina
lis quem diximus: Preſul albiēſis. Cardina
lis frater ſenior integerrime fame vir: Ma
reſcallus de gies: et dominus de Chaumon.
Aderat cum eis quoqꝫ gubernator noſter:
quem nihil eorum latebat que ciues eſſent
locuturi: nam cuncta prius illi aperuerant.
Qui cum grauiſſime ferret petitioneꝫ facien
dam de renouandis iuſtitie magiſtratibus:
quorum fama pene in infamiam inciderat:
eiuſmodi colloquio intereſſe volebat. Imbu
tus enim prauis conſilijs et perſuaſionibus
Danielis ſcarampi tunc Genue pretoris: in
cuius preſertim caput ea faba cudenda vide
batur: omni conatu petitioni ciuiū obſtabat.
Iuſſi itaqꝫ viri octo ſedere et que vellent elo
qui. Tum ſenior ex ijs Johannes baptiſta
grimaldus vt eſt vir magni ingenij ſingula-
riſqꝫ prudentie cōmemoratis aptiſſime que
de rebus hiſpanis et alijs quibuſdam per tē-
porum conditiones occurrebant. Habemus
inquit reuerendiſſime preſul: voſqꝫ ceteri vi
ri clariſſimi: probatiſſimas leges a maioribꝰ
noſtris nō ſine magna ratione ſancitas: que
ius dicentibus in ciuitate prefinita vnius
tantum anni tempora ſtatuūt. Cognouerūt
enim antiqui noſtri viri prudentes eos: qui
adminiſtrande iuſtitie preponuntur: vix bre-
ui tēpore malos fieri poſſe: qꝺ ſi tn̄ ac[illegible]rit
eorum malefacta nō fore diuturna. Nos eo-
rum qui nunc officio funguntur non accuſa-
mus quenqꝫ: nec enim tale nobis quicqꝫ man
datū eſt. Tm̄ petimus et oramꝰ vt leges nr̄e
honeſtiſſime atqꝫ ſctiſſime ſeruent̄. Ad ea gu
bernator ſuccēſere ⁊ iraſci conariqꝫ pſuadere
ꝙ auctoritati ſue detraherent̄. ꝙ non ratione
ſed odio et maliuolentia paucorū talia fierēt
ad ſe magiſtratuum iura ſpectare. proderen-
tur eorū crimina paratum eſſe illa coercere ⁊
punire. Octo cōtra reſpondere longe ab ani
mo ſuo abeſſe vt quicqꝫ de illius auctoritate
minuenda cogitetur: ſe non odio aut maliuo
lentia cuiuſqꝫ moueri: pure et ſincere loqui:
vera dicere: que et regium honorē: et ſue rei
publice cōmodum reſpiciunt: illum vehemē
ter falli ſi talia de ſe opinetur: ſui demuꝫ offi
cij nō eſſe quenqꝫ accuſare. queſtio de eis ha
beretur ſecundum iura et leges ciuitatis et
veritatem eliciendā eſſe ita iuſticie locū fore
Deniqꝫ res adeo exacerbata fuit vt accuſa-
to pretore ꝙ hominem pedicationis crimine
reum non multos ante dies pecunia liberaſ
ſet. Statim cardinalis ceteriqꝫ regij conſi-
liarij ad horrendi flagitij nomen offenſi: de-
creuerunt habendam eſſe de pretore: deqꝫ ce
teris iuſticie miniſtratoribus queſtionem.
Idqꝫ per vrbem et per vniuerſam genuen-
ſem ditionem edicto regio publicari iubent
promiſſa indicibꝰ reſtitutione pecunie ſpon-
te vel inuitus exhibite: necnon impunitate
delicti quo minus iuſte abſoluti fuiſſent. Da-

M.E.C.D. 2016

ta deinde preſidi ſenatus regij mediol:nēſis
qui tum aderat viro probo et docto prouin-
cia eſt audiēdarum accuſationum de quibus
ferri poſtea iudiciū poſſet. Hoc initium ha-
buit leuior fortaſſe tum viſa quibuſdam ma-
giſtratuum cauſa:que ſic demuz preceps ac-
ta eſt grauior quotidie facta:vt perniciofiſſi
mum tandem pretori exitum allatura credat.
Uerum inſtituti noſtri nō fuit in infeſta que-
ſtionis huius materia diutius morari. Itaq̧
ſuis ipſam iudicibus diſcutiēdam:et pretorē
ceteroſq̧ miniſtratores iuſticie cum accuſa-
toribus inter ſe luctantes relinquamus. De
hiſpanis vero rebus ac ceteris negotijs:quo
rum neceſſitatem ab octo viris ſupra memo
ratam diximꝰ:fere ſcd̄m ciuitatis vota reſpō
ſum ac promiſſum eſt. Interea creandorū ſe
natorum tēpus aduenit:qui kal'. ſeptembri-
bus magiſtratuz inituri erant. Igitur biduo
ante kal'. ſenatꝰ de more in p̄torio cogitur vt
ſucceſſorum electio fieret. Uerū cum per le-
ges minime liceret quenq̄ extra ſenatorium
[illegible]ez electioni huiuſmodi intereſſe preter
gubernatorez et eos qui ſenatus acta perſcri
bunt:hic pretor quem ſupra nominaui:ſemp
interfuit quod ea tn̄ ratione tolerabile viſuz
eſt:qm̄ ignarus latine lingue preſes eo in-
terprete vteretur. At cū per regium edictū
abdicatus eo tēpore fuiſſet pretura:et omni
publico magiſtratu donec inſtitute queſtio-
nes perficerētur: nihil hoc veritus ſenatum
cum preſide ingreſſus eſt:⁊ inter ſenatores
priſtino more cōſedit:acrius etiam fungens
offitio q̄ fere antea cōſueuiſſet:muſſitantibꝰ
tunc tamen ſenatorū quibuſdaz:quod poſtea
regi cardinaliq̧ delatuz: grauiorem eius cau
ſam effecit. Creati ſenatores fuere Chriſto-
forus cataneus:Baptiſta vinaldus:Stepha
nus ſpinula Ambroſij filius:Bernardus fli
ſcus:Quilicꝰ nigro:Baptiſta lomelinꝰ:Edo
ardus ſcalia:Paulus ſaulus:Nicolaus gui-
rardus:Hieronymus logia:Ambroſius zer
bus:et Antonius canalis.qui cū maxime vi
ri boni ac prudentes haberentur: magnam
ſpem bene gerende reipublice omnibus pre-
buerunt. ¶ Ad regem nunc redeo: qui etſi
paucis ante annis nondum regale ſceptrum
adeptus Genue fuiſſet:aurelianenſis tunc
dux:tamen vrbis ſpecie veluti nūq̄ viſe ad-
modum delectatus:nunc molem: aliave lo-
ca publica ciuitatis:nunc priuatas etiam no
bilium domos ⁊ villas mira voluptate inui-
ſebat. Uoluit ⁊ viſum ab ſe alias precioſiſſi-
mum vas ſmaragdinum:quod vt greco ver
bo vtar:ſacram paropſidem vocamus:in eo
loco templi videre vnde publice populo oſtē
di ſolet:quod etiam paulo ante cardinali ro-
thomagēſi:alijſq̧ viris principibus in edis
ſacrario vbi cuſtoditur:oſtenſum fuerat. In
uiſit preterea egregium diui precurſoris Io
hannis baptiſte ſacellum:in quo ſacratiſſimi
eius cineres conduntur:ibiq̧ rem diuinaz de
uotiſſime peregit. Iam ſextus dies aderat
ex quo rex genue commoratus de receſſu ſuo
cogitabat:cuz ecce duodecim viri:quibus ho
norandi aduentus regij negocium datum fu
erat:in Carinianum profecti:aureas quattu
or pateras:gutturnia duo aurea:que vulgo
aquaria dicuntur. Item calices aureos duos
ſiue cupas mauis appellare:regi dono dede-
re. Donatus aurea quoq̧ patera, cardinalis.
Donatus albienſis preſul. Donati ⁊ alij pro-
ceres regij publicis muneribus:que q̄uis eſ
ſent longe meritis ac dignitate illorum infe
riora:tamen vt ampla ⁊ magnifica ab oībus
accepta ſunt:pro hiſq̧ gratie ciuitati:⁊ duo-
decim viris acte. Poſtera dehinc die que re-
gis diſceſſum anteceſſit: ne quid omitteret
quo benignitas eius magis magiſq̧ palam
fieret: adijt ipſe rex prima luce templū diue
Marie ſeruorum:vbi ex edicto multitudo
magna cōuenerat:maſculoruz femmarumq̧
qui apoſtematibus his affecti erant:que ab
alijs ſcrofule:a noſtris humores frigidi vo-
cantur. Ferunt eñ longo iam vſu comper-
tum eſſe huiuſmodi egritudine laborantes
tactu francorum regum ſiue ingenita ipſorū
occulta virtute: ſiue diuina potius quadam
vi:tali morbo ſanari. Clementiſſimus itaq̧
rex pio fungens officio ſingulos attrectabat
et pauculo donatos ere abire iubebat. Per-
acta ea cura feſſus quidem in Carinianum
redijt:vbi datis aliquot horis q̇eti: poſt me
ridiem recreandi corporis animiq̧ fatigati
gratia:cum inuitatus fuiſſet ab ornatiſſimo
ciue Laurentio cataneo villam eius petijt:
quam recens apud teralbam ſplendide ſum
ptuoſeq̧ conſtruxerat:illic eniz futurus erat
ſpecioſarum mulierum conuentus. Quo, vt
peruenit rex in ipſo ruris ingreſſu reuerēter
ab vxore laurentij alijſq̧ clariſſimis feminis
exceptus fuit. Deinde per rectam eius ruris
viam que ducit ad villam perductus in pa
tentem ⁊ ſpacioſam porticum: alias plures
mulieres obuias habuit: a quibus pari exce-
ptus reuerentia:domum tandem ingreditur
ipſo aſpectu ſuperbam magnificeq̧ parataz
Ibi ſepoſito regio faſtigio adeo feſtiue comi
ter familiariterq̧ verſatus eſt inter iocos ri
ſuſq̧ et ludos:actis etiam choreis: vt p̄bita



M.E.C.D. 2016

iam ceteris largiori licētia velut vnus ex eis haberetur. Inde occidente iam ſole domum reuerſus inuenit octo viros eum preſtolātes quos hilari quidem et ſerenovultu reſpiciēs in atrium perduxit: ibiqꝫ de multis benignitati eius gratias agentes clementer audiuit: ⁊ que ciuitati conceſſa fuerant de rebus hiſpanis: de queſtionibus: magiſtratuum inſtitutis: deqꝫ ceteris ad rempublicam pertinentibus humaniſſime comprobauit: eoſqꝫ bono fore animo iuſſit. Ad iocos deinde conuerſus quid egiſſet apud Laurentij villam: quo modo luſiſſet: et cetera omnia que geſta erāt placidiſſime memorauit. addiditqꝫ preterea nunqꝫ ſe poſt hac Italiam petiturum quin genuam pariter accederet. Ita demuz letus ipſe: letos quoqꝫ ciues octo dimiſit. Cum vero in ſequēti die que fuit. iiij. nonas ſeptembris rex abiturus eſſet: ſenatus edicit vt magiſtratus ⁊ ciues omnes matutino diluculo in area palatij preſto ſint: eo ordine diſcedentem illū comitaturi quo exceperant venientem. Sed rex ante lucem proficiſcēs vrbem iam egreſſus fuerat: ꝙ aut ſenatus aut ciues in pretorium conueniſſent: nōnulli tamen raptim cōſcenſis equis euz ſine vllo ordine ſecuti ſunt ſuam ceterorumqꝫ negligentiam incuſantes Mirum profecto quantum rex ipſe: quantuz reliqui omnes et vrbis aſpectu et officio ciuium delectati ſint. De quo etiam in galliam redeuntes iocundiſſime inter ſe toto itinere collocuti ferūtur. Sereniſſima quoqꝫ regina certior tum facta: que noſtra erga regem fuerint officia: ita etiam gratum id habuiſſe dicitur vt mercatoribus noſtris qui lugduni ſūt gratias agere nō dubitauerit, e ſolis ob hoc pretereuntium nundinarum tempus prorogauerit. Precipue vero ciuitas vniuerſa hoc regis aduentu ita leta et contenta remanſit: vt iocūdiſſimā apud omnes ſui memoriam: ingenſqꝫ deſideriuz rex ipſe reliquerit: nemoqꝫ iam omnino ſit qui non regium nomen in celum ferat: regiſqꝫ incolumitatem: et incrementum imperij votis omnibus nō exoptet Equidem ſic demum exiſtimo feliciſſimum aduentum hunc vrbi noſtre vniuerſoqꝫ nomini genuenſi perpetuo eſſe conſecrandum: ex quo ſpectata coram ſui regis admirabili diuinaqꝫ tum corporis: tum animi virtute in ampliorem ſpem omnes de ciuitatis rebus creati ſunt.

Bartholomeus Iuſtinianus ad ſpectatum et ornatum virum Benedictū Portuenſem reipublice genuenſis cancellarium.

VT primum oblatus mihi fuit libellus quez de aduentu Ludouici xij. francorum regis in hanc vrbē non minori elegantia ꝙ fide ad me perſcripſiſti: illum quide eripui e manibꝰ modeſti adoleſcentis Hieronymi tui moxqꝫ ingenti auiditate percurri. Deinde cum attētius ſingula queqꝫ percenſuiſſem: non potui ſtudiū: diligentiam: tuūqꝫ in dicendo ornatū reiqꝫ dignitatem nō maxime laudare: ita vt quotidiana lectione delectatus libelluz ipm ad menſam vſqꝫ ſodalem habeam. Seriem enim rei geſte: conſultationes: ſtudia ciuiuz apparatus vrbis: domorūqꝫ ornamenta adeo apte a te expreſſa ſunt: vt qui in corſicana prefectura abſens eram: ſingula queqꝫ [illegible]lis inſpexiſſe et manu tetigiſſe videar. Sed iuuit imprimis noſſe charitatez illā: benignitatemqꝫ: quam excellentiſſimus rex noſter erga Genuenſes ſuos maximam oſtendit: ingentemqꝫ vniuerſe ciuitatis noſtre ſingulorum ordinū totius populi erga regem cultū et venerationem. Que dum mente conſidero (conſidero autez quotidie) pre leticia non poſſum niſi maximo gaudio exultare. Nā eū regem deus optimus nobis e celo demiſerit qui non minus preclariſſimis virtutibus ꝙ nobiliſſimis regnis: multis ꝓuincijs: maris vrbibꝰ ⁊ populis decorat: quiqꝫ Genuēſes varijs diu calamitatibꝰ afflictos attollere et priſtine glorie reſtituere velit ⁊ poſſit. Iure igitur tanto bono gaudere debemus: quo in humanis philoſophorū teſtimonio nihil beatius mortalibus cōtingere poteſt. Tibi autē debent oēs ꝙ rem preclaram ⁊ memorabilē litteris demandaſti. Et ego humanitati tue non mediocres gratias ago habeoqꝫ ꝙ aīm meū magna voluptate: quā ex repetita lectione capere ſoleo expleuiſti: īſigniqꝫ titulo et laude decoraſti. Perge igitr in ſcribendo vt cepiſti vnde patrie gloriam ⁊ tibi laudem cōparabis. Vale. Genue. xv. kal. decembris. M. quingenteſimo ſecundo.

M.E.C.D. 2016

❡ Decretū Genueñ. annuatim obseruādum celebratū Anno domini. M. quingentesimosecūdo die. xvij. Nouembris.

Illustris et excelsus dominus philippus de cleues dñs Rauestein regius admiratus: et Genuensium gubernator: Et magnificū consiliū dominorū Antianorum cōmunis genue in pleno numero congregatū: quorū nomina sunt hec. Bernardus de flisco prior: Christophorus cataneus: Baptista vinaldus: Hieronymus logia: Ambrosius de zerbis: Quilicꝰ de nigro. Stephanus spinulla quondā Ambrosij: Baptista lomelinus: Edoardus scalia Paulus sauli: Nicolaus de gnirardis: Antonius de canali. Considerantes q̄ntum deceat Genuenses omnes vera documēta fidei de[illegible]s ac obseruātie sue erga christianissimū regem dominum nostrū assidue prestare: et eius in hanc ciuitatē singularis affectus collatorūq; beneficiorꝫ gratos ac memores esse inter que illud peremi sane memoria recolēdum videtur: q̄ maiestas eius sacratissima feliciter hoc anno vrbem ipsam coram inuisere dignata sit. Cuius quidem aduentus nō modo gratus ꝛ periocūdus oībus fuit: verū etiam vniuerse Genuensi reipublice saluberrimus: Iccirco solēni hoc decreto perpetuis temporibus valituro sanxerunt ꝛ decreuerūt q̄ dies aduentus ipsius christianissimi regis in hanc vrbē: qui fuit vigesimussextus mensis Augusti proxime preteriti quotannis ab vniuersa ciuitate ferietur ac festus peragat͛ et insuper campanarū sonitu ac falodijs ceterisq; leticie signis celebretur. ita vt aduentꝰ ipsius memoria omnibus iocūdissima esse videatur: Mādantes presens decretū ex nunc in tota vrbe publicari: ꝛ eius obseruantiā singulis quoq; annis voce preconis edici.

❡ Oratio habita Genue apud regem galliarū per Nicolaum brignalem ciuē genuensem pridie. kal'. septēbris Anno salutis. M quingentisimo. ij.

Excipimus te vener. bundi pariter et gratulabūdi tā q̄ celo demissum nobis fauente optimo deo: celestibusq; oībus: secūdissimis sideribꝰ: felicissimis auspicijs gloriosissime ꝛ inuictissime regū: ea quidē animorū alacritate: ac tāta ꝛ tam incredibili letitia vt si itima cordiū reserare ac cernere liceret exilire gaudio pectoribus aīmos videremus Nam cū talez ac tantū regem sua clementia nūc hospitē nostrū intuemur: ac tuam preclarissimā maiestatē cōtemplamur: in consideratione tue amplitudinis deficimus: et oratio languet: q̄ alioquin in tanta rerū oīm maximarū copia occasionē locupletissime dicendi nacta eēt. Tua igit͛ celsitudo q̄ de plurimis pauca ꝛ nulla fere dicere liceat in causa est regum oīm precellētissime rex: q̄m fulgorē celestis serenitatis tue ferre nō possumꝰ. Mihi vero priuatim: cui senatus munus hoc exprimendi leticiā publicā delegauit: tāta inest animo alacritas: vt quo magis conor bene dicere. hereo magis. Nec suppeditare animus orationē potest leticia prepediente: q̄ q̄ etiā si flueret oratio: ꝛ mihi ex sententia expedita essent oīa: ne minimā tamen huius cōmunis leticie partem verbis equare possem. Dabis igitur veniā clementissime princeps: etsi nos in dicendo minus promptos: aut expeditos etiā ꝓ huius loci ac tēporis celebritate nunc videas: tanto promptiorē ciuitatē populūq; oēm in obtemperando ꝛ fortiter exequendo ī gloriā tue sublimitatis experiere. Enīuero nulla officia: obseq̄a nulla: deniq; nulla tāta seruitus nostra esse possunt. q̄ tue magnitudini ꝛ charitati erga nos propius accedere: ne dicā satis esse possint. Vincit fatemur beniuolētia tua ꝛ inclinatio altissimi animi tui in nos vires oīm Genuēsium: ꝛ diu vincat optamus: q̄ (bona venia tua dixerim) nec exigue sūt: nec cōtēnende. Verū rex inclyte illa tua vera magnitudo est: meritis tuis ꝛ posse populos tuos obligare: et velle. Ex aduerso nulla populorū: q̄tus ingētia obsequia tuis meritis equari posse. Hec vera regnādi ratio est. Iste impandi leges: vt beneficio ꝛ charitate potius q̄ impio cōcilient͛ populi ꝛ contineātur. Etem securitas ista maximo etiā cōsilio fecit vt galliarꝫ regnū sine sollicitudine sine agitatiōe animi aliqua linq̄res: ꝛ in Italiā securus trāscendere cōstitueris: vt ijsdez legibus cōfirmato in italia imperio tuo rursus in gallias sine cura remeare possis. Nulli vltra exercitus potētissime rex: nulli vt sic dicā duces tibi necessarij sunt. Si libet sine tributis: sine stipēdijs: tm̄ ꝛ tā latū imperiū magna ex parte consilio ꝛ viribus tuis partū tueri ꝛ conseruare potes. Nam etsi externa etiāz vis aliqua ingrueret: ciues ipsi tuo beneficio deuincti: et vrbes tuebuntur per se:



M.E.C.D. 2016

⁊ ſua liberorumqꝫ corpora pro tua gloria ho-
ſtibus opponere non dubitabunt. Hinc ille
francorum regum progenitorum tuorū tam
valide vires. Hinc tanta ⁊ tam opulenta re-
gna: ⁊ prolati in immenſum imperij fines:
quod tamen licet ampliſſimum acceperis: tu
imprimis: immo vero omnium primus: va-
lidiſſimum aliud regnum: ⁊ opulentiſſimam
italie partem omniūqꝫ vberrimam imperio
galliarum adiecisti. Et tanta iam terrarum
ſpacia complecteris vt plures iam imperia
audiant q̄ a te vnq̄ ꝑſente accipiant. Di-
ſcedenti enim ab extremis morinis: vltimo-
qꝫ occeano cum libet in Apuliam vſqꝫ: ma-
gnamqꝫ greciam in Adriaticum mare ꝑ tu-
as vrbes ferme: per tuos agros: per tuos fi-
nes ſolido ⁊ continēti imperio excurrere po
tes: vt nulli vnq̄ chriſtiani reges: nulli impe
ratores: ſi romanum priſcum illud inquam
imperium tollas: cui per reuerentiam cede-
re par eſt: tam late dominati ſint. Jactāt alij
remotiſſimas toto occeano queſitas terras:
inuentas ſpacioſiſſimas inſulas populorum
gregibus frequentiſſimas: concreta alibi la-
te maria: rigentes terras: ad antipodas vſqꝫ
ſenſim declinatum: permeabilem ab Hercu-
lis columnis gadibuſqꝫ Indiam eſſe factam
Aduecta mari aromata: que priſcis omnib⁹
ſeculis continenti: vaſtaqꝫ Arabia interclu-
debantur quo minus nauigio in mediterra-
neum mare penetrare poſſent. Magna ſunt
hec: immo vero maxima admiratio: neqꝫ di-
gniſſima verum a primo orbis exordio natu
ra edita: ⁊ paucorum hominum ingenio que-
ſita inuentaqꝫ. Nos vero regem noſtrū ad-
miramur magis: quandoquidem non eo quo
ceteri homines modo ortum illum putamus
ſi tot tantaſqꝫ res geſtas ſuo ferme priuato
conſilio: ⁊ tam breui tempore cōtemplamur
Sed celitus: vt diximus: demiſſum nobis ⁊
dei maximi altiſſimo conſilio conditum vt re
geret terras: pupuloſqꝫ tueretur: ⁊ pacem ꝑ-
petuam in tanto imperio conſeruaret. Vera
hec admiratio: vere admirationis cauſe: nō
a natura (vt diximus) genite: vt iam explo
ratum ſit in animo eius multum diuinitatis
ineſſe. Ee cauſe faciunt (ad nos aſtantes me
conuerto) vt galliaruꝫ rex inuictiſſimus ſum
mis paſſim laudibus efferatur in celum: et
omnium fere principum certatim officijs at
qꝫ obſequijs ſumma cum veneratione exco-
latur. Dicere libet cum de profectione in ita
liam agitaret: quot princeps: quot celeberri
me legationes vix dum iter ingreſſo in me-
dio ferme galliarum regno officij cauſa ob-
uiam iere. Jam vero alpes tranſgreſſo non
principes modo ⁊ legati: ſed omnes prouin-
ciarum proceres: nobilitaſqꝫ italica omnis
effuſe quidem ⁊ maximo comitatu tantum
regem veneratum progreſſi vt non vrbes:
non oppida: non agri tantam multitudinem
capere poſſent. Proſequuntur nunc vaden-
tem per italiam: ⁊ intrantem quoqꝫ anguſti
as noſtras non duces modo: ſed reges: vel
qui regno digni ſunt: ⁊ bellorum maximi du
ces: ⁊ imprimis celeber ⁊ inter alios conſpi-
cuus cardinalium cetus: qualis ipſam rho-
mam decorare ⁊ illuſtrare poſſet. Tantum
igitur admirationis: auctoritatis tantum ad
eptus eſt: vt non ducibus iam: non exerciti-
bus vt antea: ſed imperio ⁊ nutu bella gerat
Eius namqꝫ iuſſu ab armis diſceditur: dimit
tuntur exercitus: deſeruntur vrbes: pandun-
tur caduceatorib⁹ et regijs miniſtris ſine vl
lis armis porte. Stupent omnes nomen re-
gium: tanq̄ numen venerantur ⁊ parent. In
tanta igitur gloria tantum regem veniētem
ad nos inuiſentem Genuēſes ſuos: qu[illegible]ꝫ
gratiarū actionibus ꝓſequemur? Preſertim
cum appareat nonmodo vniuerſos ſimul be
nignitate et clementia ſua: ſed ſingulos etiā
velle complecti. et profecto vt videtis cōple
cteretur ni ſtipatus concurſantium multitu-
dine: et acclamationibus gratulantiuꝫ a tam
optato officio auerteretur. Hereo hic: ⁊ certe
vitalis mihi ſpiritus intercluderetur: niſi ſci
rem clementiſſimum regeꝫ aliud nihil a ſuis
Genuenſibus velle: nihil vltra expetere: q̄
fidem incorruptam erga ſe: ⁊ ſincerā charita
tem. De ijs velle aliquid dicere diffidentis eſ
ſet. Teſtantur ſatis fidem noſtram et chari-
tatem clementiſſime rex (vt reliqua omittā)
multitudinis vota in ſui regis ſalutem. teſtā
tur circunſpectantiuꝫ vultus plauſus ⁊ accla
mationes occurrentiuꝫ. Ipſi deniqꝫ parietes
edium ardentiſſimum affectum noſtrum ex-
primere velle vidētur. Hac igitur fide ⁊ cha
ritate freti genuenſes excipiunt te quāta ma
xima veneratione poſſunt inuictiſſime rex.
Excipit ſenatus populuſqꝫ. Excipiūt ordines
vniuerſi. atqꝫ ita excipiūt vt ſibiipſis promit
tere audeant quietiora tempora per te et bo-
na pacis et trāquillitatis optata. Pacem nā
qꝫ ſuper omnes expetimus negociationi ſem
per intenti cui bellum infeſtuꝫ ſemper omni
tempore inimicum eſt. Ad eam igitur quam
per te iam adepti ſumus: confirmandam ſta
biliendamqꝫ tuam auctoritatem: tuas vires:
tuam deniqꝫ erga nos maximam charitatem
imploramus. Et ad poſtremum quo maiore

M.E.C.D. 2016

affectu poſſumus: genuam vrbem: tuam in quam genuam: oppida: arces: villas: agros: egregias inſulas: naues: triremes: publica priuataqꝫ omnia: et deniqꝫ Genuenſe omne nomen: totamqꝫ ditionem clementie et benignitati tue. Iterum atqꝫ iterum propenſius commendamus.

❡ Deſcriptionis aduentus regij in vrbē Genuenſem: atqꝫ eorundem Genueñ. orationum ad ipſum regem a Benedicto portuenſi edite: Finis.

❡ Sequitur compendioſe atqꝫ ſub forma epitomatis expeditio in Genueñ. a domino Simphoriano champerio compilata.

Anno dñi. M. ccccc. vj. gallica ſceptra moderante Ludouico. xij. eiuſdez (ni fallor) regni anno. x. contigit inter Genueñ. qui eidem ſeſe antea cuz omni ditione ſua dediderant: haud mediocre diſſidiuz. Nam nobiles regie maieſtati cui ſeſe deuouerant fauebāt: Plebei vo ⁊ ignobile vulgus ſeſe ab eius ditiōe ſubtrahere nitebant. his itaqꝫ diſſentiētibus nō modica ſubſecuta eſt ſeditio: Quapropter nobiles ſaniori ducti conſilio: neve ciuitas ipſa maiori afficeret incōmodo: aut regia fortaſſis in quouiſ offenderet maieſtaſ volētes ſponteqꝫ ſua ciuitate relicta munitiones ⁊ fortallicia in regium fauorē diligentius obſeruarunt. Quod animaduertentes plebei animoqꝫ perculſi oratores ſuos ad excuſandas excuſatiōes (vt ita dixerim) in peccatis: regiamqꝫ beniuolentiā demerendā ad ipſam chriſtianiſſimā regie dignitatis maieſtatem deſtinarunt: qui legationis ſue munere fungentes negocium oratione ⁊ verbis q̄bus valuerūt ornatioribus expoſuerunt: impietatem ſuaz manibus ⁊ pedibus (vt inquiunt) palliare adnitentes: ignorātes minime nihil eſſe tam incredibile: quod nō dicēdo fiat ꝓbabile: nihil tam horridū: qđ nō ſplendeſcat oratione: ⁊ tanq̄ excolatur. Sed re (vt aiunt) infecta: q̄m minus honeſta eorundez viſa fuit petitio: redierunt. Interim ciuitatē ipſam fortiſſimā munitiones atqꝫ reliqua circumadiacentia fortallatia vndiqꝫ contractis viribus arctiſſime munierunt. Ipſi etiaz nobiles ad regiam maieſtatem tanq̄ aſyluz tutiſſimum: iuſtam legitimamqꝫ fouentes cauſam legatos ſuos miſerunt. Qui huiuſcemodi rege preſente: atqꝫ in prima (vt dicunt) audientia orationem habuerunt: quam etiaz cum legi atqꝫ perlegi ſit digna: hic inſerere voluimus.

M.E.C.D. 2016

¶ Oratio do. Stephani vinaldi ad re-
gem ꝓ nobilitate Genueñ. in prima au-
dientia publica.

Chriſtianiſſime rex in
eternuꝫ viue. Scio cla
riſſimorum oratoꝝ qui
legationis officio fun-
gentes: maieſtatē tuaꝫ
chriſtianiſſimā adeunt
cōſuetudine vſurpatū
q̄tum ipſi ore verbiſqꝫ
adniti poſſunt: exq̄ſitiſſimis eaꝫ laudibus co-
nari extollere. Putariqꝫ mancā ⁊ ſterilem et
ſine gratia quācunqꝫ orationem: licet elegā-
tem ⁊ ornataꝫ: niſi hoīm laudes preceſſerint
Quocirca ꝓpoſueram ⁊ ego idem facere: ſed
poſtꝙ opus aggreſſus ⁊ vt aiunt vadum ten
taui: cognoſcens ꝙ vaſtū et profundum pe-
lagus ingrederer: retraxi cōtinuo pedem mo
rem illoꝝ imitatus qui de Silla aut Cartha
gine verba facturi ſatius tacere exiſtimabāt
ꝙ pauca loqui. Nā etſi verendum videbaꝫ
ne quis aſſentandi gratia id a me ſuſceptum
putaret te preſertim audiēte: et noſtram for-
taſſe orationem ꝓ tua ſingulari modeſtia eru
beſcente. Tamen nō ea me ratio cōmouit (ſi
quidē vera q̄uis predicet: adulatorem nemo
recte dixerit) ꝙ me deterreat ingens virtutū
tuaruꝫ cumulus: quarum fulgore adeo mens
offuſcatur: vt nec cogitare quidem: ne dicaꝫ
exequi ſperare audeam. Tua igitur bona ve
nia imbecillitatem meā cognoſcens: ea omīa
tanꝙ per ſe toto orbe terrarū notiſſima omit
tam. Non remorabor quoqꝫ in recenſendis
laudibus fideliſſime nobilitatis tue Genueñ
vt quidam ſedicioſe plebis orator feciſſe dici
tur: qui nō aliter valens eoruꝫ grauiſſima de
licta excuſare: ab eoꝝ laudibus exorſus eſt.
laus etenim in ore proprio ſordeſcit. Et tan
tum plebeios excellit nobilitas: q̄tum lenta
ſolent inter virgulta cupreſſi. Nā ſi proauoꝝ
noſtroꝝ rō habeaꝫ: adſunt eoꝝ imagines et
vera monumēta que patēt ꝓ roſtris. ⁊ viuos
reddunt de marmore vultus. Adſunt tēpla
hoſpitalia et alia innumera edificia publica
eoꝝ ſumptibus edificata. Adſunt annue ele
moſyne per eos inſtitute. Et demum vt pau
cis multa cōprehendaꝫ: quicquid fauſtum fe
lixqꝫ habet ciuitas genueñ. a nobilibꝰ habet
Siquidem noſtris ſubſtātijs aucta ⁊ ornata
Plebs vero ipſa vel maior pars a caſtris et
villis nobilium originem trahit. Si vero de
nobilitate viuentiuꝫ loqui voluerimus quid
eſt cū ea ignauum vulgus cōparare. Adſunt
enim barones proceres et comites chriſtia-
niſſime maieſtati tue cogniti. Et niſi per agē
tes ꝓ ipſa maieſtate tua nobis terqꝫ quater-
qꝫ prohibitū fuiſſet: ſenſiſſet ſine dubio plebs
ipſa nouarū rerum cupida: q̄tuꝫ pro chriſtia
niſſima maieſtate tua et ſtatus tui Genueñ.
cōſeruatione facere parati eramus. Minus
quoqꝫ inſiſtendum videtur in recenſendis in
cendijs ſtupris latrocinijs: immovero graſſa
tionibus vulneribus homicidijs et alijs gra
uiſſimis iniurijs per ipſaꝫ plebem inſtigatio
ne quorūdam ſedicioſorum cōtra nos perpe-
tratis: nullo habito reſpectu ad honorem et
ſtatū chriſtianiſſime maieſtatis tue ſub cuius
triūphante ⁊ glorioſiſſimo vexillo ſecuri dor
miebamus. Notoria enim ſunt. ⁊ ſi eoruꝫ mi
nimam partem recenſere voluero. Ante di-
em clauſo componet veſper olimpo. Quis
enim cladem illius noctis: quis funera fan-
do explicet: aut poſſit lachrymis equare labo
res. ſuppleturus ſi placuerit maieſtati tue: cū
plus ocij nacta fuerit. Ea tamen omnia li-
cet grauiſſima ⁊ intolerabilia forti ani[mo to]-
leramus: non eorum timore: ſiquidem nobis
vires non defuiſſent: ſed ne in aliquo offen-
deretur ſerenitas tua: ſine cuius nutu nihil
vnꝙ facere cogitauimus: ⁊ ob id domos pro
prias ⁊ dulces lares relinquentes: volentes
exilium patimur. Quapropter venimus nos
quattuor eorum oratores ad chriſtianiſſimā
maieſtatem tuam ad quam ſpectat vnicuiqꝫ
tribuere quod ſuum eſt: et delinquentes pu-
nire: petentes in predictis condignum reme
dium adhiberi pro noſtra indēnitate ⁊ ſtatus
tui conſeruatione pro firmo perſuadentes
non defuturum cum a prudentiſſimo ⁊ iuſtiſ
ſimo rege regū aliud exire non poſſit: ad hoc
ne delinquentes ipſi noſtra iactura locuple-
tentur: ſed ſint exemplum ceteris: ⁊ in ſola-
tium interemptorum. Quod vſqꝫ modo pe-
tere diſtulimus. Nam cum a principio eoꝝ
rebellionis duos ex ꝑmarijs noſtris ad maie
ſtatem tuā deſtinauiſſemus forte fortuna in
itinere obuiarunt illuſtriſſimo domino raue-
ſtein gubernatori noſtro ꝓ chriſtianiſſima ma
ieſtate tua: de cuius ordine redierūt: cum aſ-
ſereret ſe habere condignum remediuꝫ a ma
ieſtate tua. Quam dominus felicē faciat in
ſecula ſeculorum. Dixi.

M.E.C.D. 2016

CHriſtianiſſimus itaqꝫ
rex parte audita vtraqꝫ
(nam qui ꝑte audita tm̄
altera aliq̇d ſtatuit: nihil
ſtatuiſſe videt̄) veritate
qꝫ agnita: moleſtiſſime
vt nobiliſſimū decuit re-
gem: Genueñ. tot tantiſqꝫ iniurijs atqꝫ mo-
leſtijs affici leſum qꝫ iri nobilitatē ferens: at-
qꝫ ad ſe tanq̄ afflictoꝛum tutiſſimū (vt iam
diximus) aſylum cõfugientē: admodū huma
ne erga eandez ſeſe habuit: regie dignitatis
officiū arbitratus eſſe: cõgruū huic tanto ma
lo adhibere remediū. Rex igitur foꝛtiſſimuſ
Juliuz ceſarem in diſciplina militari inſtru-
ctiſſimū imitatus: oī cunctatione poſthabita
paruo tp̄is interuallo celeriter nō mediocrez
cõuocat militū: tum peditū: tum equitū mul
titudinē: quos pꝛemiſit. Jp̄e aūt rex boni pa
ſtoꝛis fungēs officio hoꝛridos animoſe peni
nos tranſcēdit mõtes. Ex quibus tuz animi
pꝛudētia: tum foꝛtitudine in hac tam difficili
e[illegible]tiõe vſus fuerit: quis vel tāta ꝑditus
eloquētia vt verbis conſequi poſſit. Cõmen
dant rerū ſcriptoꝛes cõplures duces ꝛ impa-
toꝛes ī diſciplina militari inſignes: q̇ patriā
ſuā vl̓ defendēdo vl̓ āpliādo ꝺ̓ ea benemeriti
ſunt: q̇bus rex noſter nõmodo equiparādus
verū haud īmerito ꝑferendus venit. Jmpꝛi-
mis cõmendat̄ mago Almicaris filius hāni
balis frater ꝙ Genuā ipam tam lõge lateqꝫ
ditionē ſuā ꝓpagantē: vt antonomatice ſup
ba dicta ſit: inſperato aduētu nulliſqꝫ ꝑſidijs
munitā ceperit. Vñ Titus Liuius lib. viij.
de bello punico de eo ſic inquit. Eadē eſtate
Mago almicaris fili⁹ ex minoꝛe balearium
inſula vbi hybernarat iuuētute lecta in claſ-
ſem impoſita in italiā. xxx. roſtratis nauibus
ꝛ multis onerarijs. xij. m. pedi. ij. duo ferme
equitū traiecit: Genuāqꝫ nullis ꝑſidijs mari
timā oꝛam tutātibus repētino aduētu cepit.
Sed regi nr̄o maioꝛi laudi aſcribendū eſt ꝙ
eā firmiſſimis ꝑſidijs munitā aggredi foꝛmi
dauerit minime. Nec ea qua ille in eā vſus
eſt crudelitate qui eā funditus euertit: veruz
ſumma humanitate ꝛ clementia. Laudatur
Milci ades a thenīe ſis. — Miltiades ꝙ Athenas totāqꝫ greciā libera
uerit. Rex v̓o noſter nõmodo regnum ſuum
nō liberauit: verū mirifice ampliauit. Athe-
nienſes duce Milciade plus virtute value
runt: vt decemplicem numerum perſarum:
themi- ſtocles — qui ſub dario erant pꝛofligarent. Victus ma
gis eſt Xerxes conſilio Themiſtoclis: ꝙ ar-
pauſa- nias. — mis grecie. Pauſanias Lacedemonius ma-
gnus homo. huius illuſtriſſimum eſt pꝛeliuz
apud Plateas. Nāqꝫ illo duce mardonius ſa

trapes regius natione medus regis gener
impꝛimis omnium perſarum ꝛ manu foꝛtis
ꝛ conſilij plenus cum ducentis milibus pe-
ditum: quos viritim legerat: ꝛ viginti mili-
bus equitum: haud ita magna manu grecia
fugatus eſt: in eoqꝫ ipſe dux cecidit pꝛelio.
Alcibiades Athenienſis magnam victoꝛi- — Alcibi ades.
am in Lacedemonios habuit. Recepit Jo-
niam Helleſpontum. Mul. as preterea vꝛ-
bes grecas: que in oꝛa ſite ſunt Aſie: quaruz
expugnauerat complures: in his Bizantiuz
Thraſybulus Lyci filius Athenīēſis: ſi per
ſe virtus ſine foꝛtuna ponderanda ſit: dubi- — Thra ſybul⁹
to an hunc pꝛimum omnium ponant greci:
illi ſine dubio neminem pꝛeferunt: fide: con-
ſtantia: magnitudine animi: amoꝛe in patriā
Naz quod multi voluerunt: pauci potuerūt
ab vno tyranno patriam liberare. Hinc con-
tigit vt a triginta oppꝛeſſam tyrannis ex ſer
uitute in libertatem vendicaret. Huic ꝓ tan
tis meritꝭ: honoꝛis coꝛona a populo data eſt
facta duabus virgulis oleagineis. Quibus
certe foꝛtiſſimis imꝑatoꝛibus in quouis vir-
tutum genere ſiue animi dotibus: ſiue rei mi
litaris peritia eiſdem eum cõferre libeat: ne
dum illis equandus: verum longe pꝛeferen-
dus (abſit verbo inuidia) rex noſter venit.
Ageſilaus Lacedemonioꝛum rex Helleſpon — Ageſi laus.
tum copias traiecit: tantaqꝫ vſus eſt celeri-
tate: vt quod iter Xerxes anno vertente
confecerat: hic tranſierit. xxx. diebus. Nec
minoꝛi rex noſter in hac Genueñ. expeditio
ne vſus eſt celeritate. Jdem ꝛ de barbaris
victoꝛiam habuit: ꝛ deoꝛum templa violari
vetuit. Et rex noſter de populo Genuēſi alꝭ
indomito ꝛ potētiſſimo: nec ſacras edes in q̊
uis leſum iri patitur ſummus religionis at-
qꝫ iuſticie cultoꝛ. Jn aphrica olim Carthago — cartha go.
fuit a Didone conſtructa. Ea quondam fuit
alterū poſt vꝛbem rhomam terrarum decus
que a Scipione aphꝛicano poſt ānos ſeptin
gētos ꝛ trigintaſeptē ꝙ fuerat extructa (vt
Solino placet) euerſa eſt. Genua lõgo tp̄is
interuallo plurīū regionum ꝛ inſulaꝝ nedum
ciuitatū caput: pꝛincepſqꝫ ꝓuinciaruz a rege
noſtro ſubacta eſt: factaqꝫ eſt ſub tributo dn̄a — Bellū troia- num.
gentiū. Pugnatū eſt apꝺ Troiā annis. x. mē
ſibus. vj. diebus. xij. que tandē deuicta eſt.
nec ignobilioꝛi ante Genuā rex potit⁹ eſt vi — Semi ramis
ctoꝛia: quā in virib⁹ ſuis cõfidentē. xxx. dieꝝ
ſpacio ſubegit. Semiramis babilonioꝝ regi — ꝛ Ale- xander
na: ꝛ Alexāder cognomēto magn⁹ ſoli indos
domuert. Sic hānibal (alij id magoni peno — Exerci tus A- lexādri magni.
almicarꝭ filio alexādri magni frī aſcribūt) ꝛ
Ludo. xij. frācoꝝ rex ſolꝭ gennēſes domuerūt
Jn alexādri magni exercitu. xxx. milia pedi-

M.E.C.D. 2016

tum: quattuor milia quingenti equitũ fuere Hac tam exigua manu vniuerſum terrarum orbem: vtrũ ſit admirabilius vicerit an aggredi auſus fuerit: incertũ eſt: cum ad tam periculoſum bellum exercitũ legerit non iuuenes robuſtos: nec primo flore etatis: ſed veteranos pleroſq; etiã emeritos: qui cum patre priuſq; militauerant: elegit. vt nõ tam milites ꝙ magiſtros militie electos putares

Ludouicus. xij. cõparat alexandro magno

Itaq; nemo in prelio fugam: ſed victoriam cogitauit: Nec in pedibus cuiq; ſpes: ſed in lacertis fuit. Pariformiter chriſtianiſſimus rex noſter in hac tã difficili et laborioſa Genuſieñ. expeditiõe feciſſe videt. Nõ eñi mõ robuſtos iuuenes nec in pmo etatis flore cõſtitutos elegit: ver etiã cõplures veteranos atq; i diſciplina militari inſtructiſſimos: in rebuſq; bellicis exercitatos: vt non tam milites ꝙ magiſtros militie putares Qui reliquã tum peditum: tum equitum ipſius exercitus ductitabãt multitudinem. Inter quos precipui duces feruntur dominus de chaumon magnus (vt vulgo loquuntur) dictus regie domus magiſter regis locumtenẽs generalis: Dñs. M. de molardt perſonã regis ſuſtinẽs in delphinatu. Dñs. N. de la paliſſe. Dñs. N generalis normandie: quem iam dictus dñs magnus magiſter equitẽ auratum creauit. Dux albanie. Comes de roſilion. Dñs de la roche dictus maugeron. Et animoſus vir Petrus taralli dominus de baiar: atq; alij nobiles complures. Hi omnes ſtrenuiſſimi milites cum ceteris nõ tantũ aduerſariorum inſultus animoſe ſuſtinere parati: verũ eoſdem inuadere atq; aggredi formidabant minime. Expugnatis itaq; qbuſdã munitionibus: illud fortiſſimũ in vertice cuiuſdam intractabilis montis conſtitutũ fortalitium: in quo Genueñ. non paruũ confidebant: aggredi atq; debellare attentant. Aſcendunt animoſi milites inſtar quadrupedũ ⁊ ferme manibus ⁊ pedibus (vt aiunt) adnitẽtes: parati eo die aut victoriã conſequi: aut in armis ſtrenue dimicando mori (hoc loco ante aggreſſũ Generalis normãdie inſignijs decoratur militaribus) reſiſtunt imprimis aduerſarij: vulneratur dominus de la paliſſe. Sz obinde nihiloſegnius: verum magis ſtrenue pergũt: continuantq; pugnam galli. cedũtur cõplures ex aduerſarijs: reliqui turpiter aufugiunt: fortallicium igne concrematur. Sequenti luce aduentat rex: nec multopoſt ecce quos fuga ſaluauit Genueñ. cum alijs ex ciuitate egreſſis apparuerunt in monte: quos galli aggrediẽtes ignominioſe terga dare coegerunt. Ciues vero adnimaduertẽtes ſuorum militum perditionẽ atq; fortune minus proſperos ſucceſſus: legatos ſuos ad regiam maieſtatem deſtinarunt: petentes pro offenſis veniam: atq; in gratiã recepi. Quos rex clementiſſimus humane in gratiam recepit ea conditione. regie clemencie atq; voluntati ſeſe ſubmitterent: quod et fecerunt. His itaq; compoſitis rex Genuam ingreditur: cui vt triumphatori victorioſiſſimo ſum̃os exhibuerunt honores: quod item cetere tam ciſmõtane ꝙ trãſmõtane regie ditioni ſubiecte omni diligẽtia efficiũt ciuitates. Hanc regiam in Genueñ. expeditionem quidam his paucis carminibus elegantiſſime cõplexus ẽ ſic inquiens.

Parthenopẽ curſim victã Parmeq; labores
Deſine mirari Gallia: maius habes.
Indomitos ligures Genuã Ludouicus ⁊ vr
Fracta iubet ſolo frena referre die. (bem
Diſcite iã qd ſit Ludouicũ offendere gẽtes
Uincere ſcit: victos ⁊ retinere docet.

¶ Et hec paucula ſup preſenti negotio pro epitomatis anguſtia lectori ſufficiant

M.E.C.D. 2016

¶ Sequuntur nōnulla ex preclaris francorum regum facinoribus per modū ſupplementi eorum que de his in ſuperioribus dicta ſunt collecta.

Lotarius ſecūdus gallorū rex in ſaxones vſqz penetrauit: vbi memorabilem edidit ſtragem: nemini maſculini generis parcens: qui gladij ſui lōgitudinē excederet: inde vaſtatis agris: et vicis incenſis: victor clotarius in franciam demigrauit.

¶ Nonne vaſcones Auberto mortuo a Dagoberto gallorum rege deficiunt. Qui primū francorum congreſſuz egre ferentes: multis ceſis: fugatiſqz: alij in montes: alij in ſiluas ſeſe abdiderūt. Sed cū ex fuga ſe recepiſſēt miſſis ad doinum nuncijs quo duce bellum gerebatur: imperata ſe eſſe pollicētur. Ita ſaluus exercitus in franciam reuertit.

¶ Stephanus ſecundus papa pipino ⁊ ei⁹ poſteritati benedixit atqz qui temeritate aliqua aduerſus francos bella mouerēt cōione chriſtiana interdixit. Pipinus gallorum rex in longobardos exercituz ducit: cui ad alpiū anguſtias occurrens Alſtulphus: trāſitu frācos prohibere contendit. Sed irruentium in ſe francorum impetum nō ſuſtinens: Papiā ſe recepit. Ibi milite franco circumuallatus obſides quadraginta Pipino dat. Juratqz rhomano pontifici quecunqz abſtuliſſet reſtituere. Atqz ita attributis ſtephano militum firmiſſimis copijs pontificem in ſedem Pipinus reſtituit. Cognito Pipini in franciam abſceſſu: Alſtulphus neqz obſiduz neqz iuriſiurandi curam habens nullis ſe promiſſis abſoluit. Eam ob rem pipinus ſuperatis iterum alpibus alſtulphum papie obſidet. Obſidione preſſus alſtulphus rauennam pipino cum alijs quas pontifici abſtulerat aliquot vrbibus q̄ exurcatu erāt reſtituit. Receptas pipinus ſtephano aſſignat. Ipſe vero alſtulphus non multo poſt equo forte delapſus ceruicem fregit. Saxones quibus odio ſemper fuerat francorum nomen proficiſcentem in ſaxoniam Pipinuz aditu intercludere conati ſunt. Sed irruptione facta pipinus hoſtem retro abire compellit. Victos deniqz annua trecentoruz validiſſimorum equoz penſione pipinus mulctauit: quos ad ſe quotannis in franciam parlamenti tempore deducerent. Sic enim publicum ad iuſticiā miniſtrandaz conuentum franci vocant.

¶ De vuandalis ludouicus ludouici pij fili⁹ victoriam habuit: duce eorū capto.

¶ Ludouicus iunior filius ludouici groſſi gallorum regis poſtq̄ conradus germanorū imperator grauem ſuorum ſtragē ab yconij ſoldano accepit: re cōperta Ludouicus inde tranſiens ad flumen venandri caſtra ponit cupidus manum cū turcis conferre. Dū eo loci ſtationem haberet miles francus ab altera fluminis ripa iaculis fundiſqz hoſtis noſtros aquatione prohibebat. Sed reperto vado franci flumen traijciunt atqz in turcos ꝓgrediuntur. Quibus partim fuſis partim occiſis aut captis caſtra eorū diripiunt: atqz ingentes inde opes exportant.

¶ Temporibus Philippi auguſti francoruz regis albigeſij heretici in narbonēſi prouincia regnabant Habebat obſcena albigeſiorū turpitudo defenſores aragonum videlicet regem: ſancti item eligij comitem ⁊ fuxi principem: qui eductis ingentibus copijs Symonem gallorum pro rege ducē exercitus apud murellū arcem obſederunt. Qui tametſi raros armatos ſecum in preſidio haberet: nihil tn̄ deſperans re diuina a ſacerdote facta: poſtq̄ ſe imprimis atqz ſuos confeſſionis ſacramento purgaſſet: eruptionez ſubito facit regem aragonum ⁊ hoſtium octodecim milia interemit: cum ipſe tantum octo ex ſuo preſidio amiſiſſet. Credi merito poteſt deum pro ſua religiōe comitē recte pugnātē adiuuiſſe

¶ Philippus gallorum rex dictus Auguſtus othonem quintum imperatorem octodecim miliaribus tornaco diſtantem vicit: ⁊ eodem tēpore Ludouicus eius filius de pictauis victoriam obtinuit.

¶ Ludouicus ſanctus apud cartaginem ſarracenos in fugam vertit multis interemptis Et poſt habitam victoriam rex cartaginem ingreſſus eſt.

¶ Anno ſalutis milleſimo trecēteſimo vno Flandrēſes apud roſebequaz a karolo ſexto et francis ſuperātur. Ex quibus mortem oppetierunt milia quadraginta.

¶ Temporibus Caroli ſeptimi gallorū regis tria circiter milia anglorum in pugna cecidere. captis ex anglorum nobilitate cum Taleboto q̄ꝑlurimis. Tum in caroli poteſtatem venit ienuilla et alia quedaz per belſiam loca. Apud cathalanuenſes ingens de anglis cedes facta eſt ⁊ hoſtis anglus ſuperatus.

¶ Fuit per hos dies apud argentonū agri fagienſis prelium pertinax: atqz admirabile francis triginta aduerſus totidē anglos pu-

M.E.C.D. 2016

gnantibus. Nemo enim nõ vulneratus prelio exceſſit. tandem nouem ex hoſtiũ numero cum argentonij mareſcallo interemptis reliqui angli fuge ſe commiſerunt

¶ Per hos etiam dies Delorus prelio cum anglis contẽdit. Qui vero pedites ad ſeptẽ ſtabant ſe inter arcez angloſq; medios locãt atq; hoc pacto interceptũ hoſtem fundunt: occiduntq; cõpluribus captis. Eadem fortune benignitate vſus eſt apud ſillũ guillermi delorus. Anglos eñ ex arce ſancte ſuſanne in ſillum guillermi mouẽtes: cum predas feciſſent: ſuperueniens delorus ducẽtos ex anglis interemit: ablatis ſpolijs: captiuiſq; receptis. Neq; deteriorẽ fortunã expertus eſt aduerſus comitem darouellum in pratis amnis ſatrenſis ſecus vicum quẽ gratalũ incole vocant. Nam cum ſexaginta ſupra centuz equitibus: aduerſus tria anglorum milia preliari audet: predas ex hoſte reportauit.

¶ Circa hos dies ad lapideũ pontem qui nõ procul a ſancto dionyſio ad ſequanã pertinet quadringẽti angli periere: multis cũ thoma belmonte militũ prefecto captis.

¶ Apud Caſtillionem occubuere in prelio octingenti angli obſcuri nominis cũ quadraginta viris illuſtribus, in quibus fuit Taleboti filius. Fugientium vero atq; eorũ qui ſe amni dordone credidere par numerus fuiſſe refertur. Et cum ipſum etiam talebotum a ſagittario franco occiſum conſpexiſſent angli in fugam conuertuntur.

¶ Tẽporibus Ludouici. xj. apud Tornacuz dux gheldrenſis mille & quingẽtis alemanis inſtructus: Tornaci ſuburbia cremare conſtituens: a tornacẽſibus primo conflictu occiditur: & in vrbẽ infertur. Secundo vero erũpentibus in alemanos equitibus francis: cuz aliquot vrbis incolis cedem fecere duorum milium: ſeptingentis viuis comprehenſis. Et cum flandrenſes ad blancã foſſam multo numero caſtra haberẽt: miſſis in eos copijs profligati ad duo milia cecidere: reliquorum in fuga deprehenſorum: duo quoq; circiter milia corruerunt. ¶ Finis.

¶ Quãdoquidẽ in ſuperioribus de chriſtianiſſimis francorũ regibus mentio incidit: rẽ ſtudioſo lectori non ingratam me facturum arbitratus ſum: ſi eorundem genealogiam: tam ex antiquioribus q̃ recentioribus reruz ſcriptoribꝰ in epitomen redactã his addidero

GAllie (Solino teſte) inter Rhenũ & pireneum. Itẽ inter oceanũ & montes gebẽnam ac lirem porriguntur. Felices prepinguibus glebis, ac commode prouentibꝰ fructuarijs: plereq; conſite vitibꝰ & arbuſtis Omnia ad vſum animãtiũ fetu beatiſſima. Rigue aquis fluminũ & fontiũ. Sed fontaneis interdũ ſacris ac vaporãtibꝰ. Eſt autez gallia altera ciſalpina altera trãſalpina. Trãſalpina q̃ ab italis Ciſalpina dicit̃ ab vſu toge togata gallia noĩatur: In trãſpadanã et ciſpadanã diuidit̃. Ciſalpina quã itali trãſalpinã vocant: q̃ vno noĩe Comata vocata in tria populorꝫ genera ſecat̃ amnibus [illegible] diſtincta. A Scalde ad Sequanã belgica: a q̃ belge: ab eo ad Garrũnã Celtica: a q̃ Celte & q̃ finitimi ijs hiſpani ſunt Celtiberi. Eadẽ etiã lugdunenſis a lugduno galliarꝫ nobiliſſima & inſigni vrbe. Inde ad pyrenei montis excurſum Aqtania. q̃ ante Aremotica dicebat̃: a qua aquitani & Aqtania regio. Gallia lactea regio & cãdida dr̃: nã p̃ter ceteros albi ſunt galli. Qua ꝑpt̃ a grecis ꝑpt̃ huiuſcemodi colorẽ galate dicũtur ab eo qđ eſt galla. i. lac. Ab ipa gallia galatia regio minoris aſie cõterminã phrygie denoĩat̃: quã olim galli ex europa veniẽtes habitarũt: a qua galate appellati hec & Gallogrecia dr̃ a q̃ Gallogrecinã cũ a rege Bithinie galli ſimul ac greci in auxiliũ vocati veniſſent: ꝑtẽ regni tenuerũt: & a grecis galliſq; Gallogreci ſunt dicti. Et vt Põponius mela gallorũ tñ inimicus ſcribit lib. iij. Habẽt galli facũdiã ſuã magiſtroſq; ſapientie dryudas ſeu dryidas. Hi terre mũdiq; magnitudinẽ: & formã: motus celi et ſyderũ: ac quid dij velint: ſcire pſitent̃. Unũ ex ijs que precipiũt in vulgus efflluit videlz vt forẽt ad bella meliores: eternas eſſe animas vitamq; alterã ad manes. Parthenius phocẽſis hiſtoriaruz primo. Franci Gallica gens inquit Alpium montes accolunt, aliud preterea nihil. Appellationis cauſam nonnulli putãt immunitatem ſtipendiorum: quibus ab imperatore Ualentiniano leuati ſũt ĩ decẽniũ. Quidã frãcos q̃ſi feroces domitis Alanis interpretant̃, q̃ poſtea Sycãbria ab

ipſo Ceſare pulſi: ꝙ vſurpata diutius q̄ conceſſerat īmunitate: tributa penit⁹ abnegarēt aſſūptis ex ſua nobilitate Marcomiro Suimone ⁊ Genebaudo ducibus ſad Rhenū cōſederūt. ibi ꝯſtituto oppido Frācofordie nomē īdiderūt. In gallia ꝓmū potiti ſūt vrbe Treuerorꝝ lucio rhomano ꝑfecto dedēte: ſꝫ ꝑtim eorꝝ ꝑnti fortuna nō ꝯtēti: querēdis nouis ſedib⁹ egreſſi: ad Secane ripas errore vagi ꝑueniūt: ibiqꝫ amenitate locorꝝ capti ꝯſiſtūt: adminiſtratiōe rerꝝ ꝑmiſſa Marcomiro quē ſūmope celebrabāt ⁊ colebāt: opiniōe vulgata ꝙ Priami ſanguine propagatus eſſet.

¶ Eius deinde filiū noīe Faramūdū oīum apud ſe primū ad regiū faſtigium prouehunt is impauit ānis vndecim: Vita functo ſucceſſit Clodius ex eo genitus: a ꝓmiſſo capillo cognomēto capillatus: ꝓſperiſqꝫ prelijs ꝓximas natiōes ſubegit. Turingos Tornacenſes ⁊ Cameriacenſes: nullaqꝫ ex ſe relicta ſobole: vigeſimo ex quo regnare cepit anno diem clauſit.

¶ In eius locū ſufficit a ſtirpe Clodio propter Merous: quē pro rhomanis aduerſus hunnos ⁊ Viſogotos in cāpo Catalaunico pugnantem occubuiſſe cōſtans fama eſt.

¶ Paternū decus Childericus accepit: q̄ ſecūda fortūa ad ſuperbiā luxūqꝫ ꝓlapſus: ob īpotentiā dn̄andi pulſus: ac rurſus Guiuomadi gentis ſue principis: in cui⁹ fidē ꝯfugerat opibus ⁊ factiōe reuocatus: Gillonē rhomanū q̄ Sueſſōib⁹ preerat equo marte ſuperat Aurelianenſes ⁊ Andegauos in ditionē redigit. annis. iiij. ⁊. xx. rex exiuit hominem.

¶ Excepit imperium Clodoueus childerico patre natus: qui Remos ⁊ Sueſiones in poteſtatem redegit. in vxorem ducta Crotilde cuius erat patruus gondebaldus Burgundionū rex: Suſceptos ex ea liberos chriſtiani dogmatis eſſe paſſus ē: quo mater eos imbuerat: ꝙuis ipſe perſtaret ī maiorū cerimonijs: inuidioſe cauſatus crotildi iratis dijs ob neglectū eorꝝ cultū: alterū eius filium ab hūanis exēptū: alterius morbo impliciti in dubio vitam eſſe. Sed vbi puer a matre ſuſcepto voto cōualuit. ipſeqꝫ clodoueus germanos ancipiti prelio ſupauit: in vxoris religionē conceſſit: ac a Remigio Remēſi Pōtifice ex aqua luſtratus: oleo quod a columba celit⁹ allatū rumor eſt: vngitur: ex eoqꝫ mos durat vt Francorum reges cum diadema atqꝫ honoris inſignia accipiunt: eo tingantur. Itaqꝫ clodoueus accepto vero dei cultu: Burgundiones Aquitanoſqꝫ: et gotos bello domuit. Et Tholoſanos impoſito preſidio retinuit in poteſtate: Burgundiam Gendebaldo conceſſit: vxoris eius patruo ſocerique fratri germano: grandi prius ab eo accepta pecunia quam pepigerat.

¶ Eo vita functo regnū quattuor in partes eſt diuiſum: inter eius filios. Ex ijs Theodoricus Metenſes: Clodomiris Aurelianenſes: Clotarius Sueſiones: Chilbertus Pariſios eſt ſortitus. Clodomiris inſtigante Crotilde bellū ſuſcepit in Burgundiones: et Gēdebaldum: qui Crotildis parentes e medio ſuſtulerat: eius auum atqꝫ auiam maternam regnoqꝫ incubabat: ad ipſam Crotildem iure gentiū ſpectāti: que muliebriter ardens vlciſcendi regnādiqꝫ cupiditate: filium cōcitauit in Gendebaldū. Clodomiri magno conſtitit matri prauiſſe: exercitu nanqꝫ ducto in Burgundiones in acie fortiter dimicās occubuit victoriā ſuis reliquit: et tres filios Theobaldum Gonterum et Clodoardum.

¶ Chilbertus Pariſiorum rex vnus ex clodouei filijs in Almaricum Hiſpanie regem pia de cauſa bellū ſuſcipit. Erat almarico nupta chilberti ſoror impollute religionis et veri dei cultus obſeruantiſſima: que cum nullis aut precibus aut minis ad Arrhiane ſecte preſtrigias: quibus vir erat imbutus: traduci poſſet: ab eo cōtumelioſe tractabatur. Ei⁹ ī iniurijs motus frater inito prelio victor: hiſpanos aduſqꝫ toleti fines imperata facere cōpulit. abſqꝫ prole vndequinquageſimo ſui principatus anno diem clauſit.

¶ Theodoricus is qui Metenſibus imperabat: et clotarius qui ſueſionibus ex ijs quos dixi fratribus ſupererant: qui regno clodomiris inhiantes: auſi rem barbare crudelitatis accitos ad ſe fratris filios ab Auia crotilde: que pariſijs eos educabat: ex ijs duos theobaldum: Gonterumqꝫ fede necant Aurelijs. Clodoardus a cede elapſus ad aram cōfugit inſpoliati fani: quod Aſylum vocant Ibi quoad vixit precipuo ſtudio ſanctiſſimeqꝫ numen loci coluit. vnde poſt obitum cōſecratus et inter diuos relatus eſt. Theodoricus (ita auariciam immanemqꝫ eius ambitionem vlciſcente fato) ſine liberis ad manes Erebi raptus eſt. Unde regia: quam in quattuor veluti mēbra diſcerpſerant: in vnū corpus priſtinamqꝫ formam redacta Clotarius potitus: vnoqꝫ et quinquaginta cum regnaſſet annis: morte obita apud Sueſionem conditus eſt. Eius autem filios exemplū patris ad omne facinus impellebat. Itaqꝫ cum diu bonis et malis artibus occupare paternum ſolium pro ſe quiſqꝫ certaſſet: et

M.E.C.D. 2016

conſilia non ſuccederent: in quattuoꝛ et ipſi
partes vt conuenerāt ex numero ſui regnum
diuiſerunt. Theoberto natu maximo Pariſij
Contraneo Aurelij: Sigiſberto Metēſes
Chilpico Sueſiones obtigerunt. Theober-
tus vel (vt alij vocāt) Antibertus omni mu
liere coꝛruptioꝛ: et ad libidinem ſolutiſſimus
in complexu pellicum mature deceſſit: ex illo
multiplici coniugio non plus vno ſuſcepto fi
lio: qui patrem continuo ſecutus eſt. Si-
giſbertus incautum Chilpericum fratrem
cum ſubito bello opprimere tētaſſet immiſ
ſis percuſſoꝛibus extinctus eſt. Nam cum
Chilpericus obſeſſus a fratre Toꝛnaci: quo
ſe ex fuga receperat rebus ſuis parū fideret:
Athanaidis Hiſpanie regis filia Fredegon
da quam dimiſſa prioꝛe eius vxoꝛe Galſon-
da ſuperduxerat: in eadem cū viro foꝛtuna:
rem nō muliebꝛem cogitauit: duos audacis ⁊
ad omnia pati iuuenes animi cōparat: onera
toſqꝫ ꝓmiſſoꝛum ſpe ⁊ preſenti largitione: in
hoſtium caſtra ſummittit: hi Sigiſbertū im
prouide agētem adoꝛti interimūt: ex quo re-
gnare cepit anno. xiiij: ſuperſtite filio Chil-
deberto quē ſuſceperat ex Bꝛonchilde filia
Athanaidis hiſpanie regis quo patre natam
Fredegondam demonſtrauimus.

¶ Chidelbertū amiſſo patre bona regni par
te e Chilperico ſpoliatum: Gontrannus Au
relianenſium Rex alter eius patruus: quia li
beris carebat: i ſpem ſucceſſionis adoptauit
Oꝛta mox inter eos: Theodoꝛi Maſſiliēſis
epiſcopi cauſa: graui diſſenſione: Gōtrānus
adoptionē reuocauit. inde Chidelbertus in
gratiam cum Chilpico reuerſus: vterqꝫ pari
bus auſpicijs in Gontrannū ducit exercitū.
demū rebus equa cōditione compoſitis: lap-
ſus in inſidias cum noctu rediret a venatio-
ne Chilpicus a Landerico obtrūcatur in ſal
tu quodā: Fredegonde cōiugis abominando
ſcelere: que cū landerico conſueuerat: ⁊ viro
prepoſuit adulterū. Clotarius Chilpico patri
ſuperfuit. Gontrannus iterum Chidelberto
cōciliatus cum. xxx. regnaſſet annis moꝛiens
eum ſcripſit heredem.

¶ Chidelbertus itaqꝫ cognomento Junioꝛ
haud ita multo poſt hauſtu veneni perijt vna
cū coniuge. ſupſtitibus filijs Theodeberto
natu maioꝛe. qui Metenſibus imperauit
appellatus Auſtaſia: ac Thedeoꝛico Burgū
dionū rege matreqꝫ ipſius Chidelberti Bꝛō
childe. Chidelbertus ergo cum patruele Clo
tario ſtationem regni tenuit octauam: quo
moꝛtuo rerum ſumma penes vnum Clota-
rium fuit. is tamen aſſumpſit in partē prin
cipatus ipſius Chidelberti filios.

¶ Cumqꝫ Bꝛonchildis auie fallacibus arti-
ficijs inculcatum Theodeberto ⁊ theoderico
fratribus eſſet: vt generis conſoꝛtium ferro
diſcinderent: oꝛto inter eos bello apud oppi-
dum Tullum: quod tunc edificabatur: inito
certamine in Theodericum inclinante foꝛtu
na: Theodebertus ſaluti ſue fuga conſuluit:
qua nunciata Theodericus omnia igni fer-
roqꝫ populatur hoſtiliter: nec ante finem fe-
cit: ꝙ Theodeberti populares ⁊ ſocij ſtipen-
diarij: accepta conditione reciſum regis ſui
caput Theoderico attulerunt: atqꝫ hunc in
modum Metenſes in ditionem theodoꝛici
conceſſerunt. abductis inde Theodeberti li-
beris: ⁊ in his exuberanti pulchritudine pu-
ella: mares in eius conſpectum deductos ef-
ferato mulier animo Bꝛonchildis eoꝛum
pꝛoauia iugulauit: ipſam. puellā cum theo-
doꝛicus matrimonio ſibi deſtinaſſet: interce-
dente Bꝛonchilde: q̄ nefas eſſe cōtenderet
neqꝫ ꝑ leges licere fratris filiam ducere: ira
percitus ⁊ mulieris incōſtantiam n[illegible] fe
rens: illa auctoꝛe bellum cōtra fratrem ſuſce
piſſe: cꝫ affirmaret eum nō ex eodem patre:
ſed adulterio conceptū: nunc eum ipſum fra
trem germanum: quo nuptias impediat: aſ-
ſerere: acri conuicio ab ſe reiecit: egreqꝫ ab
eius pernicie temperauit. Feꝛox itaqꝫ femi-
na ad multo ante pꝛecogitatum reuoluta fa-
cinus: venenum diluit: extinctoqꝫ Theoderi
co: parricidium parricidio cumulat.

¶ Eo pacto francie totius imperium redigi
tur ad vnum Clotarium Chilperici Sueſſio
num regis ⁊ Fredegonde filium: aduerſum
tendēte Bꝛonchilde eque Sigiſbertū theo
deberti ex pellice (vt aiebat) filium paterno
ſufficiendum enixe curabat. Eam rē pꝛinci-
pes ⁊ optimi quiqꝫ auerſati clotario poꝛtas
aperiunt: in aciem ꝓgreſſum Sigiſbertum
Clotarius ſuperat: eumqꝫ cum Bꝛonchilde
viuum capit. Cōſtituto iam regno tot impi-
arum cedium penas a Bꝛonchilde ſumpſit
muliere nō vna tantum ſimpliciqꝫ moꝛte di-
gna: multiſqꝫ rebus pꝛeclare geſtis: in tanto
regni faſtigio quadraginta quattuoꝛ exactis
annis: exceſſit ab humanis. Ex aſſe inſtituto
herede Dagoberto filio: quem pꝛioꝛ ei⁹ vxoꝛ
Engeltruda pepererat: excepta Aquitania
quā Ariberto ex altera coniuge nato reliqt.

¶ Aribertus Aquitania potitus: apꝺ Tho-
loſam nō ita multo poſt obijt: vnico ſuperſti-
te filio: q̄ mature patrē ſecutus eſt: itaqꝫ ⁊ A
quitania ad ipm̄ Dagobertum redijt.

¶ Hic eſt ille Dagobertus qui diui Diony-

M.E.C.D. 2016

ſij tēplum cōdidit: in eoq cineres ipi⁹ diony
ſij ſociorumq eius Ruſtici ⁊ Eleutherij cum
magna religione ⁊ ornamento poſuit. Tan
dem mortuus ibi condi voluit.

¶ A Dagoberto res ad ludouicū ceſſit. ei⁹
ex Matilde filium: quā Dagobertus amiſſa
priore coniuge ſuperduxerat. Is ex iuſta ma
trefamilias editus omni regno potitus eſt:
preterq̄ normādia vl' (vt alij vocant) Neu
ſtria: quā Sigiſbertus ex Ranguetudra pa
tris pellice natus permiſſu eius obtinuit.
Ludouicus autē nulla re memorabili geſta
per annos ſexdecim quibus imperauit: inglo
rius ab humanis exceſſit. ex Baltide vxore
natione ſaxonia Elotario: Childerico ⁊ theo
dorico ſuperſtitibus liberis.

¶ Elotarius qui etatis priuilegio patri ſuc
ceſſerat: extinde anno quarto migrauit e vita
Franci Theodoricum natu minimum in re
gnum recipiunt q̄ eo retinendo potior viſus
eſſet: ablegantq in Auſtriam Childericum.
Cumq Theodoricus ignauie deditus adeū
di ſalutandiq ſui copiam plebi non faceret:
ni[illegible] tantum maioris: eoq tempore mune
ribus vltro citroq miſſitandis occupare tur:
⁊ regnum per alios adminiſtraret: hanc in
dignitatem proceres haud quaquam tule
runt. itaq Theodoricum ⁊ Ebroynum pre
fectum pretorio compellunt in clauſtra col
legij monachorum.

¶ Childericus ex Auſtria accitus ad regnū
venit. Qui cū barbare ſeuiret in ſuos: ⁊ quē
dam illuſtri loco natum palo religatum fuſti
bus cedi iuſſiſſet: adeo oīm aīos rei nouit a
trocitas vt is i. quē childericus aīaduerterat
haud parum multos inueniret: qui ſecum cō
tra ſalutem tyranni coniurarent. Itaq re
deuntem a venatione excipiunt inſidijs: ⁊ ſi
mul cum Ulcide vxore grauida obtruncant.
vnde neceſſe fuit ad Theodoricum confuge
re: quē intra ſepta cenobij cōpulſum diximus.

¶ Per idem tp̄s inertia regum p̄torio prefe
ctus a rege p̄ximam dignitatem obtinebat:
ad quā potentiſſimi quiq francorū ſumma cō
tētione nitebantur. Pipinus ex Auſtria pro
fectus: is cui puſilli cognomē a breuitate cor
poris inditū: p varios caſus eſt euectus: in
de Theodoricus e vita migrat: vndeuigeſi
mo ex quo regnare cepit anno. Clodoueus in
patris locū ſubrogat⁹ tertio poſt anno natu
re cōceſſit: Childelberto fratri relicto regno.

¶ Childelbertus huius noīs tertius ⁊ in re
gia. xv. in rebus humanis haud diu fuit. ſup
ſtiteq Dagoberto filio moritur.

¶ Dagoberti principatu varij bellorum mo
tus inter regni p̄ceres extiterunt: cum quiſq
ſibi prefecturā: de qua diximus: affectaret. ⁊
in hunc aut illū varius eēt hoīm fauor. Ali
quādiu dagobert⁹ imperij gubernacula retinue
rat: oīaq agebat ex arbitrio pleutrudis vxo
ris ⁊ Pipini Theodoaldiq prefecti: in quo
rum tutela rex erat cum Theodoaldus haud
incruenta faciliq victoria ab honore deijci
tur: in eius locū ſuffecto Rangefredo: nec
ita multo poſt exuit hominem Dagobertus
abſq prole: et iam regium genus a ſtirpe de
fecerat. Igitur optimates ſacerdotem quen
dam nomine Danielem: cuius ingens apud
eos erat opinio: primum pretorianis impo
nunt ⁊ palacio preficiunt: expectato quoad
profanum in modum capillum barbamq p̄
mitteret. Cum iam tum ſacris inaugurati:
tradito vel ab Egyptijs vel a iudeis more:
caput haberent: vt hac etiam etate ſemira
ſum: barbamq diuini libi gratia non nutri
rent: contrario profanorum more: quare ton
ſu habituq mutato e prefectura ad regale fa
ſtigium prouectus pro Daniele Chilpericus
appellatur.

¶ Per eoſdem dies Martellus Pipini filii
us effracto carcere laxatiſq vinculis in que
cōiectus ⁊ Pleutrude nouerca fuerat: raptis
ſumptis armis ad aſſerādam palacij prefe
cturam: quā pater obtinuerat: aduolat: egreſ
ſis obuiam Chilperico rege ⁊ Rangrefredo:
qui tum pretorianis impoſitus erat: ancipi
ti diu victoria pugnatum: donec Martellus
in fugam verſus eſt. Sed aucto mox exerci
tu redijt: ac vtrumq regni finibus exegit.
Ipſe Chilpericus in fidem Eudonis Uaſco
num principis ⁊ ſocij confugit. Rangrefre
dus ſe recepit in Andegauiam quem Mar
tellus in poteſtatem redactum dimiſit. Op
pidum preterea quoddam habendum conceſ
ſit vbi imperaret: aſſumptaq hereditario iu
re debita ſibi prefectura Chilpericum reſti
tuit in regnum.

¶ Nouus inde rex principum ſuffragio crea
tur: adnitente Martello pretorij prefecto:
quidam childericus vel (vt ab alijs appella
tum repperi) Theodoric⁹ Dagoberti filius
eius nominis vltimi: quem ſpecioſe iacta
bant apud ſacras virgines oppidi Calenſis
educatum. Tota tamen imperij ſummā Mar
tellus penes erat. Is ⁊ Sueuos: ⁊ Hiſpanie
regem cui nomen Abdimaro iuſto prelio ſu
perauit. Burdigalam ⁊ Pictauium recepit
ab Abdimaro occupatas vrbes. Cumq per
annos. xxv. Francorum rem feliciter admi
niſtraſſet: obita morte ad edem Dionyſij con

D

M.E.C.D. 2016

ditus eſt in mauſoleo quod etiam nunc ex A
labaſtro viſitur ante diſtributo liberis impio
Carolomano conceſſit Auſtraſiam: Sue-
uiam: Alemaniã: ⁊ Lothoringiam: Pipinũ
pretorianis impoſuit. ⁊ Gallis qui ſui iuris
erant. Gryphonem natu minimum teſtamẽ
to preterijt. Caroluſmanus multis magniſ-
qꝫ rebus fortiter ⁊ preclare geſtis in ſatieta-
tem verſa gloria: ſeceſſit in cenobium quod
ipſe conſtituerat ad ſoracte: ibiqꝫ religioni di
uinoqꝫ cultui mancipatus aliquandiu vixit:
demum quietioris vite deſiderio migrauit in
montem Caſinum: omni, rerum cura Pipi-
no fratri relicta.

¶ Pipinus ex hac domo ſcđs: ob ignauiam
Childerici: decreto Zacharie rhomani pon-
tificis ex prefecto p̃torij rex creatus eſt. Ip̄e
Childericus in priſtinum redire ſtatum coa-
ctus: habitum monachi rurſus accepit. Inte
rim Pipinus iterum tranſcenſis Alpibus
opem laboranti Stephano rhomano põtifi-
ci cõtra longobardos attulit: quibus acie vi
ctis ipſum Stephanum pontificali faſtigio
Inſti- restituit. Idem ſenatorũ conſilia primus in-
tuit ſe- ſtituit: etſi non ea que nunc eoꝝ forma tunc
nato- erat. Nam lege ſanxit vtˡ ſemel in annũ prin
res. cipes eo cõuenirent: quo rex ediceret partim
litibus iudicãdis: partim cõſtituendo regno
p̃ncipes etiã ſenatus elegit qui curie preeſ-
ſent: ij ſemper ipſum regem comitabantur.
deniqꝫ domicilio locũ pariſijs acceperũt: vbi
Pipinus vita functus ad edẽ Dionyſij iuxta
patrẽ ſepultus eſt: in alio tñ cõditorio quod
ipſe viuens faciendum ſibi curauit.

¶ Pipino patri ſucceſſerũt Carolꝰ ꝗ poſtea
a magnitudine rex geſtaꝝ magnꝰ eſt appella
tus: ⁊ Carolomanus qui reges ambo decre
to procerum deſignati: ſed paucis exinde die
bus ab humanis exempto Carolomano rex
ſumma ad eius fratrem carolũ relata eſt. Is
Hadriano põtifice maximo ꝑ legatos implo
rante: copias in italiam duxit aduerſum De
ſiderium vltimum longobardorum regem:
quo ſuperato ſua reſtituit eccleſie: ꝑinde pre
cipuis a pontifice priuilegijs donatus abijt
Saxones ad annos. xxx. ꝑducto bello domu
it: ⁊ ad verum dei cultum cõpulit. In expedi
tionis apparatu cõtra ſaracenos qui tũc Hi-
Inſti- ſpanias obtinebãt: duodecim quos aiunt pa
tuit. xij res inſtituit: quorum ſex eſſent; ex collegio ſa
francie cerdotum: treſqꝫ rurſus eoꝝ duces. Remen
pares. ſis archiep̄s: Landunenſis: ⁊ Ligonẽſis epi
tres item comites epiſcopi: Bellouatus ſeu
beluaçenſis: Nouionenſis: ⁊ Catalaunenſis
Reliqui vero forent ex eo hoĩum genere qui
nõ ſunt initiati: quos greco noĩe Laicos vul
go vocant. Tres duces: Burgundus: Nor-
mannus: ⁊ Aquitanus. totidẽ comites: Cã-
panus: Flandrenſis: ⁊ Toloſanus. Hũnos
idem ꝓfligauit: ⁊ a Leone rhomano põtifice
coronam atqꝫ imperij inſigne cõſecutus eſt.
Optimarum artiũ ſcholas inſtituit ⁊ ſtudioꝝ Item
cõuentũ quẽ pariſijs vniuerſitatem vocant. vniuer
Ex Hedeigrade cõnubio eius que ſueuorũ ſitatẽ
familie fuit: habuit Carolũ Pipinum ⁊ Lu- pariſi-
douicum filios: quibus in vita diſtribuit im- enſem.
peria. Pipino italiã: Carolo citeriorẽ galliã
quibus amicis in ſocietatẽ p̃ncipatus aſſum
pſit Ludouicum: mox regni ſui quadrageſi
moſeptimo imperij decimoquarto ſalutis o-
tingenteſimo: ⁊ quintodecimo kalen. februa
rij. etatis anno ſeptuageſimoſecundo obijt ⁊
ſepelitur aquiſgrani.

¶ Ludouicus karoli filꝰ huius noĩs p̃mus
a clementia morũ cognomẽto pius: etſi mul
ta p̃clara liberaliter ac ſancte geſſit: haud tñ
potuit ad eandẽ vite rationem filios tradu
cere. Lotharius Pipinus ⁊ paterno [illegible]
Ludouicus erãt: ꝗ impulſu quorũdã p[illegible]ꝝ
patrẽ inſimulantiũ quaſi nimio plus indulge
ret Bernardo: qui cũ Iudith Auguſta rẽ ha
¶ Johānes phernādus prenominati caroli frater eiuſdem ciuitatis alumnus: vir vndecunq; doctiſſimus: philoſophus: orator ⁊ poeta celeberimus: et diuinarū ſcripturarum nō ignarus: ingenio ſubtilis et diſertus eloquio quem rex gallorū perpetuo ſtipendio donās ſibi in muſicum deſumpſit: Sed tandem omnibus poſthabitis ſeculo renunciauit fratrē imitatus in eodem cenobio eandem regulā profeſſus eſt. Scripſit metro et proſa plura vtilia opuſcula: e quibus extant ſubiecta:

De ſancto iohanne baptiſta.
Orationes multe et varie.
Epiſtole ad diuerſos.
Carmina et epigrammata plura.

Scripſit etiam horas ſancte crucis: et compaſſionis ſancte Marie virginis eleganti carmine.

¶ Guido iuuenalis patria Cenomānus vir vndecūq; doctiſſimus: ſacrarum litterarum ſtudioſus: humanitatis ſtudia percallēs: metro exercitatus et proſa: multo tempore bonas litteras in pariſiēſi gymnaſio gratis docuit. Sed poſtmodū oībus mūdanis peſſum datis habitum monaſticū cum prenomīatis phernandis in eodē cenobio aſſumpſit: vbi paucis elapſis diebus in abbatē ob vite probitatem electus eſt: ſcripſit.

Grāmaticen bonarū litterarum tyrunculis perutilem.
Item in Terentiū cōmentaria perdocta.
Verbū dei feruenter ⁊ publice predicauit: ſed immatura mors nobis hunc abſtulit.

¶ Iudocus badius patria flandrenſis: vir in ſecularibus litteris eruditiſſimus: et diuinarū litterarum non ignarus: philoſophus, rhetor et poeta clariſſimus: ingenio excellens et diſertus eloquio: grecas litteras callet: valet carmine ⁊ proſa: ſcripſit

Siluas morales.
Contra vincentiū quoq;.
Pſalteriū Marie ſapphicis.
Opuſcula grammatices.
Epigrammata plura.
Epiſtolas multas.
Item commentaria in Virgilium.
In perſium.
In iuuenalem.
In Baptiſtam mantuanū.
In Ciceronem de officijs: Amicitia: et ſenectute: et paradoxis. Viuit adhuc apud pariſios: ibidē ⁊ publice bonas litteras edocēs ⁊ varia in diuerſos auctores cudēs cōmētaria

¶ Egidius nettelet decanus eccleſie cameracēſis vir in diuinis ⁊ humanis ſciētijs ſtudioſus: excerpſit opus celeberrimū omni ſtatui neceſſariū ex epiſtolis ſancti Hieronimi preſbyteri: in quattuor diſtinctum lib. Cetera ad noſtram nōdum peruenerunt cognitionem.

¶ Jacobus fabri ſtapulenſis vir vndecunq; doctiſſimus: dialecticus: philoſophus ac mathematicus (omniū pace dixerim) celeberrimus ac ſacrarum litterarum minime ignarus: nōmodo preſentibus: verumetiam his: quos antiquitas in deorū numerum rettulerit: merito preferendus. Ingenio ſubtilis: eloquio diſertus: vita et conuerſatione integerrimus: ſcripſit.

Introductiones in logicam Ariſtotelis.
Item logicam: Phyſicam ac Metaphyſicā

M.E.C.D. 2016

Ariſtotelis a diuerſis expoſitoribus mutila-
tas atq; deprauatas ad priſtinam reduxit ve
ritatem: et quodãmodo innouauit.
Edidit dialogos in phyſicaz ac metaphyſicã
Item cõmentaria in philoſophiam moralez:
In arithmeticam.
In Geometriam.
In muſicam Boetij:
In tractatum de ſphera mundi.
Item cõmentariola in mercuriũ triſmegiſtũ
Item curauit imprimi opera dionyſij areo-
pagite: que per diuerſas regiones ſtudioſiſſi
me inquiſiuit: quibus etiaz pluribus in locis
adiecit ſcolia. Traduxit iohãnem damaſcenũ
de orthodoxa fide. Commiſit opificibus. Pa
radiſum heraclidis: et recognitiones Petri
per clementem.
Cyrillum in iohannem:
Edidit commentarios in: Politicen et eco-
nomicen ariſtotelis.
Adiecit hecatonomias legum ſocraticarũ ⁊
platonicarum: cum economijs publicis ari-
ſtotelis.
Viuit adhuc hodie apud pariſios inibi et do
cens et diuerſa opera exponens et ad reipu-
blice cõmodum imprimi faciens. Habuit in-
ter innumeros doctiſſimos diſcipulos Iudo-
cum clithoueum flamingum theologum ⁊ ſu
orum operum fideliſſimum commentatorem
Carolum bouillũ mathematice deditiſſimuz
qui ſcripſit De conſtitutione et vtilitate ar-
tium humanarum lib. j. Metaphyſicũ intro-
ductorium lib. j. Item Gregorium de liuo-
nia peonie artis profeſſorez meritiſſimũ: qui
oẽs adhuc hiſce temporibus ſunt ſuperſtites
preter vnum dominum Gregorium de liuo-
nia: q̃ apud tholoſates anno ſuperiori q̃ hec
imprimerentur: peſte perijt.

¶ Iohannes pinus tholoſanus Philippi be
roaldi in vniuerſitate bononienſi quondam
auditor vtriuſq; iuris doctiſſimus: litteraruz
humanarum amantiſſimus: carmine exerci-
tatus et proſa: adhuc ſupereſt et veſcitur au
ra apud bononienſes varia excudens: Scrip
ſit ſoluta oratione quedam nõ contemnende
lectionis opuſcula: ex q̃bus ſubiecta ferũtur.
Vita diue katharine ſenenſis ordinis beati
Dominici lib. j.
Vita Philippi beroaldi p̃ceptoris ſui. lib. j.
Orationum diuerſarum. lib. j.
Fertur et quedam alia compoſuiſſe que ad
manus noſtras nondum peruenerunt.

¶ Hos ex q̃plurimis preclaris gal
lorum ſcriptoribus collegimus: om-
nium enim notionem adipiſci fragili
tati noſtre impoſſibile fuit. Nam in
genue fatemur cõplures alios de bo
nis litteris benemeritos multa ⁊ ſcri
pſiſſe et impreſentiaruz ſcribere: que
in publicum nondum prodierunt.

M.E.C.D. 2016

## Epiſtola prohemialis.

¶ Obſeruādiſſimo dño: domino Franciſco de ſtagno decretorū doctori beneme
rito: ac Rutheñ. preſuli digniſſimo: Reuerēdiſſimiqꝫ dñi Georgij de ambaſia ſa
croſancte Rhomane eccleſie cardinalis ac legati Auinioneñ. generali locūteñ.
et gubernatori Auinioneñ. Simphorianus champerius Lugdunenſis, ac phy-
ſicus. S. P. D.

SI Italiam regionem vbiqꝫ gentiū vulgatiſſimam: preter cetera que eā
non immerito (mea quidem ſententia) cōmendabilē reddunt: ob ſummi
pontificis reſidentiā rerum ſcriptores tantopere cōmendent: nō multo
fortaſſis minus (modo veritas ipſa in lucem admittatur) gallia noſtra:
quam tranſalpinā comatamqꝫ vocāt: commendanda veniet. Fuit enī et
ipſa ſummorū ponti ficū: atqꝫ vniuerſalium cōciliorū quōqꝫ illuſtrata preſentia. Omit-
to quot cōcilia: tū generalia: tū particularia orthodoxe fidei atqꝫ intemerate chriſtia
nitatis rēpu. concernentia diuerſis in locis atqꝫ tēporibus in eadem celebrata fue-
rint. Et qm̄ viri litterarū cupidi officium eſſe perhibēt patrie ſue originē ⁊ ꝓgreſſum
et quecunqꝫ illi per ſuperiora tēpora contigerunt non ignorare: hinc mihi voluntas
inceſſit ſummorū pontificū vitas: qui in patria noſtra, hoc eſt in gallia celtica, aut ſi
mauis lugdunenſi. et apud Lugdunū totius gallie nobiliſſimum emporium. ⁊ apud
Auinionē per. lxx. annorū aut eocirca ſpacium reſederūt paucis primo perſtringere
Deinde ⁊ eorū qui antea ꝙ ad gallias maximi ſacerdotij dignitas trāſlata fuerit. ex
gallis ad ſummi pontificatus apicē aſſumpti fuere. Sed quia vt ait poeta. Inuidus
alterius rebus marceſſit opimis. quidam inuidētia laborans. gallieqꝫ inuidens tāte
felicitati. nulla proprie dignitatis habita ratiōe Rhomā max. pont. reuerſo. auſus
fuit in verba cōtumelioſa prorumpere. atqꝫ oratione publica Rhome coram ſummo
pont. habita. in galliam regionē vberrimā (cuius dulcedinem. cū inuidie veneno pa-
latum haberet infectum. guſtare nequiuit) que etiam tot inſignes pietate viros de
chriſtiana repu. ꝙ optime meritos in lucē edidit. maledica lingua laceſſere. eāqꝫ īme
ritā turpiter dilacerare. Sed non defuit patrie pius alumnus. qui nō ignorās ortus
noſtri magnam partem ſibi patriam vendicare. atqꝫ moleſtiſſime vt debuit ferens pa
trie ſue tantā fieri iniuriam. eius maledicentie apologia ⁊ autenticis auctoritatibus
et efficaciſſimis rationibus munita reſpondit, quam his noſtris lucubraciūculis tibi
litterarum amantiſſimo. atqꝫ de patria tua ꝙ optime merenti dicatis inſerere volui.
vt intelligat quiuis ſe in patriam perinde ac in parentes pium eſſe debere. Vale lit
teratorum fautor integerrime tui Champerij memor. Lugduni anno dñi. M. cccc c.
vij. xij. kalēdas. Auguſti.

M.E.C.D. 2016



M.E.C.D. 2016

¶ Eiuſdem domini Simphoriani champerij de ſummis põtificibus gallis: qui tum in italia: tum in gallia reſederunt: libellus.

A Clemens papa huiꝰ nominis .v. natiõe vaſconus (Eſt namq͂ vaſconia regio gallie aq̄taneñ.) Bernardꝰ burdegalenſis antea vocatus peruſio abſens (eo nãq͂ Benedictus .xj. Ro. curiã tranſtulerat: vt italie varijs iandiutius tumultibus: cõcuſſe paci liberius conſuleret: vbi ⁊ fato cõceſſit) poſt longaꝫ contẽtionem, anno dñi. M.ccc.ij. ſummus ponti. creatus: ſedit annis .viij. menſibus .x. ⁊ diebus .xv. Qui in gallijs agens: ⁊ electioni cõſentiens: Lugdunũ totius gallie ciuitatem vulgatiſſimã: ex burdegallijs ſe cõtulit: Ad quẽ vocati cardinales ſine mora ꝓfecti ſunt Reſedit aũt curia ro. in gallia lugduneñ. cuꝫ ſumma eccleſie vnitate ⁊ honore maximo annos .lxxiij. Eius coronatiõi innumerabiles gallorum populi cũ Philippo rege ⁊ Carolo eius fratre ac Johanne britannie duce interfuere. Huius iuſſu dulcini hereſis oppreſſa fuit: ac tẽplariorum religio penitus extincta quorum bona militibus rhodianis attributa fuerunt. Cum aũt ad cõponendũ eccleſie ſtatum animũ adieciſſet: tria cõcilia diuerſis tẽporibus ⁊ locis habuit: vbi multa prudenter ⁊ mature egit. Ac cõſtitutiones multas religioſoꝝ ſtatũ maxime cõcernentes accuratiſſime ordinauit. In quibus etiã regulaꝫ ſancti Franciſci declarauit. Ex quibus ſane conſtitutionibus clemẽtinaꝝ liber poſtea cõfectus eſt. Vbi etiã Celeſtinum papã ſub noĩe Petri de murano ſanctoꝝ confeſſoꝝ catalogo aſcripſit. Demum varijs egritudinibus afflictus anno põtificatus ſui .viij. menſe .x. moritur. Et eius corpus in vaſconiã patriã ſuã defertur: vbi in beate marie de vgeſta templo dioceſis vaſconẽſis honorifice ſepelit. et tunc vacauit ſedes annis .ij. menſibus .iij. ac diebus .xvij.

B Iohannes papa eius nominis .xxij. eps. portuenſis Jacobꝰ cartucẽſis antea vocatꝰ: anno dñi. M.ccc.xvij. poſt longã altercationem a .xxiij. cardĩalibꝰ apd̉ lugdunũ in monaſterio fratrũ predicatoꝝ vnanimiter electus: ſedit annis .xix. mẽſibus .iij. ⁊ diebꝰ .xxvij. Vir vtiq͂ doctiſſimus: ⁊ multa prudẽtia inſignitus: ac doctiſſimorũ virorum amãtiſſimus. Pontifex creatus nonis ſeptẽbris. in cathedrali baſilica põtificatus coronã accepit. Inde in Auinionẽ ꝓfectꝰ .viij. cardinales mox creauit. Duos viros defunctos canonizauit ſcꝫ Thomã herfordẽſem epm: et thomam aquinatẽ doctorẽ ordinis p̄dicatorum Deinde tholoſanã eccleſiam ad archiep̄atus dignitatẽ ſubleuauit: ⁊ quaſdã dioceſes eidẽ aſcripſit. Ceſarauguſtanã eccleſiam ſibi dilectam in metropolitanã erexit: aſſignatis ſibi .v. cathedralibus eccleſijs. Gratidimõtenſeꝫ ordinẽ quorũdam improboꝝ factionibꝰ labefactatũ in meliorẽ redegit formã. Multoſq͂ hereticos dãnauit: ⁊ p̄ſertim gloſulaꝫ quãdã fratris Petri ordinis minoꝝ: qui cõuentum quẽdam tertij ordinis ad imitandũ xp̄i paupertatẽ animauerat: quoꝝ de numero multi dãnati exuſti ſunt. Anno autẽ pontificatꝰ ſui .xj. cõuentu habito Ludouicũ bauarũ eccleſie rebellẽ ſciſmaticũ declarauit. Et Guidoneꝫ petramalã poſt occupatã ciuitatem caſtelli ſacerdotio ⁊ ep̄atu exauctorauit. Cortonãq͂ a dioceſi aretina ſeparauit ⁊ in ciuitatẽ erexit: Tandẽ etatis ſue anno .xc. apud Auinionem tantã in theſauris ſuis auri ⁊ argẽti vim reliquit: quãtam nullus ante eũ pon. vnq͂ reliquerat. Interrogatꝰ hic aliq͂ñ qui foret a veritate remotus: reſpondit vulgi ſñia. Nam quicquid laudat vitupio dignũ eſt: quicquid cogitat vanum: quicquid loquitur falſum: qd̄ improbat bonuꝫ: ⁊ quod approbat malum eſt ⁊ quicquid extollit infame.

C Benedictus papa huiꝰ nominis .xij. patria tholoſanus Ciſtercieñ. ordinis ꝓfeſſus Jacobus antea vocatus: anno dñi. M.ccc.xxxvj. ex p̄ſbytero cardinali põtifex creatus: ſedit annis .vij. menſibus .iij. ⁊ diebus .xvij. Qui pontificatu inito cenſuras in bauarum fulminatas: vt in imperij vſurpatorem ratificauit: verũtamen poſtea veritus ne imperio vacante ab aliquo externo hoſte occuparetur: Accium ⁊ Luchinẽ vicecomites ſuos in mediolano ⁊ alijs vrbibus: quas poſſidebant: vicarios conſtituit. Eandem poteſtatem ⁊ alijs tribuit regulis. Senatuiq͂ ⁊ populo romano per legatum ſuaſit: vt ſenatoriam dignitatem quam diu regio nomine geſſerant: ſuis tandeꝫ auſpitijs ⁊ eccleſie adminiſtrarent. Hic pontifex cum in theologia et permultis doctrinis ⁊ moribus probis inſignitus eſſet: tante fuit conſtantie vt nunq͂ a recto aut vi aut pollicitationibus aut preci-



M.E.C.D. 2016

bus dimoueri potuerit. Et ideo cum ſemel tantum in toto pontificatus ſui tempore ſacros ordines celebrauerit vbi ſex cardinales preſbyteros viros egregios creauit: non ex ſuis vt ſepe fit; ſʒ vndequaqʒ ad ſe vocatos Hic in Auinione pontificias ⁊ quidem celebres edes cum turribus ⁊ pomerijs edificauit: ac rhome beati Petri baſilice tectuʒ reſtitui fecit. Eius autem tales fuerunt ſentētie. Talis eſto filius quales cognatos cupis habere. Malus mortem: bonus autem magis vitium formidat. Queſita legēdo ſerua: que neſcis legendo diſce. Eque turpe eſt carere amicis: ⁊ eos ſepe mutare. Optime cōſeruantur amici ſi preces cogitant. Regi turpius eſt vinci beneficijs ꝙ armis. Hic deniqʒ moriens et multam auri vim nō cognatis: ſed eccleſie vt bonum decet pōtificē reliqt. Quā obrem in eius morte oēs fere ⁊ preſentes et abſentes collachrymarunt.

D CLemens papa eius nominis. vj. patria lemouicenſis monachus: Petrus antea vocatus anno domini. Milleſimo. ccc. xliij. ex rhotomagenſi archiepō Benedicto ponti. ſurrogatus: ſedit annis. decem. menſibus ſex: ⁊ diebus. viij. Perhumanus quidem liberaliſqʒ ⁊ multe doctrine ac compoſite eloquentie vir: qui primo pōtificatus ſui anno cum. x. cardinales creaſſet: vnuʒ ex fratribus ſuis monachum: ⁊ alterum ex ſorore nepotem fecit. Poſtmodum iubileum: quem Bonifacius. viij. milleſimo trecenteſimo domini noſtri celebrauerat: ⁊ de centenario in centenarium obſeruandum declarauerat: ad quinquagenarium reduxit: qui eſt ꝓprie iubilei numerus. Deinde ex depoſitione Bauari ab imperio vniuerſa italia tumultuante Luchinum ⁊ Johannem fratrem archiepiſcopi vicecomites vicarios ſuos in Mediolano confirmauit: a ceteris autem abſtinuit. Cum Bauarus tridentum petens italiam intraturus videretur: qui pari modo ⁊ ipſe in multis eccleſie terris: atqʒ multis alijs locis vicarios imperiali auctoritate conſtituit. Clemēs poti. quoſdam cardinales ex Auinione rhomam miſit. Qui vrbis ſtatum componentes ſeditionibus ſublatis Petrum ſarram colūnenſem: ⁊ Johannem vrſi filium ſenatores declararunt: Ac Nicolaum publicum ſcribam ciuem rhomanuʒ qui ſtatum vrbis in ſuam redegerat poteſtatem: ⁊ ſeipſum tribunum conſtituerat: ceperunt ⁊ in vinculis coniecerunt. Quapropter timens pōtifex ne italia tota flamma ac ferro vaſtaretur: Bononiam ſtatim vicecomitibus hac lege conceſſit: vt. xij. M. nummuʒ auri ſingulis annis eccleſie perſoluerent: ⁊ pacem inter omnes conſtituerent. Deniqʒ cum barbari ⁊ mauri infideles vtranqʒ hiſpaniam ⁊ germaniaʒ lacerarent: Clemēs hic pōti. ad gerendum bellum contra eos principes chriſtianos cōpulit: qui contra hoſtes ſepe ⁊ feliciter pugnauerunt: multiſqʒ eorum ceſis innumerabiles triumphos egerunt. Inde cum fedus inter Philippum francorum regem ⁊ Eduardum regem anglorum componere attentaſſet: fruſtra elaborauit. Poſtremo in omnibus boni paſtoris functus officio anno domini. M. ccc. lij. Auinione moritur: ⁊ a cardinalibus adhibita honeſta funeris pompa ibidem ſepelitur. Hic itaqʒ optimus pontifex cuʒ eſſet in ſacris litteris eruditiſſimus ⁊ ſecularium litterarum nō ignarus: ac iuris pontificij doctor īſignis: ⁊ declamator verbi diuini famoſiſſimus: quedam nō indocta edidit opuſcula: in quibus ſui ingenij viuacitatem oſtendit. E quibus iſta feruntur.

| | |
|---|---|
| Sermonum variorum | lib. j. |
| In approbatione Karoli regis. | lib. j. |
| Collationum multarum. | lib. j. |
| Epiſtolarum ad diuerſos. | lib. j. |
| In canonizatione ſctī Yuonis ꝓfeſſoris. | li. j. |

qui incipit. Exulta ⁊ lauda habitatio.

INnocentius papa huius nominis. vj. patria lemouicenſis Stephanus antea vocatus: iuris vtriuſqʒ doctor: ⁊ anno chriſti. M. ccc. liij. kalen. decembris Clementi pōti. ſurrogatus ſedit annis. x. integerrime vite magneqʒ conſtantie ac ſeueritatis vir: qui eccleſiaſtica beneficia niſi religioſiſſimis viris ⁊ quidem doctis nunquam concedere voluit. Qui ſuſcepto pōtificatu ſtatim ſub anathematis pena omnibꝰ epiſcopis ⁊ reliquis prelatis mandauit: vt ad ſua beneficia proficiſcerentur. Ipſe autem vt ceteris eſſet exemplo confeſtim impenſam domeſticam minuit: ⁊ familiam ſuam: virorum videlicet ꝓbatiſſimorum ad honeſtum numerum redegit. Auditoribus preterea ſacri palatij ſalaria cōſtituit: ne muneribus corrumpi ob inopiam poſſent. Hic in victu ſuo parcus fuit: ſʒ in bellico ſumptu largiſſimus habitus eſt. Huius autem ſuaſione ⁊ prudentia inter genuenſes et Venetos deniqʒ fedus initum E

M.E.C.D. 2016

eſt. Multa eccleſie oppida ꝛ loca a tyrannis iamdiu occupata per Egidium legatum ſuum repetijt. Ac inter Piſanos ꝛ Florētinos pacem compoſuit. Atqꝫ tumultuante rhoma in creandis ſenatoribus eorum diſcordiam optime ſedauit: atqꝫ ab eiſdem obtinuit: vt ſena orem externum ipſe mittere poſſet: qđ ꝛ fecit: fungente ſenatorio munere Thoma ſpoletano in fine anni exorto tumultu creati ſunt ſeptem reipubli. reformatores: qui ſenatus poteſtatem geſſerunt. ad quos deponendos Hugonem luſignanum cypri regem ab expeditione in mauros ducta reuerſum: ſenatorem miſit. Conſtituerat quoqꝫ claſſem maiorem in infideles mittere: ſed multis animi perturbationibus afflictus deſtitit. Quibus malis anno pontificatus ſui. x. mortuus eſt: ꝛ in monaſterio diui Andree carthuſieñ. ordinis: quod extra Auinionem ipē proprijs impenſis extruxerat et dotauerat: ſepultus eſt.

VRbanus papa huius nominis. v. patria et ipſe lemouicēſis: monachꝰ ordinis ſcti Benedicti Guilhelmus antea vocatus: ſancti Viatoris apud Maſſiliam abbas: tunc ad vicecomites in italiam legatus degens Innocentio pontifici Anno domini milleſimo. ccc. ſexageſimotertio ſuffectus: ſedit annis octo ꝛ mēſibus quinqꝫ. Decretorum doctor ꝛ ſingularis virtutis: ac vite ſanctiſſime vir. Qui pōtificatu ſuſcepto ad tuendam libertatem eccleſiaſticam: ꝛ ipſe animum appulit: ꝛ Egidium hiſpanum iterato cuꝫ maxima auctoritate legatum in italiam miſit. Qui Bernabouem vicecomitez deuicit: ꝛ omnia ad vnionem ꝛ concordiam reduxit. Quibus geſtis ipſe pontifex anno pontificatus ſui quinto rhomam venit: vbi multas edes: tum Viterbij: tum Montiſflaſcone conſtruxit. Ibidem etiam beatorum Petri ꝛ Pauli apoſtolorum capita diu queſiuit: tandem apud ſanctaſanctorum inuenit: ꝛ locellis argenteis recondens in diui Johannis lateranenſis baſilica apud maius altare cum magna veneratione preſente populo collocauit. Deſierant enim in honore haberi propter hominum ignorantiam. Crucem etiam contra turchos predicari iuſſit. Ad hunc ſancta Brigida Suetia princiſſa a chriſto premonita Rhomam venit: cui regulam ab ea repertam confirmauit. Inſuper ꝛ Johānem haneuth e Rhoma receſſurꝰ anglicis copijs tandem prefecit: quas ſcilicet Egidius legatus retinuerat: et eum Bonone ſub legato Romandiole reliquit. Et his geſtis cum in gallias reuerſurus eſſet apud Maſſiliam defecit.

GRegorius papa huiꝰ nominis. xj. natione lemouicēſis: Petrus belfortis antea vocatus: ſancte Marie noue diaconus cardinalis anno domini. M. ccc. lxxj. Vrbano pont. ſuffectus ſedit annis. viij. Hic Clemētis ex fratre nepos fuit: vir certe multe innocētie et placabilitatis: ob quas virtutes omnibus plurimū dilectus fuit. Qui pontificatus munere ſuſcepto: ſtatim legatū in Italiaz miſit vt res eccleſiaſticas recenſeret Inito autem cum Bernaboue vicecomite federe: omnia in perturbatione fuere. Erāt eñi omnes preter venetos vicecomitibus infenſi: quapropter cōplura mala exorta ſunt. Cū autem pontifex ea mala que in Italia fiebāt ſue abſentie aſcriberet: de reditu ſuo in Italiam cogitare cepit. Mouerant etiam eum (vt aiunt) cuiuſdam pontificis verba: cui cū Gregorius quadam familiari confidentia diceret. Quare ad eccleſiā tuam epiſcope non vadis? Ille intrepidus reſpondit. Cur et tu ſumme pontifex ceteris exempla daturus et tuum epiſcopatum. et tuam Rhomanam eccleſiam non repetis? Quibus verbis pōtifex permotus ſtatim in Rhodano fluuio paratis vna et viginti triremibus: aliā rem ſimulās profectionem aggreſſus: Genuam primo: deinde Cernetum: poſtremoqꝫ Rhomam terreſtri itinere Januario menſe peruenit. Anno videlicet domini. M. ccc. lxxvj. pōtificatus ſui vj. tranſmigrationis autem. R. eccleſie in galliam. lxx. Quo autez apparatu: qua animorum omnium leticia: ꝙ feſtiue a populo rhomano exceptus fuerit. longum atqꝫ perdifficile eſſet enarrare. Omnia quippe in vrbe pontificis indigebant aduentu. Menia nāqꝫ vrbis et eccleſie fere ac etiam priuata edificia vbiqꝫ ruinam minabantur: que omnia ipſe pont. magna ex parte reparauit. Nihil dico de bonis moribꝰ: honeſtis inſtitutis: atqꝫ vrbanitatibus vbiqꝫ ferme locorū labefactatis. Vrbs enim que olim ſuo fama vniuerſuꝫ pene orbem ad vrbanitatem allexerat: abſente pont. ad maximā morum ruſticitatem declinauerat. Collocata itaqꝫ in vrbe ſede ſua: Gregorius vt bonum decet paſtorem:



M.E.C.D. 2016

omnia circunſpicere cepit. Deq; medela animorū vulneribus adhibenda cogitans: pacē humane ſocietati admodū neceſſariam per legatos expetere: ⁊ inter oēs cōponere cepit. Verū florentini pontificis exhortationē paruifacientes: eius pacem reiecere: et nullum iniurie genus pretermiſere: quod in pont. transferri poſſet. Quibus modis pulſatus pont. florentinis anathemate notatis omīa diuina prohibuit officia. Sed florentini ōia contempſere: et ſacerdotes contra ius et fas diuina officia celebrare coegerunt. Tum vero pont. a precibus ad arma conuerſus: conciliatis ſibi prius omnibus alijs contra ipos florentinos bellum mouit. Tandem vero cū omnia accurate perfeciſſet: que ad pontificē pertinerēt. viij. pōtificatus ſui anno. v. kal. aprilis intolerabili veſice dolore excruciatus migrauit ad dominum: et apud ſanctā Mariam vie noue ſepulcro nouo cū ingenti oīm gemitu ⁊ luctu ſepultus eſt. Eadem mortis ſue hora in Auinionenſi palatio ignis accēſus eſt: nec extingui vnq̄ potuit quoadusq; due eius partes exuſte fuerint: quo vero auctore incenſum fuerit ignoratur. Pontifice autem e medio ſublato magnum ſciſma: et ingēs patrum calamitas: atq; diſcordia qualis ab initio pontificatus non fuerat: ſubſecuta eſt.

¶ Tractatus de gallis ſummis pontificibus qui in Gallia reſederunt: Finis.

¶ Sequitur tractatus de ſummis pontificibus q̇ ex gallis ad ſummi pontificatus apicem electi fuere: atq; in Italia ſiue Rhome reſederunt.

MArtinus papa huius nominis. ij. natiōe gallus: anno dñi octingenteſimo. lxxxvij. Johanni eius nois. ix. pontifici ſuffectus ſedit in cathedra Petri āno vno ⁊ menſibus quinq;. De huius pontificis geſtis ob vite ſue in papatu breuitatem pauca ab hiſtoriographis cōmemorantur.

SIlueſter papa huius nois. ij. natione itē gallus: Gibertus antea vocatus: anno dñi nōgēteſimo. xcv. Gregorio. v ſurrogatus ſedit annis. iiij. menſe vno ⁊ diebus octo. Hic primo ad Remēſis eccleſie: deīde Rauēnatis archiepiſcopatū: poſtremo ad ſummi pontificatus dignitatez peruenit. Cuius corpus in lateranenſi eccleſia ſepultū fuiſſe aſſerunt.

STephanus papa huius nominis. ix. patria Lothoringus (eſt enī lothoringia regio gallie) Caſſinenſis abbas: Fredericus antea vocatus: āno chriſti M. lv. ſummus pontifex florētie electus: ſedit mēſibus. iiij. Qui ſtatim vbi pontificatū acceptauerat: curauit vt mediolaneñ. eccl'ia que a Ro. ducētis ferme ānis ſe ſubtraxerat prima inter alias eā maiorē ſuperiorēq; cognoſceret. que etiā nūc vſq; maxīa cū obediētia in hoc pſeuerat: Primo itaq; pōtificatus ſui anno Florētie decedēs ibidē in cathedrali eccleſia ſepelitur.

NIcolaus papa eius nois. ij. natione Sabaudieñ. Gerardus antea vocatus: florētinus eps: depoſito bñdicto x. nō legitime creato: Senis ꝓpť bone vite famā a cardinalibus ⁊ epis canonice electus: ſedit ānis. iij. menſibus. vi. ⁊ diebus. xxvi. Qui pōtificatu ſuſcepto ſtatim Sutriū cōceſſit: atq; ibidem concilio habito Benedictū prenoīatū pontificatu ſe abdicare coegit. Inde Ro. proficiſcens aliud apud Lateranū cōciliū habuit: in quo formā Ro. pōtificū a cardinalibꝰ eligendorū inſtituit. In eodē q̄q; reuocatū ab errore Berēgariū ad eccleſie vnitatem admiſiſſe ferunt. Ibidē Hēricū tertiū imperatorē ⁊ auguſtū declarauit: imperialiq; corona inſigniuit. Quo mortuo vacauit papatus dies. xij.

VRbanus papa eius nois
.ij. Odo antea vocatus Clu-
niacenſis abbas: anno domini
M.lxxxvj. ſummus pontifex
electus ſedit annis .xij. ⁊ mē
ſibus .iiij. Vir quidē et doctri
na et ſanctitate precipuus: qui verbo opere
exemplis ac ſcriptis elegātiſſimis dei eccle-
ſiam contra hereticos mirifice confirmauit.
cuius etiam ad Mathildim extant epiſtole.
Eiuſqꝫ Mathildis comitiſſe hortatu: poſtea
ꝙ in Melphi concilium habuiſſet: cum nul-
lum quietis locum haberet: Placentiam ve
nit: atqꝫ ibi aliam habuit ſynodū: in qua exe-
crationem in Henricū imperatorez: ⁊ Giber
tū antipapā a Gregorio factam cōfirmauit.
Petulantiam quoqꝫ quorūdā eccleſiaſticorū
in eadem cōpeſcuit. Statuit etiam vt ordi-
natio epiſcopi ſine titulo facta irrita foret.
Urbanus hic in gallias trāſmigrauit: vbi de
nuo de ſalute fidei cogitans: concilium apud
Claromontē Aluernie ciuitatē conuocauit:
⁊ expeditionē in ſarracenos pro Hieroſoly
ma recuperanda perſuaſit: ⁊ .300. hominum
milia in eam expeditionem cruce ſignauit:
Statuta multa in eo cōcilio facta fuere: et
inter cetera vt hore de beata virgine a cleri-
cis quotidie exoluerentur: ⁊ eius officiū die-
bus ſabbatinis ſolēniter celebraretur. Quo
facto ſtatim Rhomā rediit vt compoſitis in
Italia rebus: Italos quoqꝫ principes ad eā
dem expeditionem aminaret. Sed maximis
ſeditionibus a Johāne pagano viro ſeditio
ſiſſimo cepit exagitari: quapropter timore cor
reptus biennio in cuiuſdā Ro. ciuis domo la
tuit. Eo aūt Johāne mortuo liberior factus
ad componendū eccleſie ſtatum iterū animū
adiecit. Archiepm mediolanen̄. pulſum eo ꝙ
cōtra ius faſqꝫ ab vno cōſecratus fuerat: in
gratiā recepit: ⁊ pallium humiliter petenti
cum integra poteſtate reſtituit. Hoc idem et
Toletano epiſcopo fecit. Tandē vir ſanctus
poſt multas perſecutiōes ⁊ labores .iiij. kal.
Auguſti moriēs in ſancti Petri baſilica rho
me ſepelitur: ⁊ vacauit ſedes apoſtolica ſex
decim diebus.

CAlixtus papa huiuſ nois
.ij. Viennenſis archieps na
tione burgundus: comitiſqꝫ
burgundij frater: anno dñi
M.c.xx. apud Cluniacum a
cardinalibus qui Gelaſium
pont. max. in gallias fugiētem ſecuti fuerāt:
perſequēte eos Henrico imperatore: ſummus
pontifex electus ſedit annis quinqꝫ ⁊ menſi-
bus .x. Hic ex regū frācie anglieqꝫ ac germa
nie proſapia oriūdus fuit. Guido antea vo-
catꝰ. Juris ciuilis ac ſacre theologie doctor
Qui non prius pontificatū acceptare voluit
ꝙ cardinaliū Ro. exiſtentiū cleriqꝫ ac popu-
li Ro. cōſenſum habuiſſet. Quo habito Ro.
venit et magno deſiderio: magnoqꝫ honore
exceptus eſt. Statimqꝫ Beneuētū ſe trāſtu-
lit: atqꝫ ibidem cōplures italorū principes ⁊
nobiles conuenit: qui iureiurādo promiſerunt
ſe Ro. pont. ſemper fideles aſſuturos. Inde
Ro. rediens legatos ad Henricū imperatorez
qui pacē cū eo firmarent: miſit atqꝫ rurſus
Beneuentū rediit. Cauſa illius itineris fuit
ꝙ Guilhelmꝰ Apulie ⁊ Calabrie dux Alexij
imperatoris greci filiā ducturus vxorē: cū Cō
ſtantinopolim nauigaſſet curam ſui ducatus
pontifici cōmiſit. Cūqꝫ ibidē multos ſuorum
febribus amiſiſſet: ⁊ ipſe tādem valitudina-
rius Ro. relatꝰ ē: vbi recuperata ſanitate apud
Lateranū nōgentorū patrū conciliū celebra
uit: in quo decretū eſt militie ſupplemēta et
auxilia mitti: ne chriſtiani qui in aſia erant:
capto Balduino opprimerētur. Unde ⁊ Ge
nuēſes ⁊ Venetos ac Piſanos magna claſſe
in hoſtes concitauit. In ea nāqꝫ claſſe Genuē
ſes .lxx. naues onerarias (vt ferūt) miſere.
Quibus optime ex ſentētia geſtis Pont. ali
quid quietis nactus: baſilicas multas ī vrbe
reparauit: ac vrbis menia īſtaurauit: atqꝫ ar-
ces oēs cōmuniuit: et aquā quandā in vrbez
introduxit. Multa quoqꝫ donaria eccleſiis
hincinde obtulit. Tandē de deo hoībuſqꝫ be
nemeritus anno pōtificatus ſui .v. quieuit in
pace.

VRbanus papa eius nois
.iiij. natione gallus anno dñi
M.cc.lxij. ad ſummi ſacer-
dotij culmen exaltatus: ſedit
annis .iij. menſe vno ⁊ diebꝰ
quattuor. Hic etſi humili loco natus preſtāti
et eleganti lingua fuit. Qui aliqñ laceſſitus
ꝙ vili patre ortus eſſet: reſpōdit: nobilē vi-
rū non naſci ſed fieri virtutis eſt atqꝫ nobili
tatis. Hic pontificatu ſuſcepto ſtatim e gal-
liis milites cōuocauit: qui eccleſiaſticā ditio
nē ab iniquo oppreſſore defenſarūt. Hic cor-
poris chriſti ſolēnitatem cuz proceſſionibus
⁊ octauis a cunctis fidelibus celebrari inſti-
tuit: pro quibus ⁊ maximas cōceſſit indulgē
tias. Eiuſqꝫ officiū ex veteris teſtamenti fi-
guris per diuū Thomā aquinatē cenſuit cō-
ponendū. Item ordines mendicantium fa-
uoribus ⁊ priuilegiis multis iuuit. Multas



M.E.C.D. 2016

hic pont.animi moleſtias ob principū tyran-
nides:et partialitatū factiones ꝑtulit.quarū
tedio Peruſij vitam finiuit. Cuius corpus
ibidem in diui Laurentij fano ſepultum fuit
poſt cuius obitum vacauit ſedes.v.mēſibus

P

CLemens papa huius
nominis.iiij.patria nar
bonēſis Guido ſulcadij
antea vocatus anno dñi
M.cc.lxiij.ſummi ſacer
dotis inſignitus honore
ſedit annis.iij.mēſibus
ix.ꝛ diebus.xxi.Hic primo iuriſcōſultus exi
ſtens totius gallie ſine cōtentione primatuꝫ
tenuit:v xoreqꝫ habuit ex qua etiā liberos ſu
ſcepit.Qua defuncta primo Podieñ.deinde
Narboneñ.epūs promotus:poſtmodum car
dinalis factus:tandē et propter eminentem
doctrinā:et vite ſanctitatem Peruſij abſens
pont.max.electus fuit.Qui cum ſpiritu pro
phette plenus eſſet:multa ventura anteq̄
fierent predixit:Cuius opera ꝛ induſtria pax
inter Henricum regem anglie et Simonem
montiſfortis comitem.ac inter florentinos ꝛ
ſenenſes:ceteroſqꝫ Italie populos confecta
eſt:quos etiam quoad vixit ſua auctoritate
in eodem propoſito tenuit.Ednigem Polo-
nie duciſſam viduam miraculis claram inter
ſanctas rettulit.Reliquum vero vite ſue tē
pus in ieiunijs vigilijs alijſqꝫ pietatis ope-
ribus conſumpſit.Hic pōtificiū munus opti-
me adminiſtrauit.Moriens deniqꝫ magno
ſui apud oēs relicto deſiderio:Viterbij ſepe
litur.Quo mortuo cum dignū cardinales ei-
dem non inuenirent ſucceſſorem:maxima in
ter eos ſuborta eſt contentio:quapropter va
cauit ſedes annis duobus.

Q

INnocētius papa eius no
minis.iiij.patria ſabaudien
ſis Petrus de tharātaſia an-
tea vocatus ex ordine predi
catorū inſignis doctor theo-
logus.anno dñi.M.cc.lxxv.ſummus paſtor
electus ſedit menſibus.v.ꝛ diebus ſeptem.
Hic pontificatu ſuſcepto ſtatim florentinos
ab interdicto Gregorij.x.predeceſſoris ſui
abſoluit.Traxiſſet genuēſes ꝛ Venetos diſ
ſidentes:qui de vita ꝛ ſanguine ſolū decerta
bant:in ſuā ſententiā:niſi repentina morte
preoccupatus fuiſſet.Erat hic pontifex p̄ſ
doctrinā qua plurimū valebat vir optimus
de quo multa bona ſperabantur.Mortuus
deniqꝫ rhome in lateranenſi baſilica ſepelit̄.

MArtinus papa huius no-
minis.v.natione Turoneñ.
Simon antea vocatus poſt R
longam contentionem anno
dñi.M.cc.lxxxij.Viterbij
Nicolao.iij.pontifici ſuffe-
ctus:ſedit annis.iiij.ꝛ menſe vno.Vir opti
mus ꝛ ſanctitate precipuus:qui pontificatu
ſuſcepto ſtatim ī die reſurrectiōis dominice
vj.cardinales:Carolumqꝫ Sicilie regeꝫ ad
ſe venientem ex ſenatoria dignitate deiectū
in priſtinū reſtituit ſtatum.Eiuſqꝫ inſtantia
Paleologum grecum imperatorem pacta lu
gdunenſis concilij non ſeruantem:ꝛ Petruꝫ
aragonenſeꝫ contra ius faſqꝫ Siciliam inſu
lam occupantem anathemate notauit:et ei⁹
regnū in predā illud occupare volētibus con
ceſſit.Bellum etiam in Flaminia cōtra For
liuianos ab eccleſia deficientes geſſit:quos
etiam breui adiuuante Guidone montiſfera
ti in fidem recepit.Demum multis vexatus
curis Peruſium profectus ibidem moritur:
et in maiori eccleſia ſepelitur:vbi et multis
claruit miraculis.

FElix papa eius nomis.v S
natione Sabaudienſis:Ame
deus heremita antea vocat⁹:
āno dñi.M.cccc.xxxviij.die
xvij.nouēbris Eugenio.iiij.
in baſilieñ.concilio depoſito
in ſciſmate ſummus pont.electus:ſedit ānis
ix.Quo ad pont.max.faſtigiū aſſumpto eue
ſtigio magne diſſenſiones in eccleſia exorte
ſunt:cū chriſtiana reſpublica triphariе diui-
ſa ſit:Nam alij Feliceꝫ:alij Eugeniū ſecuti
ſunt.Fuere item alij qui neutrales vocaren
tur:eo ꝙ neutri obtemperarēt.Hic itaqꝫ pri
mus Sabaudie dux fuit:cum prius comites
appellarentur.A Sigiſmundo ceſare duca-
tus titulo obtento:cum annis ferme.xl.poſt
patris obitum prouincie gubernacula tenuiſ
ſet:aucto paterno dominio:pace vndiqꝫ par-
ta:ac demum relictis principatus glorie faſti
bus:in heremū ſe recepit cuꝫ.vj.viris eque
ſtris ordinis etate prouectis.Cumqꝫ eo in
ſtatu vitam celibeꝫ duceret a baſilieñ.cōcilio
ſummus pontifex electus fuit.Barbam totū
dit quā antea nutriuerat.Ducatum primoge
nito ſuo tradidit.Eccleſiaſticas cerimonias
didicit.Stipatus magna nobilium caterua
Baſileam perrexit:vbi inter duos filios ele-
gantis forme adoleſcentes preſul eccleſie co
ronatus eſt.Celebrauit ſepe diuina.Benedi
xit plebi.Officia curie ordinauit.Cardina-
les doctrina ꝛ auctoritate preſtantes aſſum

M.E.C.D. 2016

pſit. Verum cũ pacis ⁊ humilitatis amator eſſet: mortuo Eugenio pontifice: atqꝫ Nicolao. v. omnium ſuffragijs in eius locũ aſſumpto viro vndecunqꝫ doctiſſimo: ac virorum doctorum obſeruãtiſſimo: quos item ⁊ pecunijs ⁊ beneficijs mirifice iuuit. Qui cum oĩm pene virtutũ preeminentia ornatiſſimus haberetur: vno eodem qꝫ anno ⁊ epatus ⁊ cardinalatus ac ſummi pontificatus munus cum maxima oĩum concordia ⁊ admiratione adeptus eſt. Qui ſummi ſacerdotij fungens dignitate: omnes mundi principes: cum ⁊ conſilio ⁊ virtute eſſet illuſtris: in omnibus habuit fauorabiles atqꝫ obſequentes: Quod ꝑpendens Felix pont. atqꝫ animaduertens id a deo fuiſſe factum: eueſtigio ad tollendum omne de eccleſia ſciſma ſponte ſe pontificatu abdicauit: atqꝫ nullis pulſatus precibus eidem ceſſit: ⁊ per oratores ſuos eum pontificem verum ſalutauit. Nicolaus vero cognita hominis humanitate: ſtatim cardinalatꝰ galerũ eidem ſolenniter tranſmiſit: atqꝫ Sabaudie ⁊ totius Germanie eum legatum de latere creauit: et quicquid in pontificatu ſanxerat approbauit. Propter hanc concordiã et eccleſiaſticã vnitatem nonmodo po. Ro. ſed etiam totus mundus a tanta diſcordia liberatus: plurimum letatus eſt. Nicolaus autem pont. ne deo ingratus pro tanto beneficio videretur: ſupplicationes admodum celebres cum populo ⁊ clero habuit. Idem et omnes Italie populi effecere. Ea igitur gratia ⁊ auctoritate pontificis populi ⁊ principes permoti a diſcordijs et ſeditiõibus quieuerunt.

De gallis ſummis põtificibus qui ⁊ in gallia ⁊ in italia reſederũt libelli: Finis.

Apologia in gallie calũniatorem ſtatus eccleſiaſtici apud Auinionẽ continens tranquillitatem.

Homo quidam deſcendebat ad hieruſalem in hiericho: ⁊ incidit in latrones. Verba iſta domino noſtro pape ſummo ac ſacratiſſimo eccleſie pontifici poſſunt ſatis proprie adaptari. Ipſe nãqꝫ homo eſt: quem ſm prophete ſententiam dominus gloria et honore coronauit: cuius etiã ſubiecit omnia ſub pedibus. Ipſe igitur homo deſcẽdit ab hieruſalẽ in hiericho: cũ de partibus gallie ſe trãſtulit ad partes rhomanorũ. Hieruſalem nanqꝫ viſio pacis intelligitur. Quantam aũt pacẽ eccleſia in partibus gallie repperit. quãtam humilitatem in magnis: quãtam promptitudinem in paruis: et quãtam obedientiam in omnibus: ſentit nũc ac meminit vt experta. Sed ipſa deſcẽdit in hiericho qui interpretatur luna: cuius mutabilitas inter mundi cetera patet euidẽtius vniuerſis. Quid eñ in rebus humanis eſt vel incõſtantius ſiue mutabilius ꝙ rhomani? Immo certe ipſa rhoma plus ꝙ alia vrbs vel ciuitas ſepius ⁊ pluries mutata eſt. Si quis eñ conſideret ipſius initium quod habuit vt dicũt in tempore Rhomuli. Honoris faſtigiũ quod habuit in tẽpore Auguſti: et ipſius etiam in tẽpore preſenti miſeriam: mutationi lune: rhome mutationem vere ⁊ realiter poterit cõparare. A principio nãqꝫ lux eius. i. eius potẽtia aliqualiter apparuit ſicut luna cũ dicitur monoides. Poſtea vero notabiliter inualuit ſicut luna cũ dicitur amphiarchos. Deinde vero ad plenam perfectionem peruenit ſicut luna cũ dicitur pampilenos. Poſtea vero ſicut ipſa creuerat ſic decreuit: et quaſi ad nihilum eſt redacta. Ipſa nanqꝫ eſt ſicut dicit Oroſius quaſi inexplebilis venter cuncta conſumens ſemper eſuriens: nihil alijs relinquens: nihil habẽs cunctis gentibus et vrbibus quas miſeras fecit non ſolum miſerior: ſed infelicior eſt relicta. Miſeriam cuius certe non poſſem credere niſi vidiſſem. Occurreruntqꝫ mihi tunc verſus cuiuſdam dicentis. Rhome ſceptra iacent: et celſa palatia ceno. Ceſaris alta domus nũc fit caſa vilis egeno. Rhoma modo nihil eſt: nihil eſt rhome niſi ſignũ. Ceſar in vrbe ſua nil ceruit ceſare dignum. Cur igitur iſte nobis gallie paupertatẽ improperat.

[Margin: A Luce. x. pſ. viij]



M.E.C.D. 2016

Conſtat enim illam partem gallie de qua re
ceſſit eccleſia eſſe fertiliorem: vel ſaltem taȝ
fertilem ſicut rhoma: ſiue pars italie in qua
ipſe reſidet pro preſenti. Quid igitur ad pro
poſitum ſi galli rhoma iaȝ adoleſcente vſum
vitis ⁊ olee dedicerunt. Quam arguit rudi-
tatem: immo ex hoc verecundari deberet:
quia galli in hac ſagacitate hos precedunt.
B Galli etiam pro certo paucitatem ciborum
Luca- ⁊ vinorum pro facili iactura recipiunt: illud
nus. Lucani in. v. attendentes. Humanum pau-
Clau- cis viuit genus. Et iterum illud Claudiani
dian⁹. contra Ruffinum. Viuitur exiguo melius:
Hora- natura beatos omnibus eſſe dedit: ſi quis co
tius. gnouerit vti. Et iterum illud Horatij in epi
ſtola ad Bullatum. Si ventri bene ſit late-
ri pedibuſqꝫ tuis: nil diuitie poterunt rega-
les addere maius. Licet igitur non ſint pau-
peres per rerum indigentiaȝ: ditiores tamē
ſunt ꝑ ſufficientiā: iuxta illud Maximiani: ⁊
rerum dominus nil cupiendo fui. Sed non
ſunt huiuſmodi italici ⁊ ſpecialiter rhomani
qui ſemper lucris temporalibus inhiantes:
nihil aliud cogitant: non aliud ſomniant pre
j. timo ter lucrum iuxta dictum apoſtoli. Queſtum
the. vj eſtimantes pietatem. Nullus eſt ibi iocus:
nullus ludus: immo generaliter nullus act⁹
in quo virtus vtili preponatur. Loquatur
igitur ipſe nō de gallie: ſed de ſue italie pau-
pertate: vbi fere nullus habet bonorum ſuo-
rum: immo quod deterius eſt: ſui corporis ꝓ
prij poteſtatem. Animi enim puſillanimita-
te tyrannorum ſubiecti dominio ad egeſtatē
Tantali: ⁊ ſummam miſeriam ſunt redacti.
Sequitur: Et incidit in latrones. Licet ſm
ꝙ vulgariter dicitur: commune dictum non
ſit omnino falſum. Et ſm Ariſtotelem. Fa-
ma non omnino falſa ſit quam populi multi
clamant. Meum tamen calamum ab huiuſ-
modi verbis auertiſſem: niſi me illius viri lit
terati ⁊ periti (male tamen vt credo aduer-
tentis) verborum iniuria deduxiſſet: qui de
exitu eccleſie a partibus gallie locuturus vo
cis concordantiam turpiter mutuando: ⁊ ver
bis imperitis inuolutus ſententiam turpius
inchoauit per hec verba. In exitu iſrael de
egypto domus Jacob de populo barbaro.
Audiſtis blaſphemiaȝ: licet eniȝ ⁊ bene per
iſrael ⁊ domum Jacob eccleſiam intelligat.
Egyptum tamen galliam: et gallicos barba-
ros nominando ipſe proculdubio delirauit.
Si enim galliam illam de qua exiuit eccle-
ſia vere ⁊ realiter: ⁊ per proprietatem intel-
ligit egyptum: ſalua reuerentia hoc eſt fal-
ſum. Si vero per ſimilitudinem: tunc eſt ac
ſi diceret album nigrum. Egyptus enim in-
terpretatur tenebra. Gallia candida. Galla
enim grece candor dicitur: vnde galli quaſi
corpore candidi. Que ergo eſt conuentio lu-
cis ad tenebras? Horrere ꝓfecto debuit pro Eſaie
phete maledictionem dicentis. Ve qui dici- v.
tis malum bonum: ⁊ bonum malum: ponen-
tes lucem tenebras: ⁊ tenebras lucem. Egy
ptus etiam alia interpretatione intelligi-
tur anguſtia ſiue tribulatio. Unde ibidem di
cit gloſa. In exitu iſrael de egypto. id eſt ec-
cleſie de anguſtia. Quam autem anguſtiam
eccleſia paſſa ſit in gallia: ego ſine dubio non
audiui. Vidi enim eam ibi in omnibus quie
tam ⁊ tranquillam: non iniuria tyrannorum
laceſſitam: Non inſcitia populi perturba-
tam: nec maiorum oppreſſam potentia: ſed
beniuolentia ⁊ obedientia omnium venera-
tam pariter ⁊ dilectam. Eccleſie igitur exi-
tum de gallia non debuit dicere de egypto. E
Sed aduerte queſo quid ſequitur. Domus
inquit Jacob de populo barbaro. O verbu[m]
improprium vere admirabile ⁊ ineptum: et
non a tali viro: ſaltem ſic improuide profe-
rendum. Sicut enim ipſe dicit. mendacium
quod in alterius prorumpit iniuriam eſt ne-
fandum: Ecce populum gallicum vocat po-
pulum barbarum: Sed quid eſt eſſe barbaꝝ
Nonne eſt eſſe extraneum ⁊ ignotum: legi-
bus inordinatum: moribus indiſciplinatum
rudem ⁊ inhoneſtum? Quod ſi ſic vt oportet
intelligat inter gallos non querat barbarieȝ
quia eſt ⁊ remanet apud eos. Quis enim mē
tis compos: ſani capitis: ⁊ veri iudicij ratio
nis populum barbarum diceret eſſe gallicuȝ
in quo eſt temperantia in victu: mundicia
in habitu: amenitas clementie: ſuauitas fa-
cundie: in verbis veritas: in factis honeſtas
in corde felicitas: ſtrenuitas operis: ⁊ agili-
tas corporis: iuxta illud Julij celſi populi Julius
tamen huius inimici libro quinto de bellis celſus.
Ceſaris. Galli īquit homines ſunt aperti mi
nimeqꝫ inſidioſi: qui per virtutem magis ꝙ̄
per inſidias dimicare conſueuerunt. Ubi
ergo queſo eſt tam nobilis populi barbaries
Sed certe rhomanorum realem barbariem
narrat beatus Bernardus ad Eugenium
papam ita ſcribens. Quid tam notum ſecu- D
lis ꝙ̄ proteruia rhomanorum? Gens inſue- Ber-
ta paci: tumultui aſſueta: gens immitis ⁊ in- nard⁹.
tractabilis: ſubdi neſcia: niſi cum non va-
let reſiſtere. Et ſequitur. Scio vbi habitas:
increduli ⁊ ſubuerſores ſunt tecum rhoma-

M.E.C.D. 2016

ni: impij in deum: temerarij in ſancta vł ſan
ctos: ſeditioſi inuicem: emuli in vicinos: in-
humani in extraneos: quos neminem aman-
tes amat nemo: ſuperioribus infideles: infe
rioribus implacabiles: inuerecundi ad pe-
tendum, ad negandum frontuoſi: ingrati cū
acceperint: grandia loquuntur cum operen-
tur exigua: blandiſſimi adulatores: morda-
ciſſimi detractores: ⁊ doctiſſimi proditores.
Sunt ne igitur iſta mores ⁊ ingenia barba-
rorum? Sed hic dicet forſitan fuit hic alieni-
gena ⁊ male de ignotis potuit iudicare. Re-
ſpondeo pro certo non eſt veri ſimile: immo
nec credibile tantum virum ſine cognitione
⁊ experientia ſic locutum. Sed vt omnis de
medio extirpetur ſuſpitionis occaſio: aduer-
Iuue- tat Iuuenalem italicum qui verba Umbri-
nalis. cij ſocij ſui qui ob multitudinem viciorū de
rhoma receſſerat dolendo commemorans in
tertia ſatyra pmi libri ſic ait inter cetera. Nā
quid tam miſerum: tam ſeuum credimus:
vt non deterius credas horrere incendia:
lapſus tectorum aſſiduos: ⁊ mille pericula
ſeue vrbis. Sequitur. Hec tunc Umbritius
quādo artibus inquit honeſtis Nullus in vr
be locus: nulla emolumenta laborum. Se-
quitur. Cedamus patria: viuant Arturius
illic ⁊ Catulus: maneant qui nigrum in can-
dida vertunt. Iſti autem Arturius ⁊ Catu-
lus fuerunt duo lenones ⁊ hominū decepto
res. Sequitur. Quid rhome faciam. menti-
ri neſcio. librum Si malus eſt nequeo lauda
re: ⁊ poſcere motus Aſtrorum ignoro: funus
promittere patris: Nec volo: nec poſſum: ra
narum viſcera nūquam Inſpexi: ferre ad nu
ptam que mittit adulter. Que mādat norunt
alij: me nemo magiſtro fur erit. Ecce ergo
quomodo Iuuenalis italicus tanquam bo-
nus ſatyricus rhomanorum vitia denudauit
Cum enim dicit. Quid rhome faciam menti-
ri neſcio: ipſos eſſe mendaces denotauit. Cū
autem dicit: librum ⁊c. ipſos eſſe adulatores
demonſtrauit. Cum autem dicit ranarum ⁊c
⁊ poſcere motus aſtrorum ignoro: ipſos re-
prehendit de ſuperſtitioīs ⁊ vane opinionis
gloria. Cum autem dicit. Ferre ad nuptā ⁊c.
reprehendit eos de turpi maculationis infa-
mia. Cum autem dicit. Me nemo magiſtro
fur erit. reprehendit eos de vilis latrocinij
malicia: vt merito dictum ſit ꝙ dominus no
ſter papa deſcendens vt dictum eſt a hieru-
ſalē in hiericho inciderit in latrones. Taceo
que ſequuntur ſcilicet qui expoliauerūt eum
et plagis impoſitis abierūt ſemiuiuo relicto.

Abſit hoc bone ieſu. abſit vt ab ipſis rhoma
nis ceteriſve incolis confinium ciuitatis:
tum pater ſanctiſſimus cuꝫ ſacroſancto reue-
rendorum cardinalium collegio aliqualiter
impugnetur ſeu etiam ſpolietur. Abſit vt ve
nerabilium cardinaliuꝫ ſublata de medio ma
gna parte: ex quibus cum ipſo ſummo ponti
fice vnum corpus efficitur: ipſe ſemiuiuus
membris deperditis relinquatur. Hec ⁊ mul
ta alia breuitatis gratia non proſequor. Et
quia nec volo: nec opus eſt omnia eius dicta
ſigillatim diſcerpere: quattuor ſolum inter
cetera eius dicta mihi ſatis fuerit tranſcurre
ret. Primo eñi propter illum miſeruꝫ aggreſ
ſum ad Italiam ſiue Rhomam: dominū no-
ſtrum papam mirabiliter felicitat. Secundo
ipſum et dominos cardinales ad virtutem
hortatur et predicat. Tertio vinum beluen-
ſe et Rhodanum et partes finitimas terribi
liter vilificat. Quarto galliam deprimendo E
Italiam ac rhomam glorificat ⁊ exaltat. Pri
mo igitur quantum ad domini noſtri pape fe
licitatem: dico ꝙ ſi intelligit felicitatem ſecū Ariſto
dum virtutem operari vt videtur Ariſtote- teles.
les ſentire. x. ethicorum dicens. Erit vita fe-
lix ſecundum virtutem operantis tanꝙ be-
ne viuentem ⁊ virtuoſe operantis. dominum
noſtrum papam eſſe felicem nō dubito. Sed
hoc eſſe vt dicit ppter eius aggreſſum non
concedo: immo firmiter credo illam viam
quantuꝫ ad multas operationes tam ſpecula
tiuas ꝙ practicas: et tam contemplatiuas
ꝙ actiuas impedimentum magnum et obi-
cem extitiſſe: Quoniam ſm Ariſtotelem
vbi ſupra: accidentia tribulant ⁊ conturbant
beatum. triſtitias enim inferunt ⁊ impediūt.
Si autem per felicitatem iuxta ſententiam
Boetij. iij. de conſolatione intelligat ſtatum boeti⁹
omnium bonorum aggregatione perfectum
ſm deductionem eiuſdem Boetij in eodem
veram felicitatem in ipſo ſummo deo eſſe ne
ceſſe eſt. propter quod talis ſtatus non habi-
tus in via beatis in patria reſeruatur. Unde
et iuxta ſalomonis ſententiam: nemo felix di
citur in hac vita. mutabilitas enim fortune
mortaliū nomen felicitatis annihilat. Quod
etſi ante quenꝙ forte cōtingeret: non tamen
ſecundum multorum opinionem prudentiuꝫ
prepotentibus et diuitibus et magnis hono
ribus ſublimatis. Quod etiam ſentiēs Boe
tius im primo de cōſolatione dicebat. Quid
me felicem totiens iactaſtis amici: Qui ceci- Idem
dit ſtabili non erat ille gradu. Unde et Ari- Ariſto
ſtoteles ſententiam anaxagore. x. ethicorum teles.

M.E.C.D. 2016

repetens dicit. Videtur autem anaxagoras
non diuitem:neqꝫ potentem exiſtimare feli-
cem dicens. quoniam non vtiqꝫ admirabitur
ſi hoc inconueniens appareat multis. Iſti
enim iudicant que ſunt extra ſentientes ſo-
lum. Unde ⁊ idem anaxagoras cuidam a ſe
petenti quiſnam eſſet beatus. Nemo inquit
ex his quos tu felices exiſtimas:ſed eum in
illo numero reperies qui a te ex miſeris eſſe
creditur. Nō erit ille diuitijs aut honoribus
abundans:ſed aut exigui ruris:aut non am-
bitioſe doctrine fidelis ⁊ pertinax cultor in
ſeceſſu ꝙ in fronte beatior. Cauſas autem
quare non dicuntur diuites ⁊ potentes feli-
ces:ſatis tangit Ariſtoteles p̄mo ⁊ decimo
Idem Seneca. ethicorum. Has etiaꝫ tangit Seneca in tra
gedia Herculis cethei pulchre dicens. Au-
rea rumpūt tecta quietem: Vigileſqꝫ trahit
purpura noctes. O ſi pateant pectora ditum
quantos intus ſublimes agit fortuna metus
pectora pauper ſecura gerit:tenet ⁊ patula
pocula fago:ſed non trepida tenet ipſa ma-
nu. Carpit faciles vileſqꝫ cibos: ſed nō ſtri
ctos reſpicit enſes. Et Lucanus in quinto
Lucanus. O vite tuta facultas pauperis anguſtoqꝫ la-
res. O munera munda intellecta deum. Vir
Virgilius. gilius etiam in libro de culice:de iſta mate-
ria inter cetera ſic ait. Quis magis aptato
queat eſſe beatior euo:ꝙ qui mente procul
pura ſenſuqꝫ probando. Non auidas agno-
uit opes. nec triſtia bella:Nec funeſta timet
valide certamina claſſis ⁊c. Sequitur. Illi
dulcis adeſt requies ⁊ pura voluptas. Hu
Valerius maximus. ius autem ſententie narrat exemplum nota
bile Valerius maximus libro quinto de Gi
ge rege lidorum:qui de ſtatu infimo ad re-
gnum ditiſſimum peruenerat:quo inflatus
animo cum ab Apolline petiſſet an quiſquā
mortalium ipſo eſſet felicior: Aglanum ſo-
phidium eſſe feliciorem Apollo reſpondit.
Hic tamen erat Archadum pauperrimus:
ſed etate iam ſenex terminos agelli ſui nun
quam exceſſerat:paruuli ruris fructibus at-
qꝫ voluptatibus contentus. Ex quo deducit
Valerius magis probare ridens tugurium
ꝙ triſtem curis ⁊ ſollicitudinibus aulam ⁊
paucaſqꝫ glebas pauoris expertes:ꝙ pinguiſ
ſima lidie arua metu referta:et vnum aut
alterum iugum boum facilis tutele ꝙ exer-
citum ⁊ arma ⁊ equitatū voracibus expen-
ſis oneroſum:⁊ vſus neceſſarij horreolum
nulli nimis appetendum ꝙ theſauros om-
nium:inſidijs ⁊ cupiditatibus expoſitos. Si F i
igitur cure ⁊ ſollicitudines mundanam feli-
citatem impediunt:cur ergo iſte pro reditu
ad italiam dominum noſtrum papam felici-
tat:vbi non ſolum ipſe:ſed ⁊ omnes ſequa-
ces curis ⁊ ſollicitudinibus ſunt repleti: et
metu multiplici tribulantur. Et qui vidit te
ſtimonium perhibet. Vidi omnibus arma
imperari:fortalicia preparari ⁊ vallari. Vidi
fugam in campis:congregationes in villis:
immo quaſi vbiqꝫ formidinem. Et quis eſt
qui non vidit:aut audiuit viterbiorum con-
greſſionem furioſam: Rhomanoruꝫ commo-
tionem iniurioſam:rebellionem peruſinoruꝫ
⁊ obſtinationem animoſam:⁊ generaliter ty
rannorum contradictionem odioſam. Ubi
igitur non' eſt animi tranquillitas:⁊ corpo-
ris ſecuritas:qualis queſo poteſt eſſe homi- Ariſtoteles
nis felicitas? Dicit etiam Ariſtoteles in pri
mo ethicorum non eſſe illum felicem qui ma
los habet filios. Quales autem dominus no Deutero-
ſter papa ſpirituales filios habet ibi de' no- [illegible]
uit. Nec oportet plus dicere niſi quod ſcri-
pſit Moyſes in cantico. Generatio hec per xxxij
uerſa eſt et infideles filij. Et iterum. Si ad
uentus ad italiam ita dominum papam feli-
citat:⁊ ſpiritus quo ductus eſt in deſertum
ipſum moueat ad regreſſum: nonne ipſius
regreſſus ſi contingat ipſum faciet infelicē?
Abſit. Omnia enim ſibi licent. Licuit enim
ſibi ire:licet etiam ⁊ redire. Neſcio tamen ſi
ſuberit poſſe cum voluerit. Scio tamen ſm
Senecam in tragedia Agamenonis: nun- Seneca.
quam eſſe ſeram ad bene agendum viam.
Et quem penitet peccaſſe pene eſſe innocen
tem. Non dico ipſum peccaſſe. Abſit. Spi-
ritus enim bonus duxit eum vt credo: nec
dicam ipſum malum: ſed multo meliorem ſi
reducat. Nunc igitur ad eius predicatio-
nem ⁊ exhortationem regredior. Mirabilis
prorſus ⁊ inaudita nouitas virum cecutien-
tem acute videntibus viam et rectum iter
oſtendere. Quis enim huius alti collegij ſe
eſſe mortalem ignorat? Quis etiam aliquan
do de vite eternitate non cogitat? Quis eo-
rum non nouit totum quod hic viuitur vel
habetur inſtabile:immo tranſitorium ⁊ cadu
cum? Credere namqꝫ tantos viros talia igno
rare:nec ea aduertere nefas eſt. Nullus enī
eorum quantum ad hoc:vel ignorat ꝙ hic
ſit:ſiue verbis talibus indigebat. Hinc pro
certo potuit veriſimiliter dubitare ne ſibi il

M.E.C.D. 2016

Johan lud euangelicum obijcerent. In peccatis na
nis.ix. tus es totus: ⁊ tu nos doces. Et iterum.
Medice cura teipſum. Et iterum. Rabbi
vbi habitas? Or ſi profecto cõſideret exhor-
tationis cauſ. m ⁊ materiam prope ſe reperi
et amplam valde. Videat enim ⁊ conſideret
ꝙ in terra quaʒ habitat viget iniuria ꝓ iuſti
cia: pro pietate nequitia. Vbi tam violenta
j.meta oppreſſio ſubditorum reperitur: vbi vera fi-
mor- de procul abiecta nefarie quaſi hereditarie
phoſ. dei ſanctuarium poſſidetur. Et breuiter vbi
iuxta dictum Ouidij. Viuitur ex rapto non
hoſpes ab hoſpite tutus: Nõ ſocer a genero
fratrũ quoqꝫ gratia rara eſt. Conſideret igit
modum ibi viuendi ⁊ regẽdi ⁊ infinitos mo-
G dos: quibus vt ipſe nouit: turpiter extorque
tur pecunia: et talibus loquatur ⁊ predicet.
Sed quid plus? Nonne in Mediolano vi-
di abominabile idolum ſuper altare dei: ho-
minis ſcilicet armati imaginem ſedentis ſu
per equum de candido marmore fabricatum
et in loco vbi corpus xp̄i ſacratũ cõſueuit ſa
crari vel reponi collocatum? eſt ne igitur il-
lud ſub diſſimulatione tranſeundum? Non-
ps. ne eſt formidandum ne deus ſuam vindicet
iniuriam. Dicit enim pſalmiſta. Vidi impi-
um ſuperexaltatum ⁊ eleuatum ſicut cedros
Sene libani. Et tranſiui ⁊ ecce non erat. Nam ſm
ca. Senecam in tragedia Tieſtis: vbi non eſt
pudor: nec cura iuris: ſanctitas: pietas: fides
inſtabile eſt regnum. Et in tragedia edippi.
Inuiſa nunquam imperia retinentur diu.
Et in octauo de proſpera fortuna dicit idem
Crede inquit obſequenti partius leuis eſt
dea. Si igitur deus patiens eſt ad tem-
pus non eſt aliqualiter confidendum: quo-
niam indutus eſt domin⁹ veſtimentis vltio-
nis: quoniam ipſi vindicta eſt: et ipſe retri-
buet abundanter facientibus ſuperbiam.
Cõſideret igitur iſte p̄dicator egregius quã-
tum deo adiuuante ipſius predicatio ſiue ex
hortatio multis poſſet proficere: et ꝙ habet
in foribus quos facundie ſue lenitate mulce
at: et profunditate ſcientie dirigat exhortan
do: dimittatqꝫ in oculo remoto feſtucam: tra
bem magnam de proprijs oculis remouen-
do. Nunc igitur venio ad vini bennenſis:
quam certe nec demeruit: libẽter audiui blaſ
phemiam. Rhodaniqꝫ ⁊ illarum partium in
iuriam. Quis enim mentis compos talis vi-
ni: imo vero potius tanti boni maledictionẽ
non horreat? Ait enim. Utinam nunqꝫ fuiſ-
ſent vites ille: paulominus dixerim vites vl
le: ſi chriſti eccleſie vſqꝫ adeo venenoſaʒ vin
demiam pariture erant. O nobilis vindemia
O vinum precioſum ſuper cetera vina dul-
ce: ſalutiferum et iucundum: ꝙ̃ miſera et in-
epta eſt tue maledictionis occaſio. propter
quod non intres in os eius: et dulcis ſapor
tuus per eius fauces non tranſeat. Fere em̃ ouidi⁹.
Ouidij maledictionem demeruit qua miſere
vetule maledixit ſcilicet. Nec vinum potet
quin ſit vel pingue vel acre. Credit ne tãtos
viros ita gule deditos et affectos vt ꝓpter
huius vini carentiam Italiam fugiant ⁊ hor
reſcant? Abſit hoc maxime: cum illud vinum
haberent de facili ſi placeret. Sed quid facit
hoc? Sine dubio credo ꝙ audita et experta
rhomanorum malicia: italorumqꝫ pluriuʒ per
fidia: immo quaſi omniũ mores mali. Huius
autem malicie fidem habuerunt ex auditu:
hanc autem nunc de facto facie ad faciem cõ
templantur. Non igitur propter vinum Ita
liam fugiunt ſiue rhomam. ſed propter ſeui- Mat-
tiam et perfidiam de proprio capite dubitan thei.x.
tes: illud euangelicum attendẽtes. Cum per
ſecuti vos fuerint in vna ciuitate fugite in a
liam. Sed etiam rhodanus vt et ipſe artat
quid meruit? Si inquit eccleſie dei cauſam
daturus erat exilij. Sed quare rogo cũ eccle
ſia in auinione fuit paſſa eſt exiliũ? vbi in po
teſtate viguit: et in ſecuritate quieuit: et in
tanta veneratione habita eſt: nonne etiam
ille ſummi ⁊ altiſſimi domini vicarius: cuius
eſt omnis terra et plenitudo eius: in aliqua
parte terre patitur exilium? Nonne ſolis
rhomanis debitor eſt? Abſit. Vbicunqꝫ enim
pro vtilitate fidei catholice ſtatuit reſidere ſe
des ſua eſt. Nec ſine cauſa dictum eſt. Vbi
papa ibi rhoma. Sed dicit in auinione nihil
boni eẽ niſi aduectũ aliunde. Sed vbi queſo
eſt bona vrbs vel ciuitas que bonis non ege
at alienis? niſi forte dicat Rhomam: in qua H
tales et tante ſunt platee. vt pro bladis ⁊ vi
nis cunctis ciuibus eius credantur ſufficere
Quod non abundantiam: ſed defectuʒ arguit
manifeſtum. Et iterum illa nobilis ciuitas
venetorum: quam et ſuper alias ſic extollit:
quid habet niſi aliunde aduectum? Vir igi-
tur diſcretus verboſas et inanes deſinat ar-
gutias in noſtro etiam vico ſtraminum:
quem fragoſum nominat deridendo ab ipſis
puerulis lacerandas. Audeo tamen dicere

M.E.C.D. 2016

motus aliquantulū iniuria: ſed veritatis tm̄
limitē nō traſcendēs: ꝙ fragoꝛ cōſimilis i to
ta i alia nō audit. In auinione vero eſſe et
fuiſſe oīm bonoꝛū affluentiam vt patet et pa
tuit per effectū. Unde ⁊ dominus Anſelmꝰ
a domino rege miſſus: hec et multa alia que
dominū noſtrum papam reuocare poterant
ab incepto luculenter oſtendēs male fuit per
iſtum ſalua reuerētia redargutus. Quod cer
te ſi vixiſſet viuis rationibus oſtendiſſet: nec
credebat ſe loqui ad coquine magiſtrum ſeu
coquoꝛū principem: ſed ad eccleſie dominum
et ſummū pōtificem: quem tanq̄ bonū patrē
decet atqꝫ opoꝛtet curare de omnibus. Sed
quid dicit Terentius. Ueritas odium parit:
(Iuſti- nus) propter quod verum fuit ꝙ factus eſt ei ini-
micus verū dicens. Quid etiā Rhodanum ⁊
loca confinia ſic ſine ratione vituperat? Re-
coꝛdetur Iuſtinū libro. xliij. referētem: ꝙ tē
poꝛe Tarquinij regis ex aſia phocentium iu
uentus in vltimos gallie ſinus nauibus pꝛo
fecta Maſſiliam inter ligures ⁊ feras gētes
galloꝛū condidit. Nanqꝫ phocenſes exiguita
te et macie terre coacti: ſtudioſius mare q̄
terras exercuerunt. Itaqꝫ in vltimā occeani
oꝛam procedere auſi in ſinum gallicum oſtio
Rhodani amnis deuenerūt. Cuiꝰ loci ame-
nitate capti: reuerſi domū referentes que vi
derant plures ſollicitauerūt: quos ſecum ad
ducentes Maſſiliam fundauerūt. Quid igi-
tur iſte dicit malas domos Rhodani et palu-
ſtria loca: cū antiqui taliter maria peruagan
tes amenitate loci capti ibi potētem vꝛbem
condiderūt? potētem certe dico: vtpote cuiꝰ
auro etiam ipſa roma de galloꝛū manibus ſit
redēpta. Scriptū enim ibi eſt ꝙ reuertētes
a delphis maſſilenſiū legati: quo miſſi mune-
re tulerant Apollini: audierunt a gallis vꝛ-
bem rhomanam eſſe captam incenſamqꝫ.
Qua re domi nunciata maſſilienſes aurum ⁊
argentū publicum priuatūqꝫ contulerunt ad
explēdū pōdus gallis a quibus pacem redē-
ptam cognouerāt. Nō iſte ſeu etiā rhomani
loca circa Rhodanū: ſiue hoꝛum incolas dedi
gnentur: quoꝛuꝫ beneficio ſunt redempti: et
quoꝛum auxilio factum eſt ne adoleſcens rho
ma tunc pauper et miſera vltimum excidiuꝫ
pateretur. Nunc aūt ad aliqualem defenſio-
neꝫ gallie inuitus ⁊ coactus regredioꝛ: ſciēs
comparationes inter has regiones odioſas.
Laudem autem gallie omnimodam: galloꝛū
qꝫ virtuteꝫ a multis et illuſtribus celebꝛatas
auctoꝛibus: nec volo: nec opus eſt recitare:
nec omnino etiam has ſilere. De gallis enim
ita dicit Solinus: Gallie inter rhenum ⁊ py
reneum. Item inter occeanum ⁊ montem ge (Soli- nus)
benam poꝛriguntur pꝛepinguibus glebis: ac
commode pꝛouentibus fructuarijs: pleriſqꝫ
conſite vitibus ⁊ arbuſtis omni ad vſum ani
mantium fetu beatiſſime: irrigue aquis flu-
minum et fontium: hec ille. Et quid vltra de
bonitate terre dici poteſt? De virtute autem
galloꝛum a multis celebꝛata ſcriptoꝛibus:
poſſem plures codices adimplere. vnus tm̄
pꝛo multis ſufficiat: et vt bꝛeuius fiat aduer (Iuſti- nus.)
tat Pompeij trogi abbꝛeuiatoꝛem Iuſtinuꝫ
libꝛo. xxiiij. ſic dicentē. Galli abundanti mul
titudine cum eos non caperēt terre que eos
genuerāt: trecenta milia hominum ad ſedes
nouas querendas velut examen miſerunt: ⁊
poꝛtio in Italia conſedit: que ⁊ vꝛbem Rho
mam captam incendit. Et poꝛtio illiricos ſi-
nus per ſtrages barbaroꝛum penetrauit: ⁊ in
Pannonia conſedit. Gens aſpera audax et
bellicoſa: que pꝛima poſt herculem cui ea res (I)
virtutis admirationem ⁊ immoꝛtalitatis fi-
dem dedit: alpium inuicta iuga ⁊ frigoꝛe in-
tractabilia tranſcendit. Sibi domitis panno
nijs per multos annos cum finitimis varia
bella geſſerunt. Hoꝛtante deinde ſucceſſu di
uerſis agminibus alij greciam: alij macedo-
niam omnia ferro pꝛoſternentes petiuere.
Tantuſqꝫ terroꝛ gallici nominis erat: vt etiā
reges non laceſſiti vltro pacem ingenti pecu
nia mercarentur. Item libꝛo. xxv. dicit idem
Galloꝛum ea tempeſtate tante fecunditatis
iuuentus fuit: vt aſiam omnem velut examē
quoddam implerent. Demum neqꝫ reges
oꝛientis ſine mercēnario galloꝛum exercitu
vlla bella geſſerunt: neqꝫ pulſi regno ad ali-
os q̄ ad gallos confugerunt. Tantus autem
terroꝛ gallici nominis et armoꝛum inuicta
felicitas erat: vt aliter neqꝫ maieſtatem ſuā (R)
tutam: neqꝫ amiſſam recuperare poſſe ſine
gallica virtute arbitrarentur. Hec ille. Quid
igitur iſte gallos atqꝫ galliam vituperat? Fa
teoꝛ enim et verum eſt Italiam magnam
partem ⁊ bonam oꝛbis eſſe. Nec intentio cu-
iuſq̄ eſt nec fuit vt credo ſic eam depꝛimere
vt iſti veritati contradicat. Sed quia ſermo
nes ſm̄ ſubiectam intelligendi ſunt materiā
cum dominus Anſelmus de Italia loqueba
tur intelligebat de Italia ſeu illa parte Ita
lie ad quam ipſa curia tranſmigrabat. Com
parando igitur partes quas dimittebat: parti
bus quas adibat. ſi verū locutus ē nouit deꝰ
Nō igit̄ opoꝛtuit pꝛopter iſta ciuitatum ita-
lie quaſi vſqꝫ ad celos diuitias atqꝫ magni-

M.E.C.D. 2016

tudinem eleuare: maxime quia galli magnā
earum partem depulſis italis fundauerunt.
Dicit enim Juſtinus ſupradictus libro . xx.
ꝙ galli cū Jtaliam veniſſent ſedibus tuſcos
Idem expulerunt: et Mediolanū Comum Brixiā
Veronam Pergamū Tridentum et Vincen
tiam cōdiderūt. Et etiam ipſe teſtatur libro.
xx. plurimas alias italie ciuitates: immo ſine
dubio quaſi omnes: alieve nationes funda-
uerunt. Scdm enim ꝙ ipſe ſcribit ibi aliquā
tulum diffuſius: Tuſci a lidia venerunt. Ve
netos capta Troia Antenore duce miſit.
Adria greca vrbs eſt. Arpos diomedes con
didit. Piſe in liguribus grecos auctores ha-
bent. Et in Tuſcis Tarquinia Theſſalis et
Spinambris. Peruſini originem ab acheis
ducūt. Latini populi ab Enea cōditi vidētur
Pha liſci: Japigij: Nolani: Abelani Chalci-
dieſiū coloni ſunt. Sabini: ſamnites: tarēti-
ni lacedemone profecti ſpurijqꝫ vocati ſunt.
Thuroniorum vrbem cōdidiſſe Philocteten
ferunt: ibiqꝫ adhuc videri monumētum eius
ſagittaſqꝫ herculis: que fatum Troie fuerūt.
Epeos metapontū ꝯdidit: dicūtqꝫ ibi eſſe fer
ramenta quibus equū troianum fabricauit.
propter qđ omnis illa pars italie maior gre-
cia appellata eſt. Cur igitur iſte tm̄ de ſuis
ciuitatibꝰ gloriatur: quas iſti alienigene ita-
lice gentis miſeras: aut nullas: aut deſertas
inuenerunt? Quid etiā italorum grauitatem
et ſcientiam ſic extollit: immo etiā in tantam
prorūpit iniuriam vt dixerit. Nullus doctus
in gallia. Certe in gallia ſunt multi ⁊ plures
prefuerunt ſalua reuerentia valde docti. Nō
recordabatur credo de hilario pictauen̄. de fo
tino epiſcopo lugdunen̄. de Eucherio lugdu-
nen̄. de Vincentio leurnien̄. de Saluiano
maſſilen̄. nec de proſpero aquitanico ſiue a-
quitanen̄. et de pluribus alijs valde doctis.
Non habebat etiā ante oculos aliquos alios
ſatis nouos ſcilicet hugonem et richardū de
ſancto victore. Petrū comeſtorem: Alexan-
drum de ales: Henricū de gandauo: Petrum
aureoli: Guilhelmū antiſſiodoren̄. et Johan
nem ſcoti qui vocatur ſubtilis: et plurimos
alios viros magnos. Or ſi forſitan dicat ꝙ
ipſe intelligit ꝙ nullus de quattuor doctori-
bus ſuam ſcientiam didicit in gallia: verba
tamen ipſa prima facie turpe ſonāt: maxime
cum in illo paſſu Jtaliam laudando: galliam
pro poſſe vituperet. Quod etſi forte verum
ſit: poſſem ego multos viros gallicos ſubti-
les et ingenioſos omniqꝫ ſciētia clariſſimos:
ſicut et iam predixi: etiam nominare et vere
concludere: Nullus doctus in Jtalia. Quis
enim italorum naturalis philoſophus ita ſe
creta penetrauit et reuelauit abſcondita vt
non multo melius quidam immo plurimi nō
itali. Vbi queſo legitur Tullij phyſica: Var-
ronis metaphyſica: ſeu cuiuſqꝫ illorum philo
ſophia naturalis? Aliquos ipſorum certe li-
bros bonos atqꝫ humane vite proficuos com
poſuiſſe ingenue fateor valde multos: longe
tamen teſte deo ethice Ariſtotelis poſtponē-
dos. Sed etiam quid ad rhomanorꝫ laudeꝫ
de latiuitate loquitur: cuꝫ inter rhomanos et
latinos tanta ſit differentia. tanta ſit vel fue
rit diſcordia ſicut inter gallicos et anglicos.
Cur igitur rhomani ſicut et nos de latinis lit
teris gloriantur. Sed dicit oratores ⁊ poete
extra Jtaliam non querantur. Et quid eſt.
nonne optimi poete Statius ⁊ Claudianus
itali ſunt? quorum Statius eſt tullenſis. vel
vt alij complures dicunt tholoſanen̄. Et clau
dianus dicitur Viēnen̄. Multos alios vero
gratia breuitatis nō nomino antiquitꝰ tm̄ ipſa
Rhoma in iſtis ⁊ ſpecialiter in poetis preua-
luit: quod in ſuo architrinio aliqualiter tāgit
Johannes anglicus nobis quaſi naturaliter
inimicus. Cū de noſtra vrbe pariſien̄. inter
alia loqueretur veritate coactus: illam inter
ceteras magnificās ita dicit. Pariſius terra
iuris: eriſea metallis: inda libris: greca ſtu-
dijs: Rhoma poetis: actica philoſophis: mū
di roſa: balſamus orbis: ſidonis ornatu: et
ſua menſis ⁊ ſua potu: meſſe ferax: inoperta
rubis: nemoroſa racemis: plena feris: piſco-
ſa lacu: volucroſa fluētis: diues agris: fecun
da mero. manſueta colonis: mūda deo: fortis
dn̄o: pia regibꝰ: aura dulcis: amena ſitu bo-
na quolꝫ: om̄e venuſtū: oē bonū ſi ſola bonis
fortuna faueret. Jſte igit̄ Johānes linguarꝫ
ml̄tarū ⁊ vrbiū excellētiſſima queqꝫ ꝑiſius ⁊
vera attribuēs ſicut credo: qm̄ laus plus q̄
vera quā dabit hoſtis erit: tanq̄ excellentiſ-
ſimū vrbis Rhome poetas noiauit? quos tm̄
a ciuitate bene ordinata tanq̄ veritati con-
trarios Plato cenſuit eſſe pellendos: vt reci
tat Auguſtinus de ciui. dei lib. x. c. xiiij. pro-
pter quod ipſi greco platoni palmā dādā eſſe
pronunciat ſicut patet ibidem. Sed dicit. ha
bes vrbem conquaſſatam fateor ſacram tm̄
neſcio quid per vrbem intelligit. Si intelli-
gat ꝑ vrbē loca ſacra ac ipſorum ſanctorū re
liquias: ipſam certe concedo eſſe ſacram. ſed
tunc voluntarie et improprijſſime locutus
eſt. Sed ſi ipſas plateas ⁊ domos quas ſicut
dicit conquaſſatas vocat vrbem: ibi nō inue-
nio ſanctitatem. nec debuit dicere vrbem ſa
cram: ſed ſicut dicit Juuenalis vrbem ſeuā.

M.E.C.D. 2016

Et certe bene ſeuam: que ſua ſeuicia tot va-
lentes homines interfecit. tot innocentes vi-
ros iugulauit. que tot ſanctos et iuſtos per-
emit crudeliter et necauit. que quaſi ſua cu-
piditate totum orbem ſpoliauit: non ſolum
inimicos perſecuta: ſed et benemeritis ini-
qua ſemper extitit ⁊ ingrata. Nonne Aphri-
canus ſuperior: qui non ſolū contuſam ⁊ cō-
Aphricanus rhoma pulſus fractam armis belli punici rempublicam: ſed
pene iam exanguem atq̨ morientē Cartha-
ginis dominā reddiderat. eius clariſſima ope-
ra iniurijs penſando: a patria depulſus atq̨
in exiliū mortuus eſt? Sepulcroq̨ ſuo iuſſit
inſcribi. Ingrata patria nec oſſa quidē mea
habebis vel habes. Cineres enim ſuos ſicut
ait Valeri⁹ ei negauit: quā in cinerē labi paſ-
ſus nō fuerat. Nihilo minor ỽtute poſterior
Aphricanus duabus vrbibus Numantia et
Aphricanus iunior. Carthagine rhomano impio imminentibus
ex rerum natura depulſis: raptorem ſpiritus
domi inuenit: mortis punitorem in foro non
ſcipio naſica. repperit. Scipio etiam naſica: qui peſtifera
Tiberij Gracchi manu faucibus oppreſſam
rempublicam ſtrangulari paſſus non eſt: pro-
pter iniquiſſimam virtutū ſuarū apud ciues
eſtimationem: ſub titulo legationis Perga-
mum ſeceſſit: et quod vite ſuperfuit ibi ſine
vllo ingrate patrie deſiderio peregit. Infini-
tas autem alias ingratitudines rhomanorū
breuitatis gratia p̄traſeo. Eſt ne igiť dicēda
vrbs ſacra tantis vitijs ⁊ ingratitudinibus
maculata? Cuius ingratitudo non ſolum pa-
tuit in antiquis ⁊ ſuis principibus: ſed etiā
in eccleſie miniſtris ⁊ ſummis pontificibus:
quorum aliquos fugauerunt: aliquos occide-
rūt: ⁊ vniuerſaliter quaſi omnes aliqualiter
vexauerunt. Sed dicit. hanc ſiquidem Rho-
mulus fundaſſe: Brutus liberaſſe. Camillus
inſtauraſſe laudant. Quicquid de iſto ſit vel
ſcribat: multi tamen auctores autentici de
Rhome origo fundatione vrbis Rhome atq̨ cauſa nomīs
aliter ſenſerunt. Nam ſm̄ Solinum quidā
dicunt nomen Rhome ab Euādro primo da-
tum: antea vero Valentia vocabatur: ſerua-
taq̨ ſignificatione nominis prius impoſiti
Rhomam grece Valētiam nominatam: quā
archades quoniā habitaſſent in excelſa par-
te montis: deriuatum eſt deinceps vt tutiſſi-
ma vrbium arces vocarentur. Heraclidi pla-
cet vt capta Troia quoſdā ex achiuis in ea
loca vbi nunc Rhoma eſt deueniſſe per tybe-
rim: deinde ſuadente rhome nobiliſſima ca-
ptiuarum que his comes erat: incenſis naui-
bus poſſuiſſe ſedes: ſtruxiſſe menia: ⁊ oppi-
dū ab ea rhomen vocauiſſe. Agatocles ſcri-
bit Rhome non captiuā fuiſſe: ſed Aſcanio
natam Enee neptem appellatiōis huius cau-
ſam fuiſſe. Traditur etiam proprium nomē
Rhome: verūtamē vetitū publicari: quoniā
quidem vt non enūciaretur arcana ſanxerūt
vt ſic noticiā aboleret fides placide tacitur-
nitatis. Valerium deniq̨ ſoranū eo ꝙ etiam
interdū alloqui auſus fuit: peremerunt. Ali-
qui autē dicunt ꝙ illud nomen celatum fuit
febris vbi ſic impoſitum in honorem Fe-
brue matris Martis. Hoc aūt eſſe verū non
aſſero: ſcio tamen beatum Auguſtinū ipſā
Febrem ciuem nominaſſe rhomanā. lib. iij.
de ciuitate dei. c. xij. Quod propter hoc dictū
fuiſſe credo: quia Febris ipſam Rhomā qua-
ſi naturaliter ⁊ hereditarie inhabitat. Quic-
quid tamen fuerit de rhome fundatione ⁊ no-
mine: ſi etiā vt cōmunius dicitur a rhomulo
fundata ſit: non eſt magnū. Unde ⁊ Iuuena-
lis in fine tertij cuidam ciui rhomano de ſua Iuuenalis.
origine glorianti ſic ait. Attamen vt longe
repetas longeq̨ reuoluas: Maior quiſquis
primus fuit ille tuorum: Aut paſtor fuit: aut
illud quod dicere nolo. id eſt latro ⁊ homici-
da dicit gloſa ibidem. Non eſt igitur hoc ma-
gnū: cum etiam ſm̄ eorū opinionē ⁊ turpiter
genitus fuerit et nutritus. Ut eīn ipſi aiunt
Remum atq̨ Rhomulū expoſitos lupa ſuis
aluit vberibus. propter quod non eſt mirum
ſi rhomanorū mores ſunt lupini. De iſtis aūt
Romulo atq̨ Bruto: quos ad rhome gloriā
hic adducit. loquitur Oroſius libro ſuo ſcd̃o Oroſius.
ita dicens. Romulus raptas ſabinas impro-
bis nuptijs confederatas maritorum et parē-
tum cruore dotauit. Interfecto primū auo
Numitore: dehinc Remo fratre corripuit im-
perium. Regnum aui: muros fratris: templū
ſoceri ſanguine dedicauit. Sequitur de Bru-
to. Brutus conſul apud rhomanos primus:
primum regem Rhome non ſolum exequa-
re patricidio: ſed ⁊ vincere ſtuduit. Quippe
duos filios ſuos adoleſcētes: totidemq̨ vxo-
ris ſue fratres reuocandorū in vrbem regū
placito inſimulatos: ſecuri percuſſit. Eſt ne
igitur hoc magnum viros facinoroſos vt ſu-
os fundatores ⁊ patronos ad laudem huius
vrbis nominare? Furium aūt Camillū: quē Furi⁹ camillus.
ipſe dicit Rhomam inſtauraſſe: ingratiſſimi
ciues ab ipſa vrbe rhoma depulerunt. Nec
tamen ego nego in ipā vrbe Rhoma multos
valētes viros extitiſſe: quos preſentes rho-
mani non ſequentes: a predeceſſorū ſuorum
valida ꝓbitate degenerarūt. Ubi et in quo Romani probi.
queſo Rhome nūc eſt Horatij cocodis forti-
tudo? Quinti Criſpini manſuetudo? Fabij

M.E.C.D. 2016

maximi moderatio: Catonis fiducia: Quinti
mucij ſceuole conſtantia: Valerij publicole
ſufficientia: Scipionum milicia et continen
tia: Lutij pauli abſtinentia: Varronis vere-
cundia: Curtij audatia: Julij ceſaris clemen
tia: Pompeij patiẽtia: Fabritij iuſticia: Re
guli fidelitas: Quinti conſidij liberalitas:
Roma Marci marcelli pietas: Quinti ſtelli huma-
ni viti- nitas: Omnium enim iſtorum derelinquen-
oli tes veſtigia: inſequuntur veſtigia peſſimorũ
Bene enim retinent Septimili auariciam.
Catiline perfidiam. Marſi durci ſuperbiam
Serui galbe ſeuitiam. Clodij pulchri luxu-
riam. Gaij ſergij voracitatem. Craſſi cupidi
tatem. Sille et Marij crudelitatem. Iſtis
Q enim rhomani vitijs maculati de prenomi-
natorum valentium ſolo nomine glorіantes
tanq̃ et ipſi tales eſſent: ſtulte et inaniter
ſuperbiunt. Dicit enim horatius magnũ hoc
fore: dico non patre preclaro: ſed vita et cor-
Iuue- pore pulchro. Et iuuenalis. Etiam quis ge-
nalis. neroſum dixerit hũc: qui indignus genere eſt
preclaro nomine tantum inſignis. Propter
quod verſus finez tertij libri dicebat: Malo
pater tibi ſit Therſites dummodo tu ſis Ea
cide ſimilis: vulcaniaq; arma capeſſas. q̃
te Therſite ſimilem producat Achilles. Bo
nis igitur alienis proprijs relictis virtutibꝰ
ſtultum eſt ſe credere decoratuz. Nec etiam
in oppreſſione gentium ⁊ armorum antiquo
rum glorientur potentia: quorum ex maiori
parte virtus fuit ſeuitia: ſophiſtica virtu-
te palliata: nata cupiditate: nutrita ſuperbi a

omni vero honore viduata. Quod etiam te-
ſtatur beatus Auguſtinus. iij. de ciui. dei. c.
xiiij. dicens. Libidine domiñadi Rhoma vi-
cta albam ſe viciſſe triumphat: ⁊ ſui ſceleris
laudem gloriam nominabat. quoniam inquit
ſcriptura noſtra. laudatur peccator in deſi-
derijs anime ſue: et qui iniqua egerit benedi
citur. Falſa inquit tegmina ⁊ deceptorie de
albationes auferantur a rebus vt ſincero in-
ſpiciatur examine. Sequitur. Habet premia
laudis ipſa crudelitas. Sed puto eſſe ſatius
cuiuſlibet inertie penas luere q̃ taliuz armo
rum gloriam querere. Hic igitur ſiſto manũ
calamumq; vltra currere nõ permitto: ne ſti
li inſipidi ſacietas faſtidium ingerat audiẽti
Omniſq; bonus ciuis italicus ſeu rhomanꝰ
ſi placet mihi parcat: quia etſi iniuria pulſa-
tus ſcripſi: non tamen ſaluſtio et ſuis aucto-
ribus grauiora. Verum quia paruitatez meã
tantam ſublimitatem non decet attingere cõ
ſulendo: ſanctiſſimum patrem noſtrũ ac ſum
mum pontificem nec moneo ad reditum: nec
exhortor ad manendum: ſed ipẽ tanq̃ homo
ſpiritualis omnia dijudicãs ſecundum bene-
placitum ſue ſemper faciat ſanctitatis ad ip
ſius dei laudem: populiq; ſibi ſubditi cõmo-
dum et ſolamen: vt dei ⁊ hominum gratiam
commerendo ſempiternam gloriam aſſequa
tur.

Apologie in Gallie calũniatorem.
Finis.

M.E.C.D. 2016

¶ Ad dominum Simphorianū champe
rium lugduneñ. artium liberaliū apolli-
neeqꝫ facultatis profeſſorem dignissimū
Frater angelus de duccis ordinis carme
litarum brixieñ. apologeticon.

CUm varia ac pene (vt
ita dixerim) infinita mor
taliuꝫ mi Simphoriane
virorum doctiſſime: ſint
exercitia: quibꝰ hominū
mētes (que nullo pacto
ocioſe eſſe poſſunt) ac in
genia exagitētur vt alij doctrine aliorꝫ cōtē-
ptis ſtudijs: penitꝰ dediti ſint: alij vero terre
nis fragilibuſqꝫ bonis aut rei familiari cumu
lāde: nec ſibi ſolis tñ: verūetiā ꝯiugi liberis
ceteriſqꝫ quos charos hñt tueriqꝫ debēt: man
cipati ſint. Pleroſqꝫ item arti militari (que
digniſſima eſt: et ad hominum pacem ſocieta
temqꝫ humanā accōmodatiſſima: cū bella eā
ob cauſam ſint ſuſcipienda vt ſine iniuria in
pace viuatur) incūbere compertū ſit. Quoſ-
dam vero laſciuie: deſidieqꝫ (qua nil peius:
nilqꝫ fedꝰ in humana eſt natura) inherere vi
deamus: dicente horatio. Sunt quos curri-
culo puluere olympicum collegiſſe iuuat: me
taqꝫ feruidis euitata rotis ⁊c. Ego tñ aliorū
compluriū magne exiſtimationis virorū aſti
pulans ſententie: ſemper cenſui primum ho-
minum genus iucūdiſſimis litterarū ſtudijs
addictū: ceteris omnibus preferēdum. Tum
quia corporalibus inſudantes ſtudijs que ad
ſolius corporis cultum ornatūqꝫ pertinent:
animi quiete: aut mentis tranquillitate (qua
nihil diuiniꝰ) animaduerto quouiſ pacto frui
poſſe minime. Tum quia illa ipſa: que ⁊ men
tem corporeāqꝫ molem defatigare: et animū
qui in nobis diuinus eſſe perhibetur: ad ima
vbi mors latet: deprimere ſolent exercitia: a
nullo qui recte ſapiat: meritoqꝫ ſapiens ⁊ ho
mo dici cupiat neqꝫ excoli: neqꝫ in precio ha-
beri: exploratiſſimum cuiqꝫ facile eſſe poteſt
Tum deniqꝫ quia huiuſcemodi varijs excru-
ciari deſiderijs: atqꝫ ad maiora anhelare in-
dies videmus. Nam ab his expetuntur diui-
tie: tuꝫ ad vſus humane vite neceſſarios: tū
ad perfruendas voluptates. In quibus aūt
maior eſt animus: in his pecunie cupiditas
ſpectat ad opes: et ad gratificādi facultatem
In quibus vero animi exiguitas etiaꝫ facile
dignoſcitur. Nihil em̄ eſt taꝫ anguſti animi
tanqꝫ parui ꝙ amare diuitias. Nihil honeſtiꝰ
magnificentiuſqꝫ ꝙ pecuniā cōtemnere ſi nō
habeas: ſi habeas ad beneficentiam liberali
tatemqꝫ conferre. Ex quo fit vt a nullo philo
ſopho cordatoqꝫ viro concupiſci valeant.
Sola enim ſapientia: ſola ſcientia: ſola veri
inquiſitio atqꝫ inueſtigatio: que ab illuſtribꝰ
ſtudioſiſqꝫ viris ad bene beateqꝫ viuendum
neceſſaria autumatur: nature hominis accō-
modiſſima eſt: que ⁊ hominem fortem diui-
tem. liberum: ſincerum: curis vacuum: ac ce
teris animantibus preſtantiorem nobiliorē-
qꝫ reddit. Hec ſola eſt (cum nullum aliud ſit
animal quod dei aliquaꝫ habeat cognitionē)
que hominem diſcernit a brutis: per quaꝫ ho
mo conſequentia cernit: cauſas rerum videt
earūqꝫ motus: ⁊ progreſſus: rebus preſenti-
bus adiungit preteritas: ⁊ annectit futuras.
Que cum in hominem ſolum cadat: profecto
atteſtatur: ⁊ nos affectare ⁊ deſiderare quod
nos beatos feliceſqꝫ efficere poſſit. Quam-
obrem nō poſſumus ſummis preconijs: pre-
cipuis laudibus: immortaliqꝫ honore animi
tui generoſitatem: deliberationem magnifi-
cam: atqꝫ ordinationem prudentiſſimam non
proſequi. Qui tametſi clariſſimis ortus ſis
natalibus: a quorum morum probitate: nec
degenerem (vt complures) ducis vitam.
Tum patria lugduneñ: qua inter galliarum
ꝓuincias: aut melior: aut opulentior: arare ⁊
rhodano decantatis fluminibus nobilitata:
reperiri poſſit nulla: Tum laute ſplendideqꝫ
vt nobiles aſſolēt: a cunabulis educatꝰ: nul
lis tamen vigilijs: nullis elucubrationibus:
nullis litterarum vel humanarum vel diui-
narum ſtudijs: nulli deniqꝫ labori improbo
(qui omnia vincit) pepercisti. Quinimo in-
gentiſſimum aceruuꝫ: locupletiſſimumqꝫ mu
ſarum theſaurum: artiſqꝫ apollinee: ⁊ vaſtiſ-
ſimum ſcientie philoſophice chaos: ac theo-
logice ſapiencie immenſum pelagus nauiga
ſti: vnde tantam omnium ſcientiarum mer-
cem: vt ea in re his noſtris temporibus in
gallia (pace omnium dixerim) tibi preponē-
dum iudicem: vel rariſſimum: vel neminem
Quod ⁊ ipſe reipſa expertus ſum his elapſis
diebus quadrageſimalibus lugduni degens
dum quedam opuſcula tua aurea (vt ita dixe
rim) quādoqꝫ a declamationibus vacuus in-
genti deſiderio perlegerem: in quibus elegā
ti ſiquidem ſtilo de medicine ꝑclaris ſcripto
ribus. de diuinarum legum conditoribus. de
ſecte machometice impugnatione. de corpo
rum animorumqꝫ morbis ⁊ eorundem reme
dijs. de introductionibus in praxim medici-
ne. de euangelice religionis ex gentiliuꝫ ſcri
ptis approbatione ⁊ compluribus alijs ad
vnguem ſubtiliter ⁊ profunde pertractaſti:

M.E.C.D. 2016

iuuenes ad ſcientiarum amorem excitaſti. ꝓ
uectiores vero ad ſimilia peragenda inuita-
ſti. Nuper tamen accidit cum poſt ſolennita
tem paſchalem ex liberalitate tua ad cõuiui-
um ſatis opiparum inuitatus: bibliothecam
tuam varijs ⁊ quidē nō vulgaribus: ſꝫ quali
bus doctiſſimum decet virum: libris adorna
tam ingreſſus eſſem: atq; diligentius rei no
uitate pellectus omnia inueſtigarem: in ma
nus noſtras quedam abs te paucis ante die-
bus lucubrata: ſed nōdum caſtigata incide-
runt opuſcula de quadruplici vita: atq; qua-
druplici gallorum hiſtoria in ſcripta. Que vt
exactius emendata calchographis imprimē-
da committeres inſtantius petij: quod ⁊ reli
quos bonarum litterarū amatores tibi ⁊ fa-
miliaritate ⁊ neceſſitudine coniunctos cõſul
turos ambigo minime. Quātum enī vtilita-
tis: atq; delectationis viris doctis ſaniſq; ca
pitibus: ſi impreſſa in lucem exeant: ſint alla
tura: nō facile eſt dictu. In his enim opuſcu
lis velut quibuſdaꝫ hortulis aut amenis vi-
ridarijs: ꝑ omnia ferme ſcriptorū auctentico
rum volumina tanq̄ ꝑ redolentia prata: cam
poſq; omni genere ſuaue olentiuꝫ florum re-
dimitos deambulans atq; electiſſimos quoſ
q; diſcerpens: ad cõmunem omnium vtilita-
tem tranſplantaſti proprij ingenij irrigans
fecunditate. In his item nihil quod ad vitā
ſanam vel longam: vel celitus cõparandam:
vel ſuperceleſtem: aut ſi mauis ſpiritalem ſi
ue diuinam requiratur: intactum reliquiſti.
Unde licet in tribus precedentibus nihil q̄d
ad rem pertineat: tum ex ꝑhiloſophorū: tum
medicorum: tum nonnunq̄ theologorum ſen
tentijs pretermiſeris: in quarto tamen ⁊ ho
rum nouiſſimo adeo graphice ingenioſeq; de
rerum phyſicarum principijs: de mūdi fabri-
ca: de ſubſtantijs ſeparatis: de fato: de beati
tudine: de deo ⁊ primo ente ⁊ alijs id genus
vetuſtiſſimorum: tum philoſophorum: tum
theologorum a chriſtiana veritate non peni
tus diſſona afferens teſtimonia diſſeris: vt
ꝑpaucos tui ſiles (pace oīm dixeriꝫ) antiquo
rum ꝑluſtrantes ſapientiaꝫ haud facile inue
nerim. Aſclepium antiquiſſimū theologum
hermetis triſmegiſti diſcipulum admodum
paucis niſi perdoctis cognitum: tam fidis at
q; claris commentarijs adornaſti: vt nullius
alterius ope egere videatur. Habent profe-
cto in his tuis opuſculis doctiſſimi: quod
eos delectet: mediocres in quo proficiant: in
fimi quod eos ad ſcientie ſtudium animet.
Si qui vero hiſtoriarum capiuntur volupta
te: habent de quadruplici gallorum hiſtoria
opuſculum in quattuor diſtinctum libellos.
in quorum ꝑmo ſuccinctim atq; compendio-
ſe: tum ex Juſtino fideli hiſtoriographo gal-
lorum antiquorum: tum recentium ⁊ noſtro-
rum temporum preclara enarrantur facino-
ra. In ſecundo de cõmendatione ⁊ antiquita
te ciuitatis Lugdunen̄. ⁊ eiuſdem ciuitatis
viris illuſtribus. In tertio de preclaris ſcri-
ptorib⁹ qui apud gallos floruerunt. In quar
to de tranquillitate eccleſiaſtici ſtatus apud
Lugdunum ⁊ Auinionem: pertractatur. Dif
fuſam materiam paucis perſtringis libellis:
memor illius Horatiani precepti. Quicquid
precipias eſto breuis ⁊c. in mediumq; ꝓfers
ad humanitatis ⁊ diſcipline tue propagatio-
nem: atq; ad cõmunem ſtudioſorum vtilita-
tem. Non te fugit illud Platonis tui precla
rum dictum: cuius digniſſimus es aſſecutor
Non ſolum nobis nati ſumus: ortus namq;
noſtri partem patria vendicat: partem amici
Atq; vt placet ſtoicis: que in terris gignun-
tur ad vſuꝫ hominis omnia creari: homines
autem hominum cauſa eſſe genitos: vt ipſi
inter ſe alij alijs prodeſſe poſſint. In hoc de
bemus naturaꝫ ducem ſequi: ⁊ cõmunes vti
litates in mediū afferre: vt inq̄tum poſſum⁹
boni ac benefici eē meditemur: ⁊ ſi q̄d ſcie: ſi
q̄d doctrine nobis ineſt: q̄d donum dei eſt: a
quo omne datum optimum: ⁊ omne donum
perfectum eſt deſcendens: nō noſtre tantum
voluptati: ſed multorum impartiatur ſaluti.
Omnis namq; cogitatio noſtra: motuſq; ani
mi aut in conſilijs capiendis de rebus hone-
ſtis ⁊ pertinentibus ad bene beateq; viuen-
dum: aut in ſtudijs ſcientie ⁊ cognitiōis: aut
in eruditione hominum ⁊ beneficentia ver-
ſabitur. quod te hactenus feciſſe vbiq; gen-
tium diuulgata eruditione plurima referta
teſtantur opuſcula: ⁊ poſthac te facturuꝫ idē
omnium certiſſima expectatio eſt. Opuſcula
namq; tua que adhuc inter manus verſan-
tur: impreſſioni te cõmiſſurum propediē ſpe-
ro. vnde prodeſſe multis: meritumq; apud
deum: ⁊ apud homines bonaꝫ famam (quod
fortune optimum bonum cenſetur) tibi pare
re valeas. Sed videris mihi italis ſcriptori
bus ſubiraſci: atq; in eoſdē inuehi: qui (tam
etſi q̄plurimi inter alias nationes euaſerint
in omni diſciplinarum genere doctiſſimi) at-
tamen in poeſi: arte dicendi: inuentione: me-
moria: corporis geſtibus: pronunciatione:
theologia: deniq; ingenij ſubtilitate: indu-
ſtria: prudentia: ſapientia: ⁊ alijs id genus



M.E.C.D. 2016

nulli nationi (abſit verbo inuidia) cedere
videntur. Habuerunt ingenue fateor galli
aliquando ſtrenuos milites per totum ferme
orbeꝫ famatos:habuerunt ⁊ itali. Habuerūt
galli ſapientie ꝓfeſſores:quos Druydas vo
cabant:habuerunt ⁊ itali ſapientie ſtudioſos
Habuerunt habentqꝫ galli doctos hyſtoria-
rum ſcriptores: Habuerunt:habentqꝫ ⁊ itali
longe plures. Habuerūt galli rhetores facū
diſſimos qui rhetoricen in italia profeſſi ſunt
Nam Ciceronis primum preceptorem. Sta
tiumqꝫ poetam percelebrem : gallos fuiſſe
contendunt. Habent habueruntqꝫ ⁊ itali qui
latinam linguam ſua eloquentia venuſtate
ſermonis adornarunt: atqꝫ ſitu fedam niti-
dam atqꝫ ſplendidam reddiderunt: atqꝫ ad
aſtra vſqꝫ extulerunt. Quos omnes ſi dinu-
merare:atqꝫ eorundem ſcripta recenſere at-
tentarē: vox faucibus hereret: vt andinus in
quit vates. atqꝫ ante diem clauſo compone-
ret veſper olimpo. Quid de artis peonie di-
gniſſimis profeſſoribus? Quid de vtriuſqꝫ
iuris accuratiſſimis interpretibus? atqꝫ alia
rum diſciplinarum diligentiſſimis expoſito-
ribus: qui totam ſuis ſcriptis illuminarunt
chriſtianitatem: loquar? Sed quid antiquio-
res ſcriptores commemoro: cum ⁊ hac no-
ſtra tempeſtate inter reliquos poetam eximi
um: philoſophum conſummatiſſimum: theo-
logumqꝫ profundiſſimum: atqꝫ in triplici lin-
gua: latina ſcilicet hebrea ⁊ greca perfectum
virum: fratrem Baptiſtam mantuanum car
melitam natura hanc in lucem produxerit:
nobiſqꝫ deus dono quodam ſingulari dede-
rit: cuius opera complura non modo huma-
nam: verum diuinam potius pre ſe ferunt do
ctrinam: qui ſane ob ſingulares ſuas virtu-
tes: ⁊ opera ſtudioſiſſime elucubrata auctori
tate gloria atqꝫ dignitate indies magis ac
magis illuſtratur: ⁊ refulget: vt omittam fa-
mam admirabilem decuſqꝫ maximum preſtā
tiſſima Mantue ciuitatis ornamenta. Quid
de Antonio ſabellico hiſtoriographo elegan
tiſſimo dicturus ſuꝫ: qui venete ciuitati mul
tum tribuit: qui vrbem ipſam de omni gene
re virtutum benemeritaꝫ ſummis effert lau
dibus: quod ⁊ merito facit. Quales enim re
ctores ſemper habuerit venetiarum ciuitas
qua iuſticia: qua fide: quo conſilio: qua con-
ſtantia: qua prudentia: qua ſapientia in re-
bus gerendis vſa ſemper fuerit: ex eius rei
publice adminiſtratione moribus ⁊ imperio
facile dignoſci poteſt. Num ergo tibi dignuꝫ
videtur vt vrbem talem ſabellicus ipſe ſum
mis extollat laudibus? Scio te reſponſuruꝫ
pythagoricum fuiſſe preceptum: poſt deum
veritatem in omnibus colendam: que ſola
homines deo proximos facit: liberi ſeruiqꝫ
perſonam veritas ſeparat. ſerui liberiqꝫ mē
dacium miſcet. ⁊ magnam fore veritatis viꝫ
que contra omnium ingenia calliditatem ſo-
lertiam: contraqꝫ fictas omnium inſidias fa
cile per ſeipſam defenditur. Uir enim iuſtus
non ſolum homini amico ⁊ familiari: ſed eti-
am inimico ⁊ ignoto exiſtimabit mentiri nō
eſſe ſuum. Nec aliquando committet vt lin-
gua anime interpres: a ſenſu experientia et
vero iudicio diſcordet. Quapropter Sabel-
licum (ſi iuſtus vir ſit) mentiri nō debuiſſe:
vt Uenetos licet de eo benemeritos hac in
re laudaret. Sed ea in re in qua maxime to-
ta vite ratio verſat̄ potius ſibijpſi teſte La-
ctantio confidere oportere: ſuoqꝫ iudicio ac
proprijs ſenſibus niti ad inueſtigandam ⁊ ꝑ
pendendam veritatē ꝙ aliorum credentem
dictis ⁊ relationibus turpiter decipi: tanꝙ
ipſum rationis expertem. Dedit enim omni-
bus deus pro virili portione ſapientiaꝫ: vt ⁊
inaudita inueſtigare poſſent: ⁊ audita per-
pendere: vt incognita et abdita perquirant:
et inuenta prudentia dijudicent: Quare cum
ſapere ideſt veritatem querere omnibus ſit
innatum: ſapientiam ſibi adimūt: qui ſine vl
lo iudicio audita probant: et ab alijs (pecu-
dum more) ducuntur. putāt em̄ fieri nō poſſe
vt aut ipſi plus ſapiant: aut vt verius cogno
ſcant ꝙ relatores bellorum. Fateor ſane ve-
ritatem omnibus anteponendam quam ma-
gnam et pre omnibus fortiorem eſſe ſacre af
firmant littere. Omnis nāqꝫ terra veritatem
inuocat: celum etiam ipſam benedicit: et om iij. Eſ
nia opera mouentur et tremunt eam: et non dre.
eſt cum ea quicꝙ iniquum. Quapropter do- iiij.
ctor gentiū Paulus inquit. Deponentes om
ne mendaciū loquimini veritatem vnuſquiſ
qꝫ cum proximo ſuo: quoniaꝫ ſumus inuicem
membra. Nec gloriari oportet et mendaces
eſſe aduerſus veritateꝫ: non eſt enim hec dei
ſapientia deſurſum deſcendens: ſed terrena
et animalis malicia. Sed nonne veritatem
ſcriptores itali ſectati ſunt? Nonne ⁊ Titum
liuium hiſtoricorum preſtantiſſimum italos
ſuos ab hannibale occiſos: et fuſos prelio a-
pud Tharſimenum lacum et apud Cannas
referentem: et Rhomam captam a gallis ſe-
nonenſibus ſcribentem legimus? Nonne e:

M.E.C.D. 2016

Valerium maximū ciuem rhomanum ac hi-
ſtoriographum egregium italorum multa in
commoda recenſentem? Quidnam igitur mi
rum ſi Sabellicus alijꝗ ſcriptores itali ex
venetorum exercitu multos fortiſſimos du-
ces apud parmam ſiue fornouum occubuiſſe
Italoſꝗ illa die fortiſſime ſed infauſte dimi-
caſſe aſſerant. hoc enim verum eſſe ferme ne
mo eſt vt opinor qui ambigat. Nec veritatē
impugnare: ſed eam tueri: nonnunꝙ vero ip
ſam ſubticere operepreciuꝫ eſt. Dices eos nō
ſolum veritatem in multis que ad gallorum
gloriam accedunt ſubticuiſſe: verum et men
dacia finxiſſe ꝙplurima: et precipue vbi vi-
ctos extitiſſe victores litterarum monumen-
tis mādauit. Si enim aliqua in laudem ſuo-
rum principum deſcribere voluerunt. verita
tis ratio fateor habenda erat: prius affectio-
nes humane mentiſꝗ paſſiones abigende.
iuxta diui Seuerini Boetij ſententiam dicē
tis. Gaudia pelle: pelle timorem ſpemꝗ fu-
gato: nec dolor adſit. Nubila mēs eſt vincta
ꝗ frenis hec vbi regnant. Nec etiam facile
eſt iudicium ſanum et integrum habere: aut
veritatem percipere: vbi hec dominantur.
Quid cēſendum de his qui cum errare ſe ſen
tiant vltro ſeſe in lapides impellunt vt cete
ri populuſꝗ omnis eos ſequantur. Ipſi ſibi
oculos effodiunt: vt omnes cecutiētes ac po
tius ceci fiant. qui nec de alijs bene merentur
quos in errorem ſeducunt. nec de ſeipſis qui
alienis aſſentiunt erroribus. Nec ſapientie
ſue vtuntur dono vt opere ⁊ ſcripto quod ve
raciter mente perceperint: impleant: ſed pru
dentes ⁊ ſcientes pedem in laqueum impin
gunt: vt ſimul cum ceteris: quos liberare ve
luti prudentiores debuerant: ⁊ ipſi irretian-
tur. Si enim libenter errant hi qui errare ſe
ſentiunt: ꝙtomagis indoctum ⁊ inconſtans
vulgus: quod inanibus gaudet: puerilibuſꝗ
fabulis oblectat̄. Verum litteratorꝫ atqꝫ eorꝫ
qui ⁊ dici ⁊ haberi ꝓbi velint: ꝙmaxime iter
eſt fateor: ne alios in ſcopulos ſcyllanos at-
qꝫ charibdeaꝫ abyſſum precipites agant: ⁊ vt
deniqꝫ de ſeipſis: necnon alijs bene merean
tur. Sed vt videre mihi videor frater Bap
tiſta mantuanus philoſophus optimus: poe
ta doctiſſimus atqꝫ theologus profundiſſi-
mus: atqꝫ Antonius Sabellicus orator fa-
cundiſſimus veritatem quoad fieri potuit ſe
cuti ſunt: intelligentes ſiquidē hominum at-
qꝫ mutorum vel ſolū vel certe maximum in
veritate diſcrimen eſſe: mendacium vero qꝫ
turpe eſt ab omni ratione immortalitatis fo
re alienum: ſuoſqꝫ principes digne ⁊ merito
laudaſſe: nec tamē ad laudum culmen adhuc
attigiſſe: quinimo cum plurima preſtent vir-
tute: manibus pedibuſqꝫ (vt aiunt) connixi
ſunt rudem populum nō in inextricabileꝫ er
rorum laberinthum ſeducere: ſed ſapientem
veritatiſqꝫ intelligenteꝫ facere. Conueniēs
namqꝫ erat vt queadmodum hi duo omnes
⁊ eloquentia ⁊ ſcientia italos antecellunt: ita
preclara italorum facinora deſcriberent. Nec
autumandum erat ne iſtis hac in re ſua de-
eſſet oratio: qui ſepe etiaꝫ copioſe ⁊ facunde
alienam gloriam illuſtrarunt: atqꝫ defenſa-
runt. Habes namqꝫ a fratre Baptiſta man-
tuano preclarum atqꝫ diuinum illud opus de
vita ſancti Dionyſij areopagite gallorum a-
poſtoli nuper editum: quod nonmodo totam
illuſtrat galliam: verum bonam totius chri-
ſtianitatis partem. Satiſfacere enim voluit
⁊ gallis ⁊ italis eorum fortia geſta decantan
do. Sed ad quid hec. Si enim a veritatis
calle aliquantulum (vt eis imponitur) di-
greſſi ſint: patrie (cui multum debemus) di-
lectioni concedendum dixerim: quos (vt an-
dinus inquit vates) Vicit amor patrie lau-
dumqꝫ immenſa cupido. Que tametſi in con
ſtantem atqꝫ ſapientem virum cadere non
debeant: naturam tamen ſequuntur: ⁊ ani-
mum inclinant. Verum vtcumqꝫ res ſe ha-
beat te etiam atqꝫ etiam (ſi patiaris) rogo
opera tua in lucem edas: vt ex eorum colla-
tione ⁊ comparatione cum alijs veritas ipſa
cecutientibus oculis illuceſcat: atqꝫ e medio
errorum auferantur caligines. Nec ſum du-
bius quin nomē bonum (quod melius eſt ꝙ Pro-
diuitie multe) famāqꝫ perpetuā apud poſte- uerb.
ros tibi conciliaturus ſis: quem veritatem xxij.
ſecutum: nulla animi paſſione diſtractū: gal-
lis multum (quo digni ſunt) honoris allatu-
rum intueor. Si deniqꝫ omnes tuas eximi-
as virtutes: quibus haud immerito cum oī-
bus ⁊ preciſe his qui maximi habentur: ⁊ a-
nimi magnitudine: conſilij ſapientia: nature
liberalitate: doctrine excellētia: reruꝫ ſcien-
tia: vite integritate: religionis obſeruātia: fi
dei cōſtantia: amoris erga doctos āplitudine



M.E.C.D. 2016

et beniuolētia: corporis formoſitate: eloquē tie facundia: oris affabilitate: generis nobili tate: diuitiarum abundantia: ꝛ generoſe con iugis honeſtate atqꝫ pudicitia ꝛ venuſtate: et omni deniqꝫ laudis genere, ſiue animi: ſi ue corporis: ſiue fortune videris poſſe: adnu merari atqꝫ conferri. Si inq̄ hec omnia com memorare velim: nō erit mihi oratio hodier na claudenda: verum hiſtoria decennis texē da. Et vt andini poete vtar verbis. Nō mi hi ſi lingue centū ſint: oraqꝫ centum: Ferrea vox omnes laudū cōprendere formas: Oīa

Virg. vj. eneidos.

virtutū percurrere noīa poſſem. O te felicē virum predicauerim qui tot ac tantarum vir tutum polles inſignijs. O beata non tantū quam inhabitas ciuitas: ſed ꝛ omnis gallia que tali decorata ē viro. Unū poſtremo abs te mi Simphoriane amatiſſime obnixius pe to: poſthac vt diſerte occepiſti tuis accuratiſ ſimis lucubrationibus nōmodo gallias: verū etiam totius chriſtianitatis ambitū illuſtrare digneris. Vale ꝛ me quod facis ama. Lugd. anno dñi. M. CCCCC. vij. pridie nonas Aprilis.



¶ Sebaſtianus coppinus Simphorianū Champeriū: tum apollinee artis ſagaciſſimum interpretem: tum theologum inſignem plurima ſalute impartit.

Reddite ſunt mihi tue littere vir integerrime: ⁊ periucunde ille quidem: qui tametſi iambico pede (ſi ſoluta in oratione dicere licet) plus ſolito vteris: ꝙ tamen te moderatoris partibus quibus ſemper in me ſolitus es: functum autumarim: humanitatis plene viſe ſunt. Habeoqꝫ gratias ingentes: quoniā ad eas referendas non ſuppetunt vires: ꝙ me ad inſignem illam fortitudinem: vel potius magnanimitatē incitas: quarū altera imbutus arduis rebus factuqꝫ difficilibus ſuccumbet nemo: ſed in eas herculeo animo ꝓinde atqꝫ ille in indomita monſtra ſeuit: in quo te moratum nedum ſacre minerue dotibus inſignitum facile inficias ire poteſt nemo: verū edepol reſpōdent tua dicta peritorum ſentētie

Ariſtoteles. j ethi.

Memorabo imprimis olimpicos ludos quinto quoqꝫ anno celebratos inter quattuor ludorum genera inſignes: quibus ſi Ariſtoteli peripateticorū facile principi dabitur fides nō fortiſſimi quiqꝫ coronis afficiebant: ſed qui viriliter dimicabāt. Pretereo que litterarum monumentis de fortitudine ſcriptū reliquit.

Tertio ethico.

Non enī ſummū boni apicem conſcendere volenti claris imbui dotibus ſatis eſt: niſi illas pulſa funditus ſecordia: intrepidus exerceat: ⁊ laboris paciēs aduerſis reluctetur. Nōne andinus ille maro ait. Labor improbus oīa vincit: ⁊ duris vrgēs in rebus egeſtas. quē fauſtus noſter imitatus. Hec vomit oīa ⁊ inuicto ſuccumbūt dura labori.

Virg. j. geor

Nonne baptiſta mantuanus mēbra hirſuta neruoſa et marmorea habentē laborem introducit? Quid diuū petrum memorē dyabolico impulſui haud ſegni animo: verum forti reſiſtendum clamitantē? Quāobrem ipſius boni cupidū: palme ſimilē eſſe neceſſe eſt. quippe que quāto grauiori pondere preſſa deorſum ꝑmit: tāto nixu maiori ſurſum tendere conatur. Hunc pro victoria paſſim vſurpant: ꝙ victoribus aptiſſime quadret palme conditio.

Fauſt⁹ de virtutib⁹ mora/lib⁹ ⁊ in tellec/tualib⁹

Palme cōditio

Verū equidē vbi ardua nimiū ſuiſqꝫ humeris imparia quiſpiā aſſumere tentat: illū voto fruſtratū luctuoſus exitus comitatur. Id teſtatur flaccus quom ait. Sumite materiā veſtris qui ſcribitis equam Viribus: ⁊ verſate diu quid ferre recuſent: Quid valeant humeri. Nam quom lecta potenter erit res: nec modus deſeret hunc: nec facundia preſens.

In audaces ĩnectiua

Horatius in arte poetica.

Nonne giganteas moles fulmine perdidit Juppiter quom faſtu nimio elati montem monti imponebant quo celum cōſcenderēt: Jouemqꝫ celo pellerent? Quidnā aliud ſibi volunt Icari auſus altius equo volātis: qui liquefactis alis in mare ſubiectū decidit. Que res fabiani gētē rhomanā ad mortē duxit: niſi ꝙ honoris cupidi audaces: ne audētes dixerim: vehientes italie populos ſoli expugnare preſumpſerunt? Suntqꝫ complura alia priſcorū exempla: que fortaſſe in medium adducerētur: niſi ꝙ ſuem mineruam edocere velle arbitrari poſſes.

Baptiſta mātuanus ĩ panegerico carmīe ad falconem petri. v. cap.

De gigantū temeritate

De gēte fabia cōtra vehientes

Vitio ais aſcribendum ꝙ pagana loca ⁊ humilia admoduꝫ oppida: relictis āpliſſimis vrbibus: petamus. Noſcis naui multo maiore in tranādo mari opus eſſe: ꝙ in paruo flumine. Deliras profecto velle nos ingredi maria qui nauibus ⁊ remis ad id preſtandum idoneis careamus. metaphoram capis. Exclamas nos increpari debere ꝙ res ad votum non ſucceſſerint: ſtatim reſpondero nos fortunā manibus tractare non poſſe. verum id quoqꝫ animo velim tecum voluteſ: nō eſſe in eius poteſtate qui nauiget euxinū ire ſepe quo velit: ſꝫ qua venti traxerint. Nō te latet terentiane Miſidis ad Critonē andriū ſentētia. Viuim⁹ vt q̄mus q̄n vt volum⁹ nō lꝫ. Nō biduo aut triduo rhomana ditio emulā ſibi carthaginē deleuit. Nō biēnio ceſar galliā domuit. Quidnā igiť nos arguis ignauie: ſi illas q̄ꝑmū aut Creſi aut Athali diuitias adepti nō ſumus. Videris mihi ⁊ id q̄dē egre ferēti felicitatē in fortune ludibriis collocare: aut ſaltē bonā felicitatis partē pipateticorū more diuitias ad felicitatē nō parū conducere autūantiū: contra ſtoicorū ſentētiā ſolā virtutē magnifaciētiū. quos Cicero latine lingue parēs: ⁊ ſapiēs ille Bias prieneus imitati: ſolā virtutē in bonorum numero reponendā affirmāt. Aberras profecto nec priſtinū morē obtines.

Creſi ⁊ attali regū diuitie

Me ſtultitie accuſas ꝙ rurſus ad litterariū ludū aperiundum redierim: ⁊ Galenū medicorū principeꝫ totāqꝫ peoniam artem linquens erranti alexādro ſim deditus. nō recte capis. Quid mihi das vitio ſi petragorenſi ex vrbe in patrios veniens lares ob peſtem illic incrudeſcenteꝫ lautiſſimus menſis hoſpes admiſſus hic perbreuem moram traxerim? veluti Eneas ex

phrigia in Italiã migraturus a Didone ſuſceptus parũ more fecerit apud carthaginem. fateor me equidem nõ conductũ vt prius ſed vbi eſt animus palemoniã artẽ interpretari. verũ a continuo huiuſce muneris exercitio abhorreo: q̃tum naute aut a ſcylle canibus aut a profundis marine caribdis faucibus. Cordi tñ eſt interdum nõnullorũ romanorum imitari veſtigia: qui vbi publicis vrbis negocijs: aut cauſis forẽſibus agendis inſudarãt agricultura humilibuſq3 rebus gaudebãt. Spero me hinc propediem ſoluturũ: qm̃ hec tu tellenſis ora nõ ſolum aut ſaturno aut ſcorpioni vt ais ſubiecta eſt: ſed mercurio qui furũ mercatorũ vafrorumq3 deus eſſe cenſetur. Uno in tua epiſtola notato ſtomachum mihi feciſti: q meũ in te amorem cimbe inſtar titubantem aſſeris: vt leuem virũ decet qui quouis impulſu mouetur. Scias velim me protheo marino deo ſimilem non eſſe: quem varias in formas cõmutari volunt. Ueri enĩuero amoris cõditiones et ſcio: et erga te obſeruo obſeruaboq3 impoſterũ q̃diu vita comes fuerit. Illũ ſiquidem hyemem et eſtatem in eius fronte notatã omnis depingeret Apelles. Que res nõ diſſimulatũ amorem fortuna ſecunda aduerſaq3 eũdem manere debere preſe fert. Sũt cõplures qui vbi res ſecũdis animibus vt aiunt ſuccedũt arrident. vbi cõtra faciem auertũt. hi aſſentatorũ potius q̃ verorum amantum funguntur officio. Habet preterea verus amor hec duo vocabula in corde ſculpta ꝓpe et procul. quo notatur nõ ſolum preſentes amore ꝓſequẽdos: verũ abſentes et lõga loci intercapedine a nobis ſemotos. Quocirca hi mihi a vero amore longe alieni videtur qui mõtes et maria preſentibus pollicentur: quos abſentes irrident. Nos ab ijs cauere monet ſatyricus ille poeta Perſius. vos o patricius ſanguis quos viuere fas eſt: Occipiti ceco poſtice occurrite ſanne. Habet preterea in margine veſtis morte et vitã depictam. qua re admonemur nõ ſolũ aura vitali fruẽtes amore proſequi debere: verũ e medio ſublatos q̃ de nobis vita comite bene meruerũt. Tradũt hoc amore amicorũ paria ꝓſcorũ memoria maxĩe celebrata: q̃ttuor numero extitiſſe: theſeũ et perithoũ. Achillẽ ⁊ patroclũ. oreſtẽ et pyladẽ. Pithiam ⁊ Damona. addũt etiã iuniores apud grecos epaminũdã et pelopidã: ſed crede mihi null⁹ horũ amor nr̃o aut verior aut firmior fuit vnq̃. Hec ſunt q̃ nr̃a minerua modo chartis notãda putauit: q̃ ſi ſtilo admodũ rudi exarata tibi videbũtur: merori nr̃o aſcribas: qm̃ hec turbato ingenio oculiſq3 lachrymãtibus ſcripſim⁹. q ⁊ tua et germani fr̃is pñtia ꝓuati: ea gratoq3 colloq̃o ꝑfrui quõdã licebat. Te oratũ velim tuo andree peritiſſimo medico meo noĩe plurimã ſalutẽ dicas: quẽ tantifacio q̃tifaciũt minores aut Eſculapiũ aut podaliriũ. Is certe mihi intim⁹ eſt: quã q̃ ĩ incognitũ nõ ferẽ humana volũtas. vt nr̃orũ theologorũ v̓bis vtar: ob ꝓclaras ei⁹ dotes tuo eloquio cognitas. Si vos alloqui corã copia mihi daretur: viderer huiuſce ſeculi felicitatis partem obtinuiſſe non paruam. Uale preſidium et decus noſtrum noſtriq3 memor ſis ſemper.

Quorũ dã rho manorũ ꝓſu etu do

Ueri amoris deſcriptio.

quattuor amicorum paria.

¶ Eiuſdẽ Sebaſtiani coppini moſſolonieñſis artium et medicine doctoris in ſacriſq3 lr̃is bacchalarij digniſſimi: in dñi Simphoriani chãperij detractorẽ Carmẽ elegũ.

Liuide lerneo quid pergis rodere dente:
  Et trino ſtigij percutis ore canis?
In vaſtum alcides redijt tirinthius orbem:
  Qui domuit ſenas horrida monſtra feras:
Si neſcis clariam damnas redolentia vocẽ:
  Herculea nõ ſunt monſtra domanda manu.
Heu retines diue paucas tritonidis artes:
  Pierides credens condere ſtulte nouem.
Alta panomphei reſeres penetralia regis:
  Nec phebea tuus munera liuor edat.
Verſus in immitem circeo carmine formam:
  Non poteras docto promere digna viro.
Sartorem pictor ⁊ doctũ morder apelles:
  Quis preſſo riſum callidus ore tenet.
Choaq3 pirgoteles ſi rodat pharmaca ſculptor:
  Et doceat martem ruſtica lingua deum.
Quidve ſacram carpat ſi ſus immunda mineruam:
  Meoniumq3 terat zoilus alter opus.
Non licet autumas communi plurima lingua:

M.E.C.D. 2016

Sunt ſubiecta quibus corpora noſtra loqui.
Turpia igitur maculant noſtras purgamina carthas:
Menſtruus in patula diſplicet aure liquor.
Follibus allophyli bronteis more gigantis
Inflatus nimiū mitia tela iacis.
Te feriam ſeuo ieſſee verbere funde
Quid valeat diſces ſimphoriana manus.
Nonne patet matrix multo perfuſa cruore:
Non minus expreſſis pectora viſa mouent.
Diuina aſpicias legis monumenta vetuſte:
Atqꝫ notes dictis diſſona verba tuis.
Nonne deos patri labanis pulchra petenti:
Sanguis ait ſolito menſtruus ore fluit.
Plurima quid memorē moſee dogmata legis:
Dicere ſanguineas non metuere nurus.
Tirſifero qui loth tentarit leſus hyacho:
Que natura vetat crimina magna canūt.
Factaqꝫ quid narrem regis ſcelerata ſecūdi:
Que proſunt dici turpia cuncta licet.

¶ Jacobus Robertetus dño Simphoriano Chāperio apollinee artis profeſſori digniſſimo. S. P. D.

Pro ſingulari illa/qua iamdiu multuncꝫ familiariter vtimur beniuolentia: vel potiꝰ quidē neceſſitudīe: ac bñficijs (ꝙ plurima ſūt) erga me tuis mi Simphoriane: miꝰ inꝙ̄ mitiſſime Simphoriane: nunc tandē gratias immortalis: nō quidē quas debemꝰ. ſed quas ꝓ viriū noſtrarū exiguitate poſſumus: agimꝰ. ꝙ vires tametſi anguſtiſſimo euripo cohibētur: effundunt tñ qualeſcūqꝫ (vt ita dixerim) grãs ⁊ expectorãt. At vtinā ille faxit Juppit̃ (vt plautinū illud obijcere moliar) vt referre aliqñ cumulatiſſime valeāt. Q̄ ſi qñ forte tā candida mihi dies effulſerit: vt volūtati nr̄e feruētiſſime eq̄lis facultas correſpōdeat: neſcio an futurū me vnꝙ̄ beatiorē exiſtimem. Ego ꝓfecto ita mihi ꝑſuaſiꝫ eſſe volui: cū primū tua mihi ſpectata fuit indoles: moꝝ ꝓbitas cōſuetudiniſqꝫ comitas explorata frōtis deniqꝫ aperta quedā ac ſerena hylaritas. Huc accedit cōditio litterarū. Quis hercule dyalectice locos oīs melius callet? aut ſinuoſos illos logicoꝝ anfractus: ⁊ ſophiſticaꝝ tricas īexplicabiles expeditius aut lubritius elabit̃? vel ijſdē alios callidius implicat ⁊ irretit? Taceo phiam vtrāqꝫ. Theologicas ꝑceptiōes et abſtruſiſſima cēſa libēter p̄tereo. Nō cōmemoro diſciplinas quas maiores nr̄i mathimata nūcupabāt: Geometriā: ⁊ aſtrologiā in q̄bꝰ irreq̄eteꝰ verſaris. Quid in medicina ⁊ q̄tū valeas: qm̄ tua ipſius ꝓpria ⁊ peculiaris profeſſio eſt: aliorū potius mallē eſſe iudiciū: niſi abs te mihi nuꝑ pollex ſiniſtre manus īfauſtiſſimo vulnere lancinatus tua ope immo verius Apollineo aut Aeſculapiano munere ſeruatus eſſet. Qualia vero vnguēta: q̄ꝗ bafilica (vt more pliniano loquar) quū tibi ꝑ otiū libet velut remiſſiōis grã cōficias: ſcimus: vt pote qui periculū fecimꝰ. Quid plura? arteꝫ illā ſubtiliſſimā: qua diuerſaꝝ materiaꝝ aīam vt ita dicā ſiue mauis ſpiritū quēdā elicis: ad multas variaſqꝫ mortaliū egritudines ꝑſentiſſima remedia: vt viſus fueris aliqñ corpori ſemianimo planeqꝫ exangui herētē vix iā iamqꝫ exhalantē in auras ſpm̄: his tuis ſalutaribꝰ lymphis retinuiſſe: moxqꝫ fomētis adhibitis ad hanc vſqꝫ dieꝫ ſeruauiſſe. Quas quidē oīs ingenij tui dotes cū mecū ipſe cōſidero: nō modo tibi: ſed ⁊ mihi q̄ꝫ idētidem gratulari ſoleo. quippe qui in hac nr̄a barbara plaga: tamqꝫ inculto clymate hominem nactuſfuerim. hoīem inꝙ̄. Nā (vt inquit cicero) nonnulli ſunt hoīes non re ſed noī. ecum quo de ſtudijs hūanitatis in q̄bus ipſe iā velut ſacerdos ⁊ antiſtes laureā obtines: mihi ipſi licet ſacris tātūmodo iniciato: flagrātiſſimo tñ muſaꝝ aſſecle: ⁊ vt greco vtar vocabulo: philomuſo: obſtrepere liceret. Jdqꝫ operepreciū fuit: quotiēs vtrūqꝫ in eiſdē ſtudioꝝ liberaliū confabulationibus nō horas ſolum: veꝝ etiā ſolidos dies exegiſſe licuit. Tu me hoꝝ oīm liberaliſſimo aīo Simphoriane ꝑcipē efficere voluiſti: q̄ſi q̄ꝫ vſufructuariū ꝑpetuū. Quo fit vt tibi grãs: niſi īgratiſſimi oīꝫ ingratoꝝ videri malumꝰ: nō eē reddēdas non

cenſeamus. Facimus itaqꝫ tam libenter ꝙ officioſe amplius facturi: ſi humeri (vt ita
loquar) noſtre facultatis paterentur. Proinde tu hac ſola pro omni officiorum mutua vi
ciſſitudine contentus eris: quandoquidem aliud nō poſſumus. Tametſi quid maius: vel
etiam gratius aliud preſtari poteſt: ꝙ ſincera bene volentis animi voluntas: qua etiam
deos ipſos immortales gaudere ſolitos accepimus. Sed iam receptui canamus: ⁊ epiſto
lam noſtram verſibus: vbi naſonianuꝫ illud obiter incidit concludamus.

Vt deſint vires: tamen eſt laudanda voluntas:
  Hac ego contentos auguror eſſe deos.
Hec facit vt pauper veniat quoqꝫ gratus ad aras:
  Et placeat ceſo (non minus agna) boue.
Nec que de parua pauper diis libat acerrha
  Thura: minus grandi ꝙ data lance: valent.

Hec ille cecinit. Supereſt vt valeas. Meqꝫ vt valere valeam ames. Ex bibliotheca no
ſtra Anno domini milleſimo. xcvj. ad idus maij.

Jacobus robertetus Simphoriano champerio philoſophie
et medicine interpreti. S. P. D.

NOn ſum neſcius vir eruditiſſime: cū primum frontem ipſam littera
rum aſpicies te mihi ſtatim eſſe ſuccenſurum ꝙ die heſterna ad te nō ve
nerim: cum preſertim operi inſtituendo ille dictus eſſet dies: illa hora p̄
ſtituta: illud tempus ad auſpicandū deſignatū. rem quidē cū tibi iocundā
tū mihi cōmodiſſimam: verū ſi meis excuſationibus annues: cauſaſqꝫ ani
mo: vt aſſoles omnia: benigno accipies: nihil erit ꝙ incidiſſe nos in cul
pam ducas. Ita tibi perſuaſum eſſe velim. Namqꝫ ego ſtudia illa que nō tantum tuis ex
hortationibus ꝙ quotidianis pene meis efflagitationibus ſuſcepturus ſum: non modo
non aſpernor: verum ea ſic alacri vegeto perſeuerantiqꝫ aggredior animo: vt nulla neqꝫ
rei difficultas: neqꝫ curarū moles: deterrere me ab inſtitu o valeat. Idem mihi fortaſſe
vſu eueniet: quod obtuſiſſimo cuiqꝫ ingenio accidere ſolet. Fit enim ſepenumero: vt im
modico diſcendi feruore: magniſqꝫ laboribus: ac aſſiduis vigiliarum lucubrationibus:
nihil non conſequantur: ⁊ nos ergo: preter iactantiā dictum ſit: manum ferule ſubduxiſſe
nō inficiabimur. Sed nihil ad rem. Qꝫ vero ad te non ierim: vt pollicitus fueram: non
modo non licuit mihi veſperi: ſed ne hodie quidem accedendi locus. Quippe qui multis
varijſqꝫ negocijs: partim domeſticis: partim forenſibus: quibus iam diu diſtringimur:
nunc potiſſimum ſcatemus: vrget me dies craſtinus: habeo litem grauiſſimam: quam a
ctis ferijs cogimur inſtaurare: cogit aduerſarius. Ego quod in me eſt accingo me pugne
vulcanicis quidem armis inſtructus. veniaꝫ ipſe poſtridie caligatus. ocreatus: galeatus
loricatus: manicatus: quid plura? Ita inſtructus vt ad conſummatiſſimum cataphractuꝫ
adijci poſſe videatur nihil: ſed iocatum ſatis. Tu vero hec omnia eorſum accipias velim
vt intelligas: animo meo ad omnis bonarum litterarum diſciplinas: ⁊ precipue philoſo
phiam ceterarum principem flagrantiſſimo: tempus non correſpondere. Vale interim
ſtudioſiſſime Simphoriane: meqꝫ quod facis amplectere: ⁊ vale iterum. Ex edibus no
ſtris. xij. kal. nouembris. Anno domini M. xcvj.

Gondiſaluus toledo electus regius lugd. dn̄o Simphoriano champerio: artium
liberalium: medicineqꝫ profeſſori benemerito. S. P. D.

CVm ꝓ tua erga omnes (que ſumma eſt) beniuolentia: om
niū amorem conciliare tibi ſit animus queſo obteſtorqꝫ ne mee con
ditioni potius: ꝙ tuorum in alios beneficioruꝫ magnitudini tribuē
duꝫ putes. Quis enim tanta ingenij preditus vbertate: tanta dicen
di orationis copia: tamqꝫ excellenti incredibiliqꝫ donatus facundia: vt
vniuerſa tua promerita animo complecti poſſit meditando: ne di
cam recenſere munerando. Tanta eſt enim tuoruꝫ etſi erga omnes
ſatis abunde: erga me tamen precipue: magnitudo beneficioruꝫ: vt

ante diem clauſo componeret veſper olimpo. Munus inſuper iucundiſſimum: deſideratiſ Virg.
ſimumq; ad me deſtinaſti: quod de medicine ſcriptoribus eternitate dignis: accuratiſ-
ſime tuis lucubrationibus aggregaſti. Quod ita auide legi vt (more bitie virgiliani: q̄ im
piger hauſit ſpumātem pateram ⁊ pleno proluit auro) ſtatim prima die quaſi abſq; inter
ſpiratione totum hauſerim. Tibi igitur imprimis et habeo ⁊ ago gratias immortales: aga
q; dum ſpiritus hos reget artus: ꝙ me omnibus poſthabitis: et honeſta voluptate per-
frui: ⁊ participem tuarum lucubrationum fieri volueris. vetus nanq; adagium eſt. amico
rum omnia eſſe communia. Video in te verificatum illud Horatij. Quo ſemel eſt imbuta Hora.
recens ſeruabit odorem teſta diu. In teneris enim: vt greci dicunt vnguiculis imbibi-
ſti. quod in matura etate nōmodo ſeruas: verū abunde euomis. Nunꝙ̄ min⁹ ocioſus vt
Cato ille roman⁹ ꝙ̄ cū ocioſuſ eſſes fuiſti. Nunꝙ̄ animū: cui celeſtis origo: inerti ignauia
lāgueſcere paſſus es. Aſſiduo labori q̄ p̄mia digna gerit: nō pepciſti. Nunꝙ̄ q̄ aſſiduo la- Ouid.
bunt tpa motu abire pmiſiſti. Nec in vacuū gratiā dei recepiſti. Studia te nobiliorē: etſi Paul⁹
genere nō ignobilis ſis: efficiunt. Nam ſine ſtudio eger eſt anim⁹. Studia optime felici-
tatem extollūt: ⁊ facillime calamitates diminuūt. Multi corpa exercent: ingenia ꝑpauci
Ociū ſine litteris mors eſt: ⁊ viui hoīs ſepultura. Tū ſine doctrina vita eſt quaſi mortis
imago. Itē teſte Quintiliano Ceca eſt ſine diſciplina natura. Tu vo quē illa diuini Pla- Cato.
tonis: a Cice. in officijs repetita nō fugit: ſcʒ nullū noſtrū ſibi ſoli natū eſſe: atq; vt Stoi
cis placet: hoīes hoīm cauſa eſſe generatos: vt ipſi inter ſe alij alijs ꝓdeſſe poſſent: mor- in. j. of
talium vtilitati ſtuduiſti: cum oē tp̄s qd Theophraſtus ſumptū p̄cioſiſſimum aſſerit ad fi.
ſcribendū docendūq; ꝯtuleris. Itaq; ne p̄clara adoleſcentū ingenia vili ocio ſordeſcerēt
Neue etiā ingenij tui p̄ſtantis ⁊ doctrine cultū: ſcribendiq; facilitatē a ſuperis fruſtra cō
ſecutus videreris: Scripſiſti viaticū logices. Summā phyſices. De celo ⁊ mūdo. De ge
neratione ⁊ corruptiōe. De aīa: deq; eius īmortalitate. Cōtra magos ⁊ faſcinatores. Ad-
ditiones in Guidonem Chirurgū. Itē anno ſupiore libellū de curādis corpis ⁊ aīe mor
bis. De inuētoribus legū diuinaꝝ. Dialogū de erroribus machometi. Itē his diebus op⁹
de quadruplci vita. Tropheū galloꝝ adiectis nōnullis alijs opuſculis vt opus ipſum ꝑle
genti cōſtare poterit. Item ſubſequētes vernacula lingua. Nauim principū. De ſibyllis
⁊ earum vaticinijs. Item quod ſilentio pretereundum non eſt: librum nauis domina-
rum intitulatum: quem demum: vbi complures apud te dies latuiſſet: imprimendum lug
duni cholcographis commiſiſti: qui honeſtarum mulierum refertus laudibus bibliopole
egreſſus officinam honorifice ab eiſdem receptus eſt. Qua ex re (licet non parum antea)
multo amplius dominarum animos demeritus es. Adeo vt virginem preſtanti corpore
formaq; pulcherrima: Connubio iunxerunt ſtabili: propriamq; dicarunt. Omnes vt te-
cum meritis pro talibus annos Exigat: ⁊ pulchra faciat te prole parentem. quod faxit: Virgi.
precor altiſſimus. Ecce quid doctrina afferat vtilitatis. Quod potius eſt ꝙ̄ pecunie con in. j.
fidere: dicebat Theophraſtus. Doctus enim ſolus ex omnibus: nec in alienis peregrinus eneid.
nec amiſſis familiaribus ⁊ neceſſarijs inops eſt amicorum: ſed in omni ciuitate ciuis eſt.
Sed vt ad rem de egregijs medicine ſcriptoribus: vnde digreſſus ſum: reuertar. Eſto ob
trectent maliuoli: in quorum animam non introibit ſapientia. Tabeſcant inuidia: qua Sapi-
maius tormentum non inuerunt tyranni ſiculi. Quicunq; hunc tuum librum perlegere en. j.
non recuſauerit: inueniet profecto: dummodo patientem accommodet aurem: non humi- Hora-
les duntaxat philoſophos: verum etiaʒ diuos heroas: ſummoſq; ſacerdotes: reges: prin tius.
cipes medicine plurimum temporis impendiſſe arti: eandemq; exercuiſſe. Sed prudens Idem
lector vel auditor omnes equo animo audit: omnia legit: nec eum mouet dicentis aucto- Sene-
ritas: ſed quid dicatur animaduertit. Nullius ſpernit doctrinam. Ab omnibus indiffe- ca.
renter: quod ſibi deeſſe videt: ſciſcitatur. Non quantum ſciat: ſed quantum ignoret ſe-
cum mente volutat. Cum vt inquit Themiſtius ea que ſcimus: minima pars ſint eorum
que ignoramus. Iuſtum eſt diuoluere modiuʒ ſabuli ad inueniendum quandam paruam
margaritā: vt ille cordubenſis Auerrois quarto ſui colliget ſcripſit. Nec probi viri offici
um eſt quicquam laudare aut vituperare: niſi veritate rei precognita. Quod Plinius
ſecundus circa chriſtianos factitaſſe legitur: eoſdem non condemnans: ſed eorundem et
cerimonias ⁊ ritus ſtudioſe perpendit. Sed de his hactenus. Et ne tue lucubrationis
oleum amittas: operepreciū eſſet tue humanitati pro tanto munere: quo me honeſta-

M.E.C.D. 2016

re dignatus es: gratias agere: nam referre non poſſum: quod libenti animo peragerem:
niſi rei magnitudo meam dicendi excederet facultatem. Satius igitur arbitratus ſum
Perſius. vti ſilentio: digitoq; compeſcere labellum: cum grates perſoluere dignas: non opis ſit no
ſtre. Neq; tentare: quod frustra tentatum explere non poſſem. Quodq; verbis inefficaci
Virgilius. bus potius extenuem: q̄ pro ipſius dignitate extollam. Ne tamen ſcelerate ingratitudi
nis notam incurrā: obſecro vt pro digna gratiarum redditione: hanc ad debitas agendas
gratias: impotentie confeſſionem ſuſcipere velis. Vale: et fac me mutuo diligas.
Lugduni Anno domini. M.ccccc.vij.

¶Henricus valuphinus Simphorianū
champerium doctrina multa ſplendidiſ
ſimū phyſice artis p̄ceptis ornatiſſimū
plurima ſalute iubet eſſe impartitum.

ETſi ſuperioribus iſtis ante diebus Simphoriane vir humaniſſime: nihil aut parum ocij mihi tum ſecularibus: tum eccleſiaſticis implicito negocijs relictum eſt: vt tibi ⁊ pleriſq; alijs de me ſua ſola munificentia benemeritis: quicquam gratiarum: re ne dixero: verbis ſaltem: aut ſcriptis agerem. aut ſaltem habere ſignarē. Cumprimum tamē mihi licuit ꝑ ocium ne beneficiorum immemor ⁊ ingratus viderer: id qualitercunq; potui pro viribus efficere curaui: ne in mora plus fortaſſe foret incommodi: q̄ nimia acceleratione erroris: Non eas quippe gratias talem tantumq; virum omni diſciplina cumulatum expetentes: ſed quas nixu toto potui audacia fretus forte magis q̄ ſapientia: atq; id imprimis tua non mediocri confiſus beniuolentia ad indignos etiam quandoq; protenſa. Qua ſi quid errauerim veniam facile certe ſcio me conſecuturum. Ago igitur mi Simphoriane cum doctrina tum virtute ſpectatiſſime gratias tibi immortales: ⁊ habeo his inſulſis litterulis ieiunis ⁊ aridis pro tuis in me non meritum muneribus abunde elargitis. chartis ſcilicet nectare ſuauiſſimoq; ſermone non modica circunſperſo eruditione adeo: vt nemo vnquam niſi imprimis aliqua edoctus abs te abierit. Neq; his ſatiſfacio tibi: tanta eſt tuorum in me magnitudo meritorum. re enim et verbis gratiam referre magni: vt optime noſti refert. Aſt ea te noui humanitate frui ſolitum vt ſatis a me gratiam referri putes ſi haberi percipias. Henriciq; tui frons leta animaduertenda primum erit. ea enim exiguum munus ingēs ⁊ gratum perſepe efficitur. Interea ſi quid virium: quod me fugiat animi aut corporis externorumve bonorum que ipſius fortune ſunt in me eſſe cognoueris: id ipſum totum tibi a quo tot tantiſq; ſum affectus varijs muneribus merito deditum dicatumq; erit. Vale tandem mi Simphoriane inter mihi iam fideles amicos numerande ⁊ ſalue: iſtius etiam Henrici velis oro atq; vtinam exorem: hactenus meminiſſe.

¶Ad celebratiſſimum virum dominū
Simphorianum champerium Lugdu
nenſium facile principem medicorum
beneficiorum acceptorum Henrici va
luphini tenuis gratiarum actio.

Munere nectareo chartis ſermone venuſto
Vincior: his meritis Henricus ipſe tuis.
Nil certe merui tantis me ac talibus ornes:
Optime quod noſti ſimphoriane ſatis.

M.E.C.D. 2016

Sed cum natura mitis: re munificus ſis:
Donaſti nos his ſcilicet immeritos.
Unde tibi gloria eſt: laus maxima: gratia maior:
Factis nota tuis iam celebrata ſonis.
Ne tamen ingratus videar: vel non memor horum:
Dono te hoc tenui carmine quo valui.
Non aurum: non argentum expetit alter amicus:
Sed ſi hilari fiant iſta vel illa animo.
Quamuis inequali ⁊ grates referam tibi dignas
Lance: tamen ſat erit frons generoſa viri.
Te precor interea capias hec ſimphoriane
Uultu quo triſtes exhilarare potes.
Perpetuum noſtrum que teſtificentur amorem:
Nec qui lethea dimoueatur aqua.
Noſtrorum inde vale: ⁊ ſalue princeps medicorum.
Atqꝫ tui famuli nunc meminiſſe velis.

¶ Henricus valuphinus dominum Simphorianum champerium bonarum artium: totiuſqꝫ virtutis apprime ſtudioſum: ſalute plurima iubet impartiri.

Humani quippe ſolertiſſime doctor Simphoriane tua ſingulari cum doctrina ⁊ modeſtia: tum probitate ceteris preſtātiſſime ingenij eſt id agere: quo nonmodo ſibi: ſed et alijs vberrime conſuli poſſit. Non enim vt teſtis eſt Cicero oratorum princeps: nobis ſolis nati ſumus. Itaqꝫ proinde animaduertens humani generis vitam breuem varijs ac multis refertam miſerijs: viſum eſt tibi ⁊ honeſtum ac decens quedam curſim ⁊ breuiter a doctis comprobata et fideliter obſeruata ex libriſqꝫ ſtudioſorum ac philoſophorum accuratiſſime excerpta vt eidem magis atqꝫ magis conducere poſſes: dedita etiam opera prodere in lucem: opus ſcilicet imprimis neceſſarium de quadruplici vita interiectis quibuſdam in exteras nationes gallorum victorijs: de antiquitate et origine ciuitatis lugdunenſis. de claris lugduneſi. de gallis ſcriptoribus: nonnulliſqꝫ alijs vt operis titulus pre ſe frt: veluti poſteris ſpeculis et exemplaribus: quo non corpori tantum: quinetiam anime: quod primum eſt: probe conſulere conſtituiſti. viaticum profecto omnium vnum cunctis mortalibus deſideratiſſimum: quo quis ſi fultus quandoqꝫ fuerit: quocunqꝫ ierit tutus et ſaluus erit. Quid igitur o viator ſi ſapis ſuper id expetere voluiſti? Satis namqꝫ tibi id ad bene beateqꝫ viuendum: vt mens ſana hac in turbulēta vita in corpore ſano ſit. Hinc eſt mi Simphoriane omnium liberalium diſciplinarum ſtudioſiſſime vt patritij lares nonmodo: verumetiam cuncti mortales tibi plurimum debeant: ſummamqꝫ felicitatem exoptent: gratiaſqꝫ ſemper immortales habituri: quippe qui relaturi non ſint. Uiue tandem et vale: ſalueqꝫ preſidium meum. Lugduni Anno domini Milleſimo quingenteſimoſexto.

¶ Johannes mairius belga iudiciarius dño atqꝫ preceptori ſuo colēdiſſimo domino Simphoriano champerio. S. P. D.

Anq̃ domine mi honorandiſſime nulliſ alij rei vacare deberem q̃ luctui: quippe qui principem atqꝫ herum meum amiſi: per quem non ſolum pellere pauperiem ſperabam: ſed ⁊ diuitias ⁊ nomen eternum mihi cōciliare geſta ſua fortiſſima futura canendo. Non tamen luctus hic lugendiſſimus adeo me ab officijs humanitatis diſtrahit: quin amicorū negocijs inuigilem. Itaqꝫ is qui has litteras tibi dabit (cui quidem nomen

eſt ſanſoni cottardo )artiū doctoꝛ parhiſieñ. intimus amicus meus eſt atqꝫ cōſodalis. Is
nunc montempeſſulanum petit ſtudij medicinalis gratia. Uidebis hominem apprime lit
teratum: et bonis artibns deditum. Et quia noui humanitatem tuam maxime his inge-
nijs fauere que et doctrina imbuta ſunt: ⁊ rurſus ad maioꝛem aſpirāt: eapꝛopter te oꝛatū
maxime velim: vt in ſui fauoꝛem amicis tuis montiſpeſſulani: quos plures eſſe non igno
ro: ſcribere digneris: et quidem affectuoſe vt ſoles. Auſpicijs eñ tuis hanc pꝛouinciam
eum aggredi ſuaſi. dediqꝫ ſibi librū a te nuperrime compoſitum: quem magni muneris lo-
co neqꝫ abs re eſtimat. q̄pꝛimū videbis dominū electū gondiſaluū rogo vt verbis meis
eum ſalutare digneris. de calchographis ſi aliquid cum eis egeris certioꝛem me facies.
Interea bene vale. Ex burgo vndecima die octobꝛis. Anno domini Milleſimo quingen
teſimoſexto.

Humbertus fournerius domino Simphoꝛia
no Champerio peonie artis interpꝛeti ſolertiſſi
mo. S. P. D.

Uid nunc potiſſime agamus in hoc olim famigérabili veneris em-
poꝛio deipare virginis ſacro monte ſcire cupis. Ecce viuimus in celiba-
tu et ocio litterario: diurna nocturnaqꝫ manu ſtrictis ( vt aiunt ) vlnis hu-
maniores litteras amplexantes. iacturam perditi eui: ſi id fieri poteſt: olei
impenſa ſarcire cōnitimur: tot ſegnes hoꝛas: ⁊ tot annos pꝛodigo luxu ex-
pendiſſe merentes: tam infauſti diſpendij crudele luimus ſupplicium. hic
laboꝛ omnis ingenuus. Impꝛimis ſermo agitur de religione: de moꝛte: de inſtituēdis mo
ribus ⁊ anime diſciplinis cum ſocrate meo andrea victonio tante virtutis viro: vt ſi ſin-
gulatim hominis merita referre velim: anguſtia epiſtolari perſtringere que ſolidū volu-
men depoſcerent: nō eſt inſtituti noſtri. Mirabere ad ſtupoꝛē: raras animi ⁊ īgenij dotes
religionem: moꝛū candoꝛem: ⁊ illibatum vite theologice floꝛem: ſi acutius cognoueris.
Affluunt ⁊ huc hoſpites: qui eſto rari: ra ra tamē virtute cōſpicabiles. Adeſt non leue cu
rarū leuamen. D. Gondiſaluus alter achademie nr̄e oculus: Idē ⁊ apollo ⁊ praxiteles: q̄
cū liberaliū artium diſciplinis candidiſſime ſit inſignitus: tum oīum ingenuoꝛū artificū
beniuolentijs inſinuatus: non tam ſtudioſus amatoꝛ q̄ ſedulus imitatoꝛ exiſtit. Poſtq̄
camenis indultum eſt: ſedētarijs lectionibus inducie date remiſſo ſtudio vtrinqꝫ ſermo
facetus: ſales ſine dente: grata vꝛbanitas recipꝛocat. hic cōmētū arguciolū: ille efferatā
thurcoꝛum in noſtros rabiē texere: ego nec opa inter talia ſegnis plauſibili coꝛona cinct⁹
ethruſcum vatem agere. Ille eloquētie et perſonaꝝ varios agens pꝛo tēpoꝛe vultus: ri
dicularia fabella magica pꝛeſtigia pꝛecipitantiū lapſus. Immanitatē fere: fratricide atro
citatē: terroꝛē meduſeū: circeā metamoꝛphoſim: anilia terriculamēta expꝛimens: ſuſpen-
ſa tenet hiatibus oꝛa circūſtantium. Ad hec ſocrates meus non de gēmis ⁊ auro Mide
nō de roboꝛe Milonis: aut magniloquētia maronis: ⁊ eiuſmodi caducaꝝ ſupellectiliū mer
cimonijs nūdinandū: nec ignaui ocio tēpus periclitādū: ſed et de p̄ſentaneo moꝛtis inte
ritu: q̄ vera eſt aīe philoſophia: impēſiſſime, cogitādū. theologicarū ſentētiaꝝ margaritis
voluptatē ⁊ l[?]xū nō tā ſpnere q̄ irredituris exilijs relegare grauiſſime diſſerit. hinc fidi
bus canoꝛis ad amplā auriū voluptatē docto pollice teſtudinē cauā oꝛpheus diſcapedi[.]t
Quib⁹ auicule diſcriminātiū voculaꝝ cōcētibus alternatis modulis fringulciūt. Nūc gi-
rouagus flexus cōcaue ⁊ multifoꝛatile arūdinis feruido articuloꝝ axe concitato leuiuola
lingua pſtrepente tinnitu argutulo muſeus ſoꝛoꝛius tuus auris ſuauiter demulcet cantu
ſyꝛeneo. Nūc paleſtritatiōe innocua animū coꝛpuſqꝫ curamus. Nūc molli aure afflari ſi-
bilo ararim pꝛeterlabentē domos vꝛbis cōſpicim⁹. crepitus machinaꝝ altiſonos audim⁹
ignitos fauillarum globulos liquidum aera radere cernimus. echo reſpondet. pulſe reſo-
nant ad ſydera valles. ⁊ quod viſu amenū a ſublimi ſpecula ſpeculum quoddam rerum
pulcherrimaꝝ diſcumbentium cernere eſt oculis: herbiferum regionis ambitum: gemma
tas vites in pꝛoſ atulo pulcherrime ablaqueatas. variegata floꝛibus v ireta: glaucas

M.E.C.D. 2016

ſalices: prata ridentia: leta ſata: ſegetes luxuriantes: gramineos campos: intonſos montes: late vndiqꝫ virentes. Sed iam ſatis iocatum. et abunde: vt arbitror ſucceſſus ſtudiorum noſtrorum: fata fortunaſqꝫ preſenti cartha depinximus Ceterum cum virtutes noſtras ingenium mores: que ꝙ exiguole ſint pauxilluliqꝫ compendij ceca amoris in me tui charitas neſcia eſſe non debuit. Iſtic et exteris abunde predicaueris. iſta eſt tua cui pro viribus gratias ago: ingens in nos et in omnes humanitas que neminem tuorum illaudatum eſſe ſinit: qui vel virtutis ſcintillula ſuffultus ſit: quo fit vt vni tibi omnes omnia debere velint. Adde ꝙ dum alienas virtutes tantopere cordi geris oſtendis quibus ipſe prefulgeas. Que vero de me expectatio iſtis optimatibꝰ haberi poteſt: qui vt liquido cognoſcis ab aduerſario meo litiū de pectore acerrimo exanhelatis tot erumnis: exhauſtis paternis loculis: hac inſigni qua nihil infelicius inter ceteras iacture irreparabilis contumelia nos affecit: vt longiſſimis litterarum poſtliminijs a limine muſarū tandiu relegauerit: Pro recēti victoria monticuli noſtri id ſatis supplicij ſumptum ad vindictam vt opinor ratus: qui vberiore prouentu diſciplinarum exinanitos meliori parte defraudauerit. Quare affixum et inſculptum gerēs animi noſtri tabellis memorabile Stilponis dictum illud ſiccis genis non poſſum in mentem reuocare: qui ceteris bona fortune aſportantibus rogatus a Demetrio an aliquid ſuarum rerum vnce militum manus corraſiſſent: haud equidem inquit ſtilpo: neminem enim ſe vidiſſe ſcientiam auferētem aſſeuerabat. Rem tenes. Vtcunqꝫ vero futuruꝫ ſit mi Simphoriane is ſum de quo peculari quodam iure omnia de me polliceri poſſis: que ab homie grato preſtari queāt. Vale diu felix. Lugduni anno domini milleſimo. CCCCC. vj.

Humbertus fournerius domino Simphoriano Champerio phyſico vndecunqꝫ doctiſſimo. S. P. D.

Voluptuario litterarum tuarum papulo mirifice delectatus ſum. tuis inꝙ mi Simphoriāe litteris: quibus (cōmodū enī fores pluthei noſtri attigerant) letabundus occurri obuiam ſic prefatus. Quibus tandeꝫ veniſtis ab oris lepidiſſime littere: que nos tandiu anxioſe ſuſpenſos diutina expectatione attenuauiſtis: ſcilicet tali nos dignos honore vt peruius foret apud nos veſter aditus. vobis gratias agimꝰ ꝙ maximas: ⁊ ſucceſſus optatos hero veſtro comprecamur. Ille vt ingenue inſtitute vrbaniores referūt vices: venimꝰ inquiunt vt te munere licet ſero congeminata ob id voluptate cōpenſemus. Rem pfecto mihi gratiſſimam non leue amicicie pignus: et quod te dignū eſt feciſti. Cum enī ex harū lectione ſaginatus eruditionis ſucculentia mellificatus conſilij ſalubritate cōpotus abūde fuerim. Quātum feciſſe lucri: quid in me gaudij eſſe putas: amiciſſime morem geſſiſti mihi vltra ꝙ ſperare licuerat. Ex quo medullitus in te liqueſcēs indefeſſus ſuccedo oneri et ꝗbus reluctari nullus niſi mentis incōpos votis pareo tuis. tibi vero vel in hoc pauxillulum diffidere tantum a me abeſt ꝙtum tu a vitijs remotior. Nꝫ autē per nuncium intellexerim te cucullati calūniatoris emuli petulantem impudentiā expertum: moloſſeam latratus rabiem ⁊ dentes liuoris cote acuminatos vix euaſiſſe: non tam tibi moleſtū eſſe debet: ꝙ iocundum te habere qui tua facili victoria famam tuā extendat clariorē. Euenit enī fere cōuitiatoribus ⁊ eiuſmodi inuidulis qđ candentium fauillarum agitatoribus ſolet. vt cum ſuo flatu nituntur extinguere fortius illuminēt: ſed de his alꝭ tecū. Ad alterū caput accedo. magna me moleſtia ſcrupulo heſitabunde mentis enodato liberaſti veris ſophie tue cauterijs meroris telū penitiſſimis vt prideꝫ tecū queſtus erā animi medullis inſidens ſolus mi Simphoriane detruſiſti. Antidoto conſilij tui aduerſus tam eminēs malū oppido occurſum eſt opportune: cū nec antea cuiꝙ fas eſſet tot olim vallatus erroribus eram animum tentare precando: quibus vero tuis tantis in me humanitatis officijs reſpondeam neſcio: niſi te cum opes nunꝙ ſint ſuffecture viciſſim amando obſeruādoqꝫ: quod faciam dum ſpiritus hos reget artus. Dabo inſuper operam vt nec te conſuluiſſe: nec me fruſtra cōſilijs tuis paruiſſe cognoueris. Vale.

Humbertus fournerius dn̄o Simphoriano champerio artium ⁊ medicine profeſſori benemerito. S. P. D.

M.E.C.D. 2016

CUm ad officinam librariã argutioris limẽ auctores vt moris ẽ mei
cunctando ſeligerem: tuus ille candidus liber neſcio quo bono omine:
qui de curandis anime ⁊ corporis egritudinibus ſit indictus ad manus
noſtras peruenit. commodum enĩ formulis ereis excudi ceperat. cuꝫ que
nos duplici ⁊ inopino affecit gaudio. tergo archetipi tui inherens comes
ſubſequitur epiſtola Johannis le maire. Cognomentum ſane vt par eſt
ſuis conſonum virtutibus: vt qui maioritate quadam precellentis ingenij dote anguſtio
ri facundia reliquos ſue ſortis homines anteſtet: Nam cũ superiori eſtate dũ fata deuſqꝫ
ſinebant miti frui contubernio mei ſocratis olim veneris: nunc parthenices phanũ: tũc
incolens expertus ſum hominis ingenium: temporariã eloquentiã: ſtratagemata: roton-
dos rythmos multiſciam rerum heroumqꝫ peritiaꝫ. Et ita expertus vt abinde ⁊ ignauie
⁊ ſtudiorum perteſum ſubpuduerit: inſtituti. quippe qui ⁊ gallica ⁊ auſonia oratione prõ
ptiloqua qua habita repente adamãtina inter nos conflata eſt amicicia: ita ſtupidum: ita
attonitum reddidit: vt illius imago menteꝫ meam ingreſſa: vt Didoni de Enea euenit:
cuius viui herebant in pectore vultus verbaqꝫ: cõplures permanſerit dies: effeceritqꝫ vt
vix meminerim mei. nẽpe olim illius fama tactꝰ mihi mẽs iuuenili ardebat amore: cõpel
lare virum ⁊ dextre coniungere dextram. Cuius conſortio in inſulis fortunatis eſſe vide
bar: cum ille tam ornate: tam canore nullo vel parum preceptore vſus ſubſicinis ⁊ regali-
bus occupato negocijs verborum cenſu: candidiſſimis ſententiarũ riuulis: amica ſupara
ſitante natura totus ſcateret. Ex quibus quidem factum eſt mi Simphoriane vt duplici
ſimphonia ſic fuerim delinitus illius candore ⁊ rythmis: quibus ſuauibus verbis floſcu
los intexens Champerianũ hortulum comiter excolit: melliteo laudũ illitio irrigat. huiꝰ
paſcuoſo eruditionis tue campo vt ad ſolidã voluptatẽ nihil reliq̃ feceritis. nunꝙ igit̃ de
vobis ita magnifice dicã id virtus quin ſuperet vr̃a. Sed iam ad te redeo philoſophãtiũ
optime: qui ⁊ vtroqꝫ morbo aĩe ⁊ corporis ⁊ humano generi ſic conſulis vt quod nec redi
mi copijs: nec mederi auro aut gẽmis vitari poteſt: rediuiuis tamen philoſophie tue po-
tionibus ab interitu vendicas: illicibiles voluptatum lernas explodis: omĩigenas mor-
borum diritates detrudis: detruſas ſalubribus foues medicinis. hoc inꝙ ingenij tui ta-
lento multiplici: quo nos ampliter ditaſti: at nõ ſine numine diuũ: immo potius ſine ſu-
dore largifluo ⁊ inſigni erga patriam pietate factum: tametſi olim primigenij tui vigi-
liolis de ea ſatis promeritus fueris: nunc vero nõ tam amorem ingenuũ ꝙ generoſum
laborem tuũ oſtendẽs: vel hoc manifeſtario argumento tuo hoc egregio partu declarare
voluiſti: ꝙtum tibi futura ſit obnoxia. Quibus igitur muneribus vices cõdignas repen
demus: qua ciuica aut laurea optimũ ciuem demerebimur: quibus gratijs officiũ adim-
plebimus noſtrũ: quas te ſatis dignas laudes pro lucubratione hac afferã: que nec meo
nec cuiuſꝙ preconio egeant: cũ ſatis ſuis fulgoribus refulgeant. Age ꝙ ſi cõmendatiõe
aut patrocinio opus foret: ſuperuacaneum eſſet texere ad mineruã quãdo ita firmiſſimo
colũne preſidio ſuffultum ſit vt preciſa calũniatoribus anſa videatur. hoc eſt ab antiſtite
ampliſſimo eloquẽtie tuba famigerabili viro vndecũqꝫ doctiſſimo Laurentio Burello.
Sed heu hunc abſtulit atra dies: ⁊ funere merſit acerbo. ⁊ virum alterum nature elemẽ-
tum admirandi potius ꝙ imitandi ingenij: que ſolos fortune rotatus ſupplãtat: impro-
ba mors ſuſtulit: cuius ferales exequias lugere nunꝙ ſatis poterit poſteritas: tam inſi-
gni erũna afflicti: tãta ⁊ tã calamitoſa iactura illiꝰ orbitate dãnificati ſumus: vt huiꝰ ſeu
ĩteritu ⁊ muſe ⁊ charites ⁊ veneres ⁊ ſales ⁊ q̃cq̃d optãdũ vna occiderint. Adde ꝙ ⁊ lucẽ
quã cecis hoĩm ignorãtijs doctrine ſue radijs effũdebat: illã et ſecũ parit̃ abſtulit. Hũc
ergo facetiaꝝ archetipũ de deo: de ꝟtute ⁊ hoĩbꝰ ꝓmeritus: anteꝙ felicẽ exhalaret aĩam
vrbanitate ſua leporibus intermixtis vt dicacule admodũ ⁊ facete ſolebat per fricatis ſa-
le diſcumbentiuꝫ cateruis: non modo hunc aureum ingenij tui monumentũ dignũ duxit
enchiridio: verum et ſuffraganeo noſtro haud inferioris virtutis viro: tum alijs optima-
tibus q̃ aderant: et cumulatis laudibus et chirographo illuſtrauit. Quod vero ſilentio nõ
pretereundum vberiore eloquẽtie ſue filo atqꝫ ſuauiloquẽti carmine pierio (vocem his
auribus hauſi) precioſiſſimis velut vnionibus inſignire vltro ſe ſponſorem firmiſſimo fi
dei pignore addidit. Memini etenim dũ vitales carperet auras: ſepiuſcule accitum eſſe
voluerit: conſuetudine tua delectatus cum valitudinis et conuictus gratia: tum vt ſerijs
in rebus opera tua perſepe vteretur. Nec mirum quippe qui gnarus tuarum virtutuꝫ no

M.E.C.D. 2016

rat ingenij tui opulentiam: iuge ſtudium: incredibilem memorie tenacitatem: morum ele
gantiam: vite integritatem: corporis proceritatem: oris dignitatem: promptuariam gen
tium rerum vbiqꝫ geſtarum peritiam. Hominem oculatiſſimuꝫ non latebant que acutius
ab ipſo ſpectata te illi non vulgari familiaritate conciliatuꝫ reddiderant. que cum ita ſint
quid dubitas dare vela ventis. ego vt Miſenus ere ciebo viros ⁊ non marteꝫ: ſed nauim
tuam accendam cantu. Accipite ergo letis animis heu veneranda litteratorum cohors ſi
qui ex veſtro grege conſcenſuri ſint noſtram vt gratius nauluꝫ perſoluatis. Scitote hāc
nauim non alexandrinam: ſed ſimphorianam: que non caducis ſupellectibus: non fuca-
tis cincinnijs non prolectibilibus phaleratis: non pixidibus ſudantem: non adulternis fa
tiſcentem: ſed vnionibus refertam: gemmis luculentam: auro radiātem: doctrinarum ſen
tentijs ſuccinctam: ⁊ eiuſmodi mercibus onuſtam: que vos ad eruditionis campum: ad
virtutis faſtigium: ad vtriuſqꝫ hominis ſaluteꝫ modo hinc mētis acies figatis ad ſophie
portum placide aduectabit. Quid timetis: omnia ſunt tuta: claſſis ſolida: nō quatefacta
ruinis: aut rimis fatiſcentibus: ⁊ his feta que vſui ſunt opportuna ad viaticuꝫ: inſtitutor
noſter ſubuectus eſt remigio dextero: ingenij validiſſimo prudentie malo fultus: contis
energie armatus anchora doctrine cinctus: maturi conſilij rudentibus ſtipatus: et his ſi
milibus. Huc huc omnes prepeti curſu accurrite. quid oſcitabundi ſtatis: hem iterum ac-
cipite paucis. ſi quid formidinis inheſit pectoribus veſtris. ſi malefidam ſtationem cari-
ne aut tridentis minaſqꝫ pelagi metuitis. Bono eſtote animo: res ē in vado. Iam iamqꝫ
terroris nubilum excutite. ecce zephiri leniter perflāt. dedalei adſunt comites qui et ceru
la verrant aſtu vlixeo laurentiano temone aurigantes: quibus acutos dētium ſcopulos
detrudere: nimboſas luridorum tempeſtates fugare: ſcylleam rabiem cōpeſcere: procelli
feros inuidorum fluctus ſulcare ſecure poterunt. Sed iam prouehor dimidio longius
ꝙ inſtituerā. finem faxo ne his verborū quiſquilijs ſcurriliter diutius palpare videar: a
quibus vt eſt modeſtia tua longe es alienus. ego quoqꝫ non parum abhorreo. Supereſt
mi Simphoriane vt his te facibus incendā: his ſtimulis ꝙꝙ ſponte currentem incitē:
vtqꝫ generoſe calcare aluū ingenij tui fodiam. hoc eſt hac meritoria gloria officioſo labo
re: ⁊ quod magnanimos decet: eterne fame excellentia: cuius dulcedine priſcorum men
tes ignite: vberrimū nobis prouentū reliquere. qua nos pariter vt ſpero ⁊ nunc et impo-
ſterum ditabis ad cōmunem omnim vtilitatem: ad virtutum laudumqꝫ tuarum non leue
incrementum: ⁊ nominis tui gloriam perpetuā. Vale. Lugduni anno ſalutis noſtre. M
CCCCC. vj.

¶ Impreſſum eſt preſens opus Lugduni expenſis honeſtiſſimorum
bibliopolarum Stephani gueynardi ⁊ Iacobi huguetāni: arte vero
et induſtria Iannot de campis: Anno domini. M. CCCCC. vij.
Finitum pridie kal. Auguſti.

M.E.C.D. 2016

M.E.C.D. 2016

M.E.C.D. 2016

M.E.C.D. 2016

M.E.C.D. 2016

SIMPH
ORIAni
Opera

119
8491